EPHEMERIS EPIGRAPHICA

CORPORIS INSCRIPTIONVM LATINARVM SVPPLEMENTVM

EDITA IVSSV

INSTITVTI ARCHAEOLOGICI ROMANI

VOL. IX

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

1913

INSVNT

I ne[1]) esse liceat neive qu[is][2]), quod eius municipi pequniae publicae sacrae religiossae est erit fra[u]dato neive av[o]rtito neive facito, quo eorum quid fiat neive per litteras[3]) publicas fraudemve[4]) publicum peius facito d(olo) m(alo). Quei faxit, quant[i][5]) ea res erit, quadruplum multae[6]) esto eamque pequniam mu[n]icipio dare damnas esto eiusque pequniae magistratus, quei quomque in municipio erit, petitio exactioque esto.

II IIIIvir(ei) aedilesque quei h(ac) l(ege) primei erunt, quei eorum Tarentum venerit, is in diebus XX proxumeis, quibus post h(anc) l(egem) datam primum Tarentum venerit, facito quei pro se praes stat praedes praediaque ad IIII[vir](os) det quod satis sit, quae pequnia public[a sa]cra religiosa eius municipi ad se in suo magistratu pervenerit, eam pequni[a]m municipio Tarentino salvam recte esse futur[a]m eiusque rei rationem r[ed]diturum, ita utei senatus censuerit isque IIIIvir quoi ita praes dabitur ac[c]ipito idque in tabu[leis p]ubliceis scriptum sit facito, quique quomqu[e] comitia duovireis a[ed]ilibusve rogandeis habebit, is antequam maior pars curiarum quemque eorum, que[i] magistratum eis comitieis petent, renuntiabit, ab eis quei petent praedes quod satis sit accipito, [q]uae pequnia publica sacra religiosa eius municipi [ad] quemque eorum in eo magistratu pervenerit, eam pequniam municipio Tarentino salvam rec[te] ess[e futu]ra[m ei]usque rei ration[e]m[7]) redditurum, ita utei senatus ce[nsu]erit [i]dque in [tabul]eis publiceis scriptum sit facito quodque [quoi]que neg[oti pub]lice in m[unicipi]o de s(enatus) s(ententia) datum erit negotive[8]) publicei gesserit pequniamque publica[m deder]it exegerit, is quoi ita negotium datum erit negotive quid publice gesser[it] pequniamve publicam dederit exegerit, eius rei rationem senatui reddito refertoque in di[eb]us X proxume[is] quibus senatus eius municipi censuer[i]t sine d(olo) m(alo)

III Quei decurio municipi Tarentinei est erit queive in municipio Tarenti[no in] senatu sententiam deixerit, is in o[pp]ido Tarentei aut intra eius muni[cipi] fineis aedificium, quod non minu[s] MD tegularum tectum sit, habeto [sine] d(olo) m(alo). Quei eorum ita aedificium suom non habebit seive quis eorum [eo] aedificium emerit mancupiove acceperit, quo hoic legi fraudem f[9])[aceret] is in annos singulos HS n(ummum) IↃↃ municipio Tarentino dare damnas esto.

IIII Nei quis in oppido, quod eius municipi e[r]it, aedificium detegito neive dem[olito neive disturbato, nisei quod non deterius restituturus erit, nisei d[e] s(enatus) s(ententia). Sei quis adversus ea faxit, quant[i] id aedificium f[u]erit, tantam pequni[a]m municipio dare damnas esto eiusque pequniae [que]i volet petiti[o] esto. Mag(istratus)[10]) quei exegerit dimidium in [p]ublicum referto, dimidium in l[u]deis, quos publice in eo magistratu facie[t] consumito, seive ad monumentum suom in publico consumere volet, l[icet]o idque ei s(ine) f(raude) s(ua) facere liceto.

V Sei quas[11]) vias fossas clouacas III[I]vir[12]) [I]Ivir aedilisve eius municipi caussa publice facere immittere commutare aedificare munire volet intra eos fineis, quei eius municipi erun[t], quod eius sine iniuria[13]) fiat, id ei facere liceto.

VI Quei pequniam municipio Tarentin[o] non debebit, sei quis eorum quei municeps erit neque eo sexennio [p]roxumo, quo exeire volet, duovirum

a
m
qu
ui
is
m
Sei q
ne[14])
Tar
fia
at
d[15])
Sei qu
pos
qu[16])
quod vid
facito
Quo die qu
est quae
est
re
eas i
testamen
facto mort
oporteret
item iei omn
sei ceivitate
frau
aqu
eode
fine
iuris i
de ite

1 *ne* vocabulum integrum (neque enim tabula vocabula per versus scindit) hoc solo loco reperitur; praeterea pro *nē* legitur *nei* 2 sic recte supplevit Spinazzola *Bull. dell' Inst. di diritto Rom.* 9,88. 3 *li//eras* tabula; elementorum *tt* reliquiae agnoscuntur in photographia 4 *fraudemve* vere in tabula esse confirmavit Schoenius. Certe parum recte sibi opponuntur *litterae*, scilicet fraus per litteras commissa, et *fraus;* sed cum in lege col. Gen. c. 81 legatur: *neque se fraudem per litteras facturum esse*, non supplebimus cum Scialoja (secundum Dig. 48, 13, 1): *fraudemve [aurum argentum aes] publicum peius fiat* sed tolerabimus quae traduntur 5 *quanta* priores errore 6 fortasse emendandum *multa*, quamquam etiam in lege coloniae Genetivae c. 81 legitur *multae esto* 7 adde *se* 8 inserendum *quid* ex v. 23. 9 extrema littera E visa est esse descriptoribus, sed ut F quoque possit admitti. 10 MAGI esse in aere, non MAG. confirmat Schoenius 11 sic aes recte, *si quis* lex colon. Genetivae c. 77 Tarentinae ad verbum respondens. 12 Inter III et VIR spatium vacuum videtur relictum esse, scilicet tessella hoc loco aeri ad vitium eius obtegendum superposita, cui tessellae hodie sublatae quamquam in versu qui praecedit litterae ICET inscriptae fuerunt, ea in hoc videtur vacua mansisse. 13 excidisse *privatorum* ostendi lex col. Genetivae l. c. 14 *neiue* priores 15 *d* non agnovit Schoene 16 *quo* priores

LEX MUNICIPII TARENTINI.

Legis Tarentinae tabula aenea nona quam edimus reperta est a professore Ludovico Viola a. 1894 die Oct. 18 Tarenti in agro Caroli Cacace prope portam Leccensem coniecta in puteum antiquum ita fracta, ut ex sex fragmentis pagina una licet passim damnum passa tamen integra fere componeretur; alterius paginae, quae hanc sequebatur, iam effractae non supersunt nisi aliquot versuum litterae primae non continuae. Aes inlatum est in museum publicum Neapolitanum. Elementa non solum incisa erant, sed cava repleta pigmento albicante facto maiore ex parte ex plumbo, quod pigmentum Viola repperit adhibitum similiter etiam in aliis tabulis aeneis scriptis, ut in Heracleensis scriptura antiquiore et in aere Ligurum Baebianorum (C. I. L. IX, 1455). Tabula alta est mill. 456, lata, ubi maxima, mill. 435, crassa mill. 8; clavis ad parietem eam adfixam fuisse ostendunt foramina duo ad finem v. 3 et sub versu huius tabulae extremo. — Edita est lex Tarentina descripta cum cura praeter Violam a perito homine Iosepho Gatti in monumentis antiquis editis ab academia regia Lynceorum (vol. VI a. 1895 p. 405—442) adiecta imagine photographica, item commentariis Victoris Scialojae et Iulii de Petra; ille eam repetivit *Bullettino dell' Istituto di diritto Romano* a. 9 (1896) p. 1—22. 88. Nostrae editionis causa Hermannus Schoene Neapoli aes diligentissime recognovit, lectionem priorum ubivis fere comprobans.

'Divisionem vocabulorum', Ritschelius (prisca monum. p. 120) ait, 'in extremis versibus aera legalia (antiquiora) nullam norunt'; incipit ea aetate Caesaris, scilicet a lege de Gallia Cisalpina a. $\frac{705}{49}$ et tabula Heracleensi a. $\frac{709}{45}$ et coloniae Genetivae eiusdem aetatis. Sequitur tabula nostra usum vetustiorem.

Orthographia legis solita est aetatis Ciceronianae, digna omnino propter constantiam quam grammatici expendant, sed propria habens vix ulla[1]).

ei pro *i*:

nom. sing. 2 *quei* constanter excepto uno loco *quique* 14.
nom. plur. 2 constanter: *iei* 2, 38 — *primei* 7 — *quei* 16.
gen. sing. 2: *publicei* 22 — *tarentei* 27 — *tarentinei* 26.
acc. pl. 3: *fineis* 28. 41.
abl. pl. constanter: *comitieis* — *IIvireis* — *ludeis* — *proxumeis* — *publiceis* — *rogandeis* — *tabuleis*.

1 Comparari poterunt quae de fragmento legis de Gallia Cisalpina Atestino exposui in Hermae vol. 16 p. 28.

nei et *neive* — *nisei* — *sei* et *seive* — *utei:* omnia constanter excepto uno loco *ne esse* 1 (ubi de vocabulo *necnĕ* vix poterit cogitari)
ceiuitate 2, 39 — *deixerit* 27 — *exeire* 44

i, non *ei*
gen. sing. 2 contr.: *municipi* passim — *negoti* 21. 23.
dat. sing. 3: *legi* 30.

i et *u*: *mancup-* 30 — *proxum-* 8. 24. 44.

o et *u*: *tabu[leis]* 13 — *hoic* 30.
suom 29. 37 — *clouac-* 39; *uu* non reperitur.

c et *q*: *pequn-* constanter — *quoi* 13 — *quomque* 6. 14.

ss pro *s*: *caussa* 39 — *religioss-* 2 (sed *religios-* 10. 17). 'Ciceronis temporibus paulumque infra' *caussa* scripturam usitatam fuisse ait Quintilianus inst. 1, 7, 20; *odiosus* in multis veteribus libris per duo *s* scribi Marius Victorinus p. 2456 Putsch. = vol. 6 p. 8 Keil.

faxit 4. 34.

Tarentum sub imperio rei publicae Romanae civitatum Italiae foederatarum una fuit, suo iure sese gubernans et ut carens Latinorum privilegiis ita non adstricta Latini iuris vinculis, ut cives crearet quos vellet[2], rei publicae magistratuumque formam Graecam retineret[3], per bella non militibus, sed navibus Romanos adiuvaret[4]. Colonia Neptunia civium Romanorum maritima[5]) a C. Graccho a. $\frac{631}{123}$ eo deducta et Graeca urbs inter eadem moenia comprehendebantur[6]. Exorto autem bello sociali cum a. 665 civitatibus adhuc foederatis Romana civitas daretur[7], pariter atque reliqua oppida Italica Latinorum et foederatorum Tarentum, quamquam ipsa re aliquamdiu Graecam indolem retinuit pariter atque Neapolis et Regium[8], iure factum est municipium civium Romanorum, ut

2 Cicero pro Archia 3,5: *hunc* (Archiam antea a. $\frac{652}{102}$) *et Tarentini et Regini et Neapolitani civitate ceterisque praemiis donarunt;* cf. 5,10.

3 Documenta quibus id adsererem cum deficerent, opportune amicus Dessau admonuit tituli nuper reperti Tarenti (*Notizie* 1896, 110): *Iovi o. m. conservatori domus Aug. M. Cocceius Aug.* (scilicet Nervae) *lib. Pudens ob honorem prohedriae. L(ocus) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum).*

4 Polyb. 1, 20. Livius 35,16 ad a. $\frac{561}{193}$: *qui magis Zmyrnaei Lampsacenique Graeci sunt quam Neapolitani et Regini et Tarentini, a quibus stipendium* (scilicet sociorum navalium), *a quibus naves ex foedere exigimus* et postea: *ab Reginis et Neapolitanis et Tarentinis, ex quo in nostram venerunt potestatem, uno et perpetuo tenore iuris semper usurpato, numquam intermisso quae ex foedere debent exigimus.* Cf. idem 36, 42.

5 Velleius 1,15. Stralo 6, 3, 4 p. 281.

6 Plinius h. n. 3, 11, 99: *sinu qui Tarentinus appellatur ab oppido Laconum in recessu hoc intimo sito, contributa eo maritima colonia quae ibi fuerat.* Dedicationes Tarenti repertae C. I. L. IX, 6152. 6153 si factae sunt, ut esse videntur, antequam constitutum est municipium Tarentinum, ad coloniam eam pertinebunt.

7 Cicero pro Arch. 4,7: *data est civitas Silvani lege et Carbonis* (eam nos solemus appellare Plautiam Papiriam fortasse non recte, certe plebiscita solent nominari a solo auctore primario *St. R.* 3, 315), *si qui foederatis civitatibus adscripti fuissent.*

8 Strabo 6,1,2 p. 253 νυνὶ δὲ πλὴν Τάραντος καὶ Ῥηγίου καὶ Νεαπόλεως ἐκβαρβαροῦσθαι συμβέβηκεν ἅπαντα. Quod ait auctor rerum gnarus, referendum esse non ad iuris condicionem, sed ad oppidanorum mores ipsa verba videntur significare. Sed tamen cum inscriptiones tam Neapolitanae quam Reginae declarent Graecum ser-

in nova hac ordinatione et colonia civium mergeretur et civitas foederata. Eius mutationis ut Cicero testis est[9]), ita iam nacti sumus ipsius legis, per quam civitatis forma mutabatur, tabulam nonam municipii vocabulum de Tarento passim usurpantem. Eam legem non rogatam esse in comitiis populi Romani, sed iussu eius, cui populus rem mandaverat, datam[10]) consentaneum est; scilicet quotquot habemus ipsas vel reperimus commemoratas leges coloniarum deducendarum oppidorumve constituendorum itemque provinciarum ordinandarum, ita eae factae sunt, ut populi iussum de ea re factum unus vir pluresve suo exequerentur arbitrio[11]). Communicatio civitatis Romanae cum populis Italicis quomodo instituta sit, optime explicant loci duo, alter legis Iuliae Caesaris[12]): *quei lege pl(ebei)ve sc(ito) permissus est fuit, utei leges in municipio fundano . . . daret, sei quid is post h(anc) l(egem) r(ogatam) in eo anno proxumo, quo h(anc) l(egem) populus iusserit, ad eas leges [addiderit commutaverit conrexerit], municipes fundanos . . . teneto*, alter Caesaris in narratione rerum a. $\frac{705}{49}$ gestarum[13]): *Cingulum . . oppidum Labienus constituerat suaque pecunia exaedificaverat.* Liquido apparet, cum de civitate danda comitia statuissent, oppida tam Latini iuris quam foederata ut municipia civium Romanorum efficerentur, singula permissa esse civibus Romanis nobilibus, qui iurisdictionem dirimerent inter urbanos magistratus et municipales, formam magistratuum quatenus requirebatur, maxime in civitatibus foederatis commutarent, in summa re quidquid mutatio iuris requirebat perficerent, itaque municipium constituerent. Haec constitutio proxime accedit ad coloniae deductionem[14]) nec dubium est et eodem iure, quo deductoris nomen a nova colonia adsumitur etiam constitutoris adsumi potuisse a novo municipio[15]), et ut deductorem coloniae ita constitutorem municipii patronum oppidi fieri non adscitum, sed natum[16]). Ita Tarentum constitutum est inter a. 665 et 692[17]); quinam constituerit, ignoramus

---

monem ibidem publice ita esse retentum, ut Latinum non excluderet et magistratus ibi reperiantur aliquamdiu binomines, idem fortasse etiam in Tarentinos cadit potestque referri ad reliquiarum eius oppidi paucitatem, quod similes titulos graecissantes inde habemus praeter eum, quem supra p. 2 not. 3 attuli, alios nullos. In lege quod Graecorum institutorum mentio non fit, eo minus rem decidit, quod sine dubio formam reddit universis oppidis Italicis communem quatenus opus erat ad Tarentum applicitam.

9 pro Archia 5, 10: *in eorum municipiorum tabulas*, quae verba referuntur ad ea quae praecedunt: *Reginos credo aut Locrenses aut Neapolitanos aut Tarentinos.* Cf. Verr. 4, 60, 135.

10 v. 8: *post h. l. datam.*

11 Composui exempla St. R. 3, 311 not. 5 cf. p. 583 not. 1. In coloniis deducendis aetate liberae rei publicae leges dare iubentur tresviri vel quo alio numero sunt, in municipiis constituendis et provinciis ordinandis collegii similis mentionem non repperi. In his haec ordinatio solet perfici per imperatorem cum consilio (Cicero Verr. l. 2, 16, 40. 37, 90. St. R. 2^3, 692).

12 v. 159 seq.

13 b. c. 1, 15.

14 Lex Iulia agraria a. $\frac{695}{59}$ c. LIII: *quae colonia hac lege deducta quodve municipium . . . . constitutum erit;* c. LV: *qui hac lege coloniam deduxerit, municipium . . . . constituerit.* Ita modo vidimus a Labieno oppidum Cingulum constitutum esse.

15 Exemplum suppeditat Regium Julium.

16 Lex Gen. c. 97.

17 Ante a. $\frac{692}{62}$, quo Cicero pro Archia dixit, id factum sit necesse est (not. 7).

neque quod traditur Pompeium post bellum piraticum colonos aliquot eo deduxisse[18]) probabiliter cum constitutione municipii coniungitur.

Legibus datis notissimis Salpensanae Malacitanae Genetivae adnumerandam puto superstitem aliam non minus notam, quam adhuc inter rogatas posuimus latam a. u. c. $\frac{705}{49}$ de Gallia Cisalpina. Formam ea prae se fert secutoriae legis, scilicet ut Tarentina secuta est legem Iuliam de civitate Italis danda, ita haec secuta videtur esse legem Rosciam illo anno latam de civitate concedenda Transpadanis vel potius Galliae Cisalpinae universae, quatenus oppida eius non antea iam eam accepissent[19]). Leges enim civitatum et provinciarum non differunt nisi eo, quod hae civitates plures complectuntur[20]). Ipsa lex Gallica neque rogatam se dicit[21]) neque datam; quae continet quamquam ad utramque formam conveniunt, melius ni fallor propter ordinationes minutatim dispositas applicabuntur secundae. Hoc si recte posuimus, lex ea cuius partem habemus diversa fuerit necesse est a lege quam memorat (1, 29.39) Rubria 'sive id plebi scitum est', neque quicquam impedit, quonimus haec habeatur pro lege publica lata aut de praefectis pro IIviro creandis aut, quod magis crediderim, de damno infecto.

Quodsi ita distinguendae sunt in singulis civitatibus iuris Romani Latinive leges Romanae duae, altera rogata in populi comitiis, altera data a civitatis ordinatore, quaestio surgit, quae ratio intercesserit inter legem matrem et legem filiam. Illius praecepta in hac mutari non potuisse ut certum est, ita tacente matre oppidi formam conditorum filiae arbitrium determinabat. Attamen arbitrium id sine dubio circumscribebatur formis antiquitus traditis coloniae municipiique tam civium Romanorum quam Latinorum. Inde explicanda est tam magna similitudo quae intercedit inter leges datas quas habemus (quamquam raro eatenus pervenit, ut etiam in minoribus consentiant, ut consentiunt legis Tarentinae c. 5 et Genetivae c. 77) quam quod passim eaedem leges in minoribus differunt. Omnes leges municipiis Romanis datas descendere ex lege Iulia Caesaris a. $\frac{709}{45}$ quae dicitur municipali qui opinantur, eos graviter errare Iulius de Petra ait[22]) recte omnino; sed quam substituit legem latam una cum lege Iulia de civitate Italicis danda a. $\frac{664}{90}$, ea vereor ne nulla fuerit. Mihi semper visum est[23]) Romanos in constituendis oppidis suae nationis linguaeque secutos esse formam

18 Servius ad Vergilii georg. 4, 127 laudans Suetonium: *Pompeius victis piratis Cilicibus partim ibidem in Graecia, partim in Calabria agros dedit, unde Lucanus* [1,346]: '*an melius fient piratae, Magne, coloni*'. Similiter Probus ad georg. 1,125: *Pompeius cum oppugnaret piratas, remigibus eorum promisit agros, si vicisset eorum adiutorio; quorum proditione victor Tarentinorum agros veteranis divisit et quidquid deterrimum fuit, remigibus dedit.* Sed haec narratio ut sit vera, pertinet ad tempora oratione illa pro Archia vix anteriora, cum Pompeius a. demum $\frac{692}{62}$ ex Asia redierit.

19 Vide quae exposui CIL vol. 1 p. 118 et reperta lege Atestina in Hermae vol. 16 p. 33.

20 Sufficit monuisse de lege Bithynica Pompeii Magni. Cf. Dig. 50, 4, 3, 1: *privati . . ., legibus patriae suae et provinciae oboedire debent.*

21 Formula legis de Gallia Cisalpina Vell. 2, 24, Atest. 9 *ex h. l. n(ihilum) r(ogatum)* redit in lege coloniae Genetivae c. 95, quae ipsa se datam dicit.

22 Comm. laudato (supra p. 1) p. 435 seq. Dubitationes movit etiam Karlowa (*röm. Rechtsgeschichte* 1,438).

23 *Stadtrechte von Salpensa und Malaca* in actis soc. Saxon. maioribus vol. 2 (1857) p. 398.

communem diversam eatenus, quatenus differt colonia a municipio itemque quatenus differunt ius civium et Latinum, praeterea per tempora ampliatam et immutatam, sed ut fundamentum maneret. Ita leges matres saepe fortasse sese continuerunt in oppidi forma denominanda, utrum colonia foret an municipium, item iuris Quiritium an Latini; reliqua determinasse videntur deductores coloniarum et municipiorum constitutores suo arbitrio usi formis illis, et ita effectum esse, ut leges oppidis datae in communi fundamento passim differant.

Legem populi Romani nego ullam extitisse, quae statum municipiorum et coloniarum sive civium Romanorum sive Latinorum generaliter ordinaret. Ea enim si fuisset, certe apud iuris auctores commemoraretur; sed apud hos altum est de ea silentium. Savignyus[24]) quidem cum concederet longe plerisque locis, ubi mentio fit 'legis municipalis', intellegendam esse legem civitatis certae, quae attulit ad demonstrandum praeterea fuisse legem illius argumenti generalis, sine dubio erravit. Nam quod in rescripto Gordiani[25]) sermo est de servo publico manumittendo 'ut lege municipali constitutionibusque principum comprehenditur', constitutiones hae generales recte coniunguntur cum civitatis eius de qua agitur lege municipali. Quod ait Ulpianus[26]): 'lege autem municipali cavetur, ut ordo non aliter habeatur quam duabus partibus adhibitis', sane non recte restringetur ad unam aliquam civitatem, sed potuit ita caveri inserto eiusmodi capite legibus datis plerisque omnibus, et docuerunt aera post Savignyum eruderata vere de ea re per civitatum leges ita statutum esse, ut in singulis capitibus maioris momenti numerus ille requiratur[27]). Denique quod extitit commentarius Pauli 'ad municipalem' et extat in Digestis titulus ita inscriptus[28]), hoc tantum ostendit, quod aliunde quoque intellegitur, leges civitatum Romani iuris cum in minoribus differant, scriptas esse ad formam eandem et recte commentario generali tractari potuisse. Rem quomodo auctores instituerint, demonstrat inter alia quae de albo scribendo ait Ulpianus[30]) scribendum esse ita 'ut lex municipalis praecipit', sed, 'si lex cessat' sequendas esse regulas quas deinde exponit. Hoc loco similibusque si fuisset lex aliqua statum municipiorum omnium singillatim complectens, eius commemoratio praetermitti non potuit. — Neque quod posuit Savignyus comprobatur legibus quae aut supersunt aut in inscriptionibus commemorantur. Leges dictatoris Caesaris tam agraria, cuius capita quaedam mensorium corpus servavit, quam altera, cuius partem continet tabula reperta Heracleae, ut multa capita continent pertinentia ad municipiorum ordinationem[31]), ita nequaquam accedunt ad eorum constitutionem generalem. Similiter lex Petronia aetatis incertae videtur spectavisse ad municipiorum magistratus,

---

24 *Tafel von Heraklea* (1838; iam aucta *vermischte Schriften* vol. 3) p. 354.

25 Cod. Iust. 7, 9, 1.

26 Dig. 50, 9, 3.

27 Lex Genet. c. 64. 99; similiter in legibus iuris Latini.

28 50, 1.

29 Meminerunt eius tituli Pompeianus C. I. L. X. 858 et Aeserninus C. I. L. IX, 2666 et fortasse Interamnas C. I. L. V, 5405.

30 Dig. 50, 3, 1.

31 Ita caput v. 89—125, quo causae explicantur, propter quas decurio quis creari non possit, adlegatur in lege Malacitana c. 53 sic: *qui in earum qua causa sit, propter quam, si c(ivis) R(omanus) esset, in numero decurionum conscriptorumve eum esse non liceret.*

nec dubium est multas leges latas in comitiis populi Romani pertinuisse ad universum statum municipiorum ordinandum. Accedunt ad has leges rogatas aliae iussu populi Romani datae civitatibus certis, quales videntur esse[32]) Cornelia nominata in titulis Petelinis[33]) et 'Iulia municipalis' in Patavino[34]), quod nomen Savignyus cum secutoribus suis, inter quos fui et ipse, abusive omnino legi illi Heracleensi indidit. Legem ut rogatam ita etiam datam ab auctore nomen adsumpsisse non recte negabitur[35]).

Municipii Tarentini forma solita est communis populo Romano populisque Latinis. Comitiorum populi mentio fit 14. 16 eligunturque comitiis iis magistratus curiatim ut alibi[36]). Administratur res publica per *senatum*[37]) sive per *decuriones* v. 26; cives per honores solito more in senatum pervenisse eo significatur, quod v. 26 mentio fit eorum qui in senatu sententiam dicunt. Ad magistratus quod attinet, res est minus expedita. Uno loco populo praeesse dicuntur *IIIIviri aedilesque* (7; nominantur *IIIIviri* soli 9. 12), alio *duovirei aedilesque* (14), quocum fortasse convenit tertius *duovirum a[edilisque]* 1,44. 2,1. Quarto denique nominantur *IIIIvir IIvir aedilisve* (39). Ubivis omnino intelleguntur iidem magistratus annui quaterni maiores bini exercentes iurisdictionem aliquando consularem, deinde praetoriam, dicti aut quattuorviri iure dicundo aut duoviri iure dicundo, bini minores aediles appellati exercentes iurisdictionem aediliciam. Legis in eorum appellatione inconstantia[38]) aliquatenus ni fallor eo excusatur[39]), quod in forma communi, a qua pendet, iuxta nominabantur quattuorviri et duoviri nomine solo diversi.

---

32 Leges, quas tituli magistratuum civitatum certarum adlegant, utrum rogatae sint an datae, in coniectura positum est admodum incerta; de ipsa diversitate dubitari non potest.

33 C. I. L. X, 113. 114.

34 C. I. L. V, 2864. Recte inde colligetur (nam quominus de lege populi Romani cogites, obstat vocabulum legis municipalis frequenter usurpatum in legibus datis, a publicis autem populi Romani plane alienum) municipium Patavium post civitatem Transpadanis datam constitutum esse a Caesare dictatore.

35 Negavi ego (*Staatsrecht* 3, 315 n. 3), sed obstant quae ibi adlata sunt exempla contraria, dubium legis Rupiliae apud Ciceronem (Verr. 2, 13, 32: 'quam illi — Siculi — legem Rupiliam vocant'), certum legis Pompeiae de Bithynis apud Plinium (ad Trai. 79. 80. 112. 114). Obstat item quod legimus apud iuris auctorem (Dig. 3, 4, 6, 1): 'si decuriones decreverunt actionem per eum movendam quem duumviri elegerint, is videtur ab ordine electus ..... parvi enim refert, ipse ordo elegerit an is cui ordo negotium dedit'. Denique recte huc referes quae traduntur de legibus Sullanis sive Valeriis sive Corneliis (*Staatsrecht* 2, 704. 725).

36 Exempla municipiorum et coloniarum curiatim ordinatorum composui *Staatsrecht* 3, 90.

37 v. 12. 20. 21. 24. 25. 33. Cf. *Staatsrecht* 3, 836.

38 Magistratus maiores ut concedamus promiscue appellari potuisse et IIIIviros et IIviros, id quod constat de Pompeianis (C. I. L. X p. 93), nihilominus per singula oppida altera utra denominatio praevalet, et ut admittamus promiscuam appellationem obtinuisse Tarenti, certe si lex diligenter scripta esset, id ipsum significaretur aut interposito vocabulo *sive* aut alio modo, nec iuxta ponerentur tria vocabula tamquam pari loco essent.

39 Recte rem exposuit de Petra in commentario p. 439.

Capita legis quae ad nos pervenerunt etsi non multa antea incognita patefecerunt, tamen de singulis quae observavimus explicabuntur.

Eorum quae supersunt caput primum de peculatu tractans alio loco a me explanatum est[40]. Pariter atque fit in lege Iulia peculatus cum pecunia publica aequiparatur non solum secundum vetustam consuetudinem pecunia sacra, sed item pecunia religiosa[41]. Ita quae ad sepulcra pertinent quamquam proprie deorum manium sunt et vere privata magis quam publica, hac aetate referuntur inter res *eius municipi* et horum quoque furtum publice vindicatur. Similiter et vocabulo *avortito* et verbis licet perplexis *neive per litteras publicas fraudemve publicum peius facito d(olo) m(alo)* significatur, ut legibus Romanis, ita Tarentina peculatus crimen praeter fines furti proprie dicti ad pecunias aversas et residuas extendi[42]. Vindicatur autem non accusatione capitali, ut aliquando factum esse probabile est, sed solita actione multaticia significata sollemni vocabulo *petitionis*[43] et hic et v. 35. Eam cum posterior Malacitana faciat popularem, haec lex magistratui reservat. Item haec lex pariter atque publica populi Romani in quadruplum rei furto sublatae condemnationem institui iubet, Malacitana in duplum[44].

Capite secundo v. 7—25 agitur de cautione a magistratibus praestanda rem publicam salvam fore[45] sive, ut eam plenius lex enuntiat, *quae pecunia publica sacra religiosa municipi Tarentini ad eum in eo magistratu pervenerit, eam pecuniam municipio Tarentino salvam recte esse futuram* (10. 11. 17. 18. 19). Iuris iurandi in eiusmodi cautione praestandi neque haec lex meminit neque Malacitana[46] neque alii qui de ea dixerunt. Cautionem eam exigunt magistratus qui comitia habent, scilicet quattuorviri iure dicundo; vocabulum *aedilesque* v. 7 omnino abundat et deinceps (9. 12) recte omittitur. Primos quattuorviros ita non cavisse apparet, nec potuerunt, cum ad quos praestarent nulli essent; praestant eam quattuorviri secundi apud primos intra dies XX postquam eorum alter uter Tarentum venit; deinde qui in comitiis nominantur magistratus maiores et minores ita cavent, antequam in curiarum suffragiis renuntiandis de maiore parte constiterit[47]. Probabile est primos quattuorviros maiores fuisse cives Romanos duos

---

40 *Strafrecht* p. 184 not. 1. p. 227 not. 1. p. 770 not. 4. p. 1013 not. 4.

41 Dig. 48, 13, 1 pr. l. 4 pr. l. 5, 3 Inst. 4, 18, 9. *Strafrecht* p. 763 not. 2.

42 *Strafrecht* p. 764.

43 Dixi de his formulis *Strafrecht* p. 1017. Ad petitionis vocabulum, quod per se sufficit, exactionis additur ut hic item in lege Genetivae c. 61. 73.

44 Malac. c. 67. *Strafrecht* ll. cc.

45 Cautionis eius et iuris Romani auctores passim meminerunt et lex Malacitana c. 60. Cf. comm. meum de legibus Malacitana et Salpensana act. soc. Saxonicae maior. 2, 419, ubi locos ex iure Romano eius cautionis qui meminerunt composui.

46 Cap. 57 verbum *iuraverit* spectat ad c. 59, quo iubentur candidati iurare se quae ex hac lege facienda sint facturos esse, *caverit* ad c. 60, id est ad cautionem rem publicam salvam futuram.

47 Verba *antequam maior pars curiarum quemque eorum, quei magistratum eis comitieis petent, renuntiabit* collata cum legis Malacitanae c. 57 secundum ea quae exposui *Staatsrecht* 3, 409 ita intellegenda sunt, curias omnes simul suffragia tulisse, deinde singularum suffragiis diribitis et nominibus eorum quos quaeque elegerit ad magi-

nobiles non degentes Tarenti, eos ipsos qui lege publica populi Romani iussi sunt id municipium constituere; hi secundos quattuorviros crearunt pariter atque aediles et sacerdotes et decuriones[48]) primos et comitiorum formam ordinaverunt[49]). Deinceps legitime decurrit rerum publicarum administratio. — Ipsa cautio instituitur sollemni modo praedibus praediisque[50]); praeterea etiam is ipse tenetur qui praedes praediaque publico dedit, id quod alibi significatur formula *idem praes*[51]), hic diversa adhuc ignota *quei pro se praes stat*[52]). — Cautiones hae deinde iubentur in tabulis publicis perscribi (13. 20). — Denique si ex iis controversiae oriuntur et magistratus insimulatur culpa ipsius rem publicam non esse salvam, de iis controversiis senatus decernit, nam ipsi cautioni post verba supra relata subiungitur *eius rei rationem se redditurum ita uti senatus censuerit* (12. 19. 20). Hoc ambiguum est, utrum lex restringenda sit ad solos magistratus pecuniam publicam tractantes an ad omnes administrantes eam ex decurionum decreto; illud capitis tenor universus requirere videtur, hoc magis convenit cum sententia legis. Leges posteriores Genetiva et Malacitana, quarum illa ad verbum fere cum nostra convenit[53]), magistratuum mentione suppressa secundam formam sequuntur sublata ambiguitate.

Capita tertium et quartum versantur in argumento late in huiuscemodi legibus patente, scilicet prospiciunt oppidis, ne deserantur ab incolis et aedificia diruantur. Prius decurionem Tarentinum iubet aedificium habere

---

stratum comitia habentem relatis ab eo ea renuntiata esse et si quis ita maioris partis curiarum suffragia adsecutus esset, eum habitum esse pro creato. Tarentina lex minus accurate renuntiare ait non magistratum, sed ipsas curias. — Secundum legem Malacitanam c. 60 candidati cavent antequam suffragium feratur.

48 Cicero de l. agr. 2, 35, 96; lex col. Gen. c. 66. 125. *Staatsrecht* 2^3 p. 638. Ephem. epigr. 3 p. 99.

49 Similiter in legis Salpensanae c. 26 duoviris legis ipsius datae tempore fungentibus opponuntur *IIviri postea ex h. l. creati.*

50 *Praedis* sive *praevidis* (lex agr. v. 46. 47. 100) vocabulum formatum est non a vadendo (Corssen *Aussprache* 2, 413; Curtius *griech. Etym.* p. 249), sed a videndo (O. Müller ad Festum v. manceps p. 151), nihil enim commune habet prae(de)s cum vadimonio, nec potest separari a *praedio*, quod olim praevidium fuisse item constat (habet formam Isidorus orig. 15, 3, 5), quamquam viri docti originem veram non adsecuti sunt (Corssen l. c. 1, 105; Curtius l. c. p. 196. 249). Antiqui plerique (Varro 5, 40. 6, 74. Festus p. 151 v. manceps) praedem et praedium derivant a praestando.

51 Festus v. manceps p. 151: *manceps dicitur qui quid a populo emit conducitve . . . . qui 'idem praes' dicitur, quia tam debet praestare populo quam is qui pro eo praes factus est.* Legi Puteolanae de pariete faciendo C. I. L. I, 577 = X, 1781 = Bruns fontes[6] p. 322) subscripta sunt nomina quattuor et adiectum primo: *C. Blossius Q. f. HS CIϽD idem praes.* Exposita sunt haec ad legem Malacitanam in actis soc. Saxonicae maioribus 2 (1857) p. 466 et ad legem agrariam C. I. L. I p. 103.

52 Et standi et sistendi in iudicio vocabula propria sunt iureconsultorum. Praestandi vocabulum, sicut apud eos usurpatur, Buechelerus mus. Rhen. 52 [1897] p. 398 hoc legis Tarentinae loco allegato ad praedis etymon revocavit audacius ni fallor quam felicius.

53 Lex Gen. c. 80: *quod cuique negotii publice in colon(ia) de dec(urionum) sententia datum erit, is cui negotium datum erit eius rei rationem decurionib(us) reddito refertoque in diebus CL proxumis [quibus] it negotium gerere desierit, quot eius fieri potest s(ine) d(olo) m(alo).* Lex Malacitana c. 67. 68 Cf. eph. epigr. 3, 104.

suum in oppido Tarentino aut certe intra fines eius municipii[54]) tectum tegulis non minus mille quingentis[55]). Quod in lege coloniae Genetivae c. 91 decuriones iubentur habitare in oppido propiusve id oppidum p. mille, videtur diversum esse nec tam cautum ad oppidum tuendum quam ad frequentandum senatum. Neque obliviscendum est quantum intersit inter homines Italos propter urbanae vitae illecebras facile patriam deserentes et Hispaniae provinciales. Hoc certe constat clausulam hanc legis Tarentinae referendam esse inter argumenta non infrequentia libera etiamtum re publica Italiae oppida ab incolis coepta esse deseri et publice curam actam esse, ut id prohiberetur.

Capite quarto quod cavetur aedificia urbana ne diruantur ad verbum fere convenit cum legis Genetivae c. 75 declarans iam liberae rei publicae temporibus leges id interdixisse. Adversus eum qui contra fecerit actio datur popularis, ut quanti id aedificium est, tantam pecuniam inferat aerario Tarentino, plane ut legimus in lege illa Hispana, nec repetentur hoc loco, quae ad eam exposui[56]). Sed additur in hac lege actionem eam instituere posse qui velit, exactionem tamen pecuniae eius pertinere ad magistratum, id quod sine dubio de actionibus popularibus omnibus tenendum est[57]). Ea autem re lex Tarentina discedit ab Ursonensi, quod secundum hanc summa a magistratu exacta tota inferenda est aerario publico; certe aliter de ea disponi posse lex Genetivae non enuntiat. Contra secundum Tarentinam eius summae dimidia pars tantummodo infertur aerario, de dimidio altero magistratus disponit ita ut Romae aediles de multis exactis, id est aut in ludos eam impendit aut in solo publico aedificans[58]) tam populi commodis et ornatui urbis prospicit quam suae memoriae.

Caput quintum totidem verbis redit in legis coloniae Genetivae c. 77.

---

54 Similiter *oppidum* usurpatur in legis Malacitanae c. 62: *in oppido municipii*, item in legis Genetivae c. 75. 96. 99: *in oppido col(oniae)*. Corruptus est locus c. 91: *in ea col. oppido propiusve it oppidum p. M.* Cf. ephem. epigr. 2, 134.

55 Collato hoc loco intellegitur legis Genetivae c. 76: *figlinas teglarias maiores tegularum CCC tegulariumque in oppido colon(iae) Iul(iae) ne quis habeto* non accipiendum esse de numero tegularum in figlinis fabricandarum, id quod antea proposui (eph. ep. 3,112), sed de ipsarum figlinarum tecto. Apte Scialoja (*rendiconti dell' Acc. de' Lincei* ser. 5 vol. 7 [1898] p. 216) comparavit locos Ciceronis in epistula ad Caesarem iuniorem (apud Nonium p. 269) et Dionis 46, 31, 3 de tributo a dominis aedium exacto *in singulas tegulas* sive καθ' ἑκάστην κεραμίδα.

56 Eph. epigr. 3 p. 111 et quae ibi adlegantur.

57 Similiter cavetur de multa certa in legis coloniae Genetivae c. 61: *colonisque . . . . . HS (viginti milia) d(are) d(amnas) esto eiusque pecuniae cui volet petitio, IIviro . . . . . . exactio iudicatioque esto.* Ego *Strafrecht* p. 1022 id ipsum posui, sed nimia brevitate, cum ad actiones populares recte aestimandas testimonia haec magnopere faciant.

58 *Strafrecht* p. 1025. *Monumentum* hoc sensu passim usurpatur. Festus s. v. p. 139: *monimentum est quod et mortui causa aedificatum est et quidquid ob memoriam alicuius factum est ut fana porticus.* Nota sunt *monumenta Mariana*, in his aedes Honoris et Virtutis (Jordan topogr. 2, 519 seq.). C. I. L. IX, 3306: *Q. Vario Q. f. Gemino . . . curatori aedium sacr(arum) monument(orum)que public(orum) tuendorum.*

Caput sextum imperfectum ita videtur posse aliquatenus redintegrari: *Quei pequniam municipio Tarentin[o] non debebit, sei quis eorum quei municeps erit neque eo sexennio [p]roxumo, quo exeire volet, duovirum a[edilisve fuerit, ex municipio Tarentino exeire volet, id ei sine fraude sua facere liceto].* Municeps municipii Tarentini (de incola lex non cavet) si domicilium mutare volet, id ei permittitur, nisi aut rei publicae pecuniam debet aut sexennio proximo magistratum Tarenti administravit, ut ex cautione rem publicam salvam fore rationum reddendarum causa possit postulari; nam hic quoque quamquam sub condicione debitor est rei publicae. Similem legem praeterea non repperi; vix enim recte comparabitur constitutio a. 412[59], qua ad fabricenses se collaturus iubetur explicare ad acta se *nihil ordini civitatis debere.*

ADDITAMENTUM.

Ad leges datas quas habemus accedunt fragmenta exigua neque tamen spernenda tabularum aenearum eius generis Hispanarum, quae Tarentinae placuit addere. Alterum fragmentum, quod repertum dicitur in Baetica a Sevilla urbe meridiem versus (accuratius qui invenit locum indicare noluit), servatum a. 1896 Parisiis apud dominum de Bourgade, nobiscum communicavit Héron de Villefosse ediditque item *Bulletin des antiquaires de France* 1896 p. 350. Id vidit Dessau accurate respondere legis Malacitanae c. 67, inde non differens nisi in compendiis:

*is per que*I STETERIT QVOM*inus rationes redderentur*
quoue minus PECVNIA REDIGER*etur referretur heresque*
*eius isque ad q*VEM E R QVA DE AGI*tur pertinebit quanti ea*
res erit tan⌉VM ET ALTERVM *tantum municipibus eiius*
municipi d D ESTO EIIV*sque pecuniae deque ea pecunia*
*municipu*M MVN*icipii . . . . qui volet cuique*
*per h. l. li*CEBIT *actio petitio persecutio esto*
SIT

Villefossius 3 ante EM videre ubi visus est litteram N dimidiatam, eodem v. extremo legit ΛC, item 7 ⁄CEBIT

Ius Latinum Domitianus patris instituta exequens cum Hispaniae oppidis plerisque tribueret, leges singulis datas consentaneum est praeter nomen fere consensisse. Confirmabat eam opinionem, quod cum legis Malacitanae tabula reperta est altera legis Salpensanae incisa omnino tempore eodem (cf. Huebner C. II S p. 877) comparata videlicet ab urbe insigniore ad defectum exemplaris sui explendum. Confirmat coniecturam denuo fragmentum quod edimus, nomine tenus, quod excidit v. 6, consentiens cum aere Malacitano.

---

59 Theod. 10, 22, 6.

Fragmenti alterius longi m. 0.17, alti m. 0.128, reperti exeunte a. 1899 Ilici (Elche) duo ectypa a P. Ibarra missa Aemilio Huebnero extant inter eius collectanea Hispana ea ipsa quae in hoc Ephemeridis nostrae fasciculo eduntur. In eo leguntur haec:

N // E // D E N I / A I N ///
*p*OSSINT PONENDAS CVREN*t*
*suffragi*VM LATVRI ERVNT SED V
CI CAESARIS SVFFRAG
S QVAM MAXIME M
SORTIRI QVI SEN

Primi versus litterae fugientes sunt et dubiae. Videtur argumentum versari in suffragiorum ferendorum ordinatione; v. 2 possis cogitare de cistis ponendis collato loco Sisennae p. 118 Peter: *cistaeque quae erant legum ferendarum gratia positae deiecerant* (cf. *Staatsrecht* 3 p. 405). Sed quomodo cum ea re concilietur Caesaris cuiusdam (de Germanico cogitavit Huebner) vocabulum, non perspicio. Certe si haec supersunt ex lege municipali Ilicitana, haec utpote coloniae Iuliae Augustae passim diversa fuerit necesse est a legibus municipiorum iuris Latini.

TH. MOMMSEN.

ADDITAMENTA NOVA AD CORPORIS VOLUMEN II.

Aemilius Huebner, voluminis secundi corporis Inscriptionum Latinarum editi anno 1869 supplementique editi a. 1892 conditor, etiam post edita ingentia illa volumina omni opere enitebatur, ut quidquid antiquarum inscriptionum in Hispania prodiret, quam accuratissime fieri posset descriptum, ipsi et per ipsum reliquis viris doctis innotesceret. Huius rei causa non contentus iis quae in ipsa Hispania eduntur, ab amicis Hispanis et Lusitanis, quos multos et eximios habebat, per epistulas rogare solebat ut certiorem se facerent de inscriptionibus nuper repertis, eosdem de lectione earum, si quid dubium videbatur, interpellare, ab iisdem ectypa stabiliendae lectionis causa petere; neque facile repulsam tulit; libenter enim ei sua committebant docti et indocti, fidem viri perspectam habentes et modestiam. Diuturna haec Huebneri industria egregios iam fructus maturaverat, plures in dies latura. Nam quod hodie antiquitatis reliquiae studiosius quam umquam factum est in Hispania investigantur, quidquid terra profert maiore cum cura quam olim fieri solebat servatur, denique nihil scitu dignum exteris celatur, sed ad intellegendas et explicandas Hispanas antiquitates Hispani et exteri coniunctas vires intendunt, eo sine dubio non unius Huebneri, sed nisi fallimur eius praecipue opera assiduaque cura perventum est. — Iamque post editum magnum illud de quo diximus supplementum minus quoddam sub Additamentorum nomine ediderat in Ephemeridis huius epigraphicae volumine octavo a. 1896—1898, rursusque alterum collegerat, cum repentina morte abreptus est d. 21. Febr. 1901. Postumas has schedas, traditas nobis a Rudolpho Huebner Aemilii filio, professore Bonnensi, iam edimus, hic illic supplentes quae deficere videbantur[1]), in summa re nihil mutantes. Desiderabunt fortasse qui Huebneri scripta noverunt doctas eius disquisitiones de confiniis provinciarum et situ locorum, item prudens eius de recentibus libris ad antiquitates Hispanas spectantibus iudicium, maxime autem singularem illam qua pollebat antiquitatum Hibericarum quas dicunt notitiam, sed talia a nobis suppleri non potuerunt; rogamusque Huebneri amicos, maxime Hispanos, ut hanc eius operam, ab ipso auctore non plane ad finem perductam, cum pia egregii viri memoria excipiant.

---

1 Imprimis adicere e re visum est inscriptiones post mortem Huebneri editas quae nobis innotuerunt. Inter alia a nobis adiecta est capitis ultimi, quod complectitur instrumenti domestici quod dicimus inscriptiones selectas, pars ad amphoras spectans paene tota. H. Dessau.

I. LVSITANIA.

OSSONOBA (*Faro* cum vicinia) p. 3. 781. 1028. Eph. 8 p. 354. 497.

1 *Faro*, rep. in moenibus, servatur ibi in museo principis Henrici.

IMP CAES
L◇DOMITIO
AVRELIANO
PIO◇FEL◇AVG
P◇M◇T◇P◇P◇P◇
II◇COS◇PROC p. C. 270–275
R◇P◇OSSONOB
EX DECRETO
ORDIN
D◇N◇M◇EIVS
D◇D

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Portugués* V 1900 p. 43 ex ectypo dato a Luciano Cordeiro (inde Fita *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 364).

---

2 *Salir, concelho de Loulé*, apud parochum.

V C// //VM
//SVPA IGVS
/////V I' N V
////////OLIRI //

Josephus Leite de Vasconcellos misit m. Jan. a. 1898, edid. *o Archeologo Português* V 1900 p. 42.

1 fortasse *vo[t]um*, quamquam spatium maius est inter *vo* et *um*. — 3 fortasse *[Pa]ulinu[s]*.

BALSA (*Tavira*) p. 4. 691. 785.

3 *Quinta da Torre d'Ares, ao pé de Tavira (Balsa), fragmento;* iam Olisipone in museo.

ɞ DOA
decuri ƆNVM·R·P·BALS

J. Leite de Vasconcellos misit ediditque *o Archeologo Português* V 1900 p. 174.

BAESVRIS (prope *Castromarim*).

ad p. 786. In nummo, in quo Veiga nomen oppidi legerat ÆSVRI, vere extat BÆSVRI, teste imagine edita *Bull. des antiquaires de France* 1883 p. 101, *Revue numismatique* 1884 p. 383, quam nuper repetendam curavit Mowat *o Archeologo Português* 5, 1899/1900 p. 18. Nomen oppidi videtur igitur fuisse *Baesuris* (monuit Mowat l. c.).

MYRTILIS (*Mertola*) p. 5. 788.

ad n. 517. Hodie Olisipone in museo ethnologico, ubi sic descripsit J. Leite de Vasconcellos:

M · BRVTTIVS · MARCEL]
vacat

---

4 Myrtili, in lapide cupae simili, qui ex moenibus castelli prodiit. Tabula inscripta alta est m. 0. 14, lata 0. 245, litterae altae sunt m. 0. 035, admodum graciles et evanidae.

D · M · S
ACCENNIA · HE
RENNIA ANN L
H S E S T T L

Descripsi ex ectypo misso a Josepho Leite de Vasconcellos, qui ed. *o Archeologo Português* III 1897 p. 289.

---

5 Myrtili, ex moenibus castelli, cupa; tabula inscripta alta m. 0. 26, lata 0. 235, litterae altae sunt m, 0. 02, rudes, saec. fortasse III.

D · M · S
TVLLIO DONA
TO · FAVSINO FILIO *sic*
VIXIT ΛNN XVI
TVLLIVS UELLICUS E' *sic*
PORCIA MATERNΛ FILIO *sic*
PIENTISSIMO
pOSVERVNT
H S E S T T L

Descripsi ex ectypo misso a Josepho Leite de Vasconcellos, qui ed. *o Archeologo Português* III 1897 p. 290.

V. 4 A sive male exarata sive reficta posterius. — 5 TVLLIVS vocabuli littera ultima male exarata C litterae similis evasit. Vocabuli quod sequitur prima littera fortasse b cursiva est. In fine LI pro ET scriptum videtur. — 6 admodum evanidus in ectypo; sed Leite videtur recte legisse in lapide quae supra dedi.

6 *encontrado em Mertola* fragmentum lapidis allum latumque m. 0.15×m. 0.09, ab Ant. da Silva Pires accepit J. Leite de Vasconcellos.

ϕ M ϕ S
IODIVS
N N

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* V 1900 p. 175.

SALACIA p. 7. 802. Eph. ep. 8 p. 355. 498.

ad n. 5183. Repetivit J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* IV 1898 p. 105.

7 *Alcacer do Sal, pedaço de marmore, com parte de uma inscripção*

se C·APPVLE*ius*
PRIAMVS

Joaquim Correia Baptista *o Archeologo Português* II 1896 p. 144.

8 *Alcacer do Sal, museu municipal,* rep. in parietinis castelli lapis forma dolii, litteris admodum evanidis, altis m. 0.035 ad 0.04

· · · OLA
· · · · · · · AN·SER·
· · · · E
· · · · · · · B · · R

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* IV 1898 p. 107.

CAETOBRIGA (*Setubal*) p. 8. 803 Eph. 8 p. 355.

9. 10 *Troia* prope *Setubal* (cf. Eph. 8 n. 5) fragmenta duo rep. a. 1897 *nos areaes;* servat Marchio de Costa ibi.

9 tab. marm. alta m. 0.15, lata 0.095, litteris altis m. 0.015

I
LA
XX
GA
AA

10 tab. marm. nigri, alta m. 0.084, lata 0.085, litteris altis 0.02

I PAT
C PR

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* IV 1898 p. 224.

PAX IVLIA (*Beja*) cum vicinia p. 8. 804. Eph. ep. 8 p. 357. 498.

ad n. 86 (Eph. 8 p. 498). Exemplum suum iam edidit J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* IV 1898 p. 119.

n. 87. 90. 91. 92 ex *Gazeta de Lisboa*, suppl. 30. Jan. 1744, repetivit P. A. de Avezedo *arch. Português* V p. 118. Exempla apparet ea ipsa esse ex quibus pendet Cardoso.

n. 97. 105 ex *Gazeta de Lisboa* 20. Sept. 1742 repetivit Avezedo l. c. p. 116. Exempla non differunt ab editis.

---

11 *na sua herdade da Crimeia (Alemtejo, distr. de Beja)* repperit Coelho de Carvalho; lapis altus m. 0,46.

. . . . .
*l*VCIV*s*
*l*ICINI*u*
*s*FVSC
VS·H·S

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* V p. 170.

EBORA p. 13. 805.

Ebora memoratur una cum aliis oppidis Lusitaniae in fragmento hoc laterculi militaris reperto Carthagine: . . . . *[Em]erita,* | . . . . *[Ol]isiponi,* | . . . . *Ebora,* | . . . . *Norba,* | . . . . *Emerita,* | . . . . *s Emerita,* | . . . . *s Emerita,* | . . . . *s Ebora,* | . . . . *Neapoli,* | . . . . *[Fan]o Fortu.,* | . . . . *a* (Delattre *comptes rendus de l'Acad. des inscr. et belles lettres* 1891 p. 30).

12 prope Eboram rep.

SNCT R
VNESO
CESIO
SACRV
G LIC//
QVINT
*c*INV//
BALS

J. Leite de Vasconcellos *bull. des antiquaires de France* 1899 p. 270, repetivit *o Archeologo Português* V 1900 p. 331.

Sanct(o) Runeso Cesio sacru(m). G. Lic(in.) Quin[ct]inu[s] Bals(ensis) legit editor.

---

13 Eborae in museo, *pedra-marmore de* $0^m,23 \times 0^m,12 \times 0^m,13$, *achada nas ruinas do templo romano.*

VERNACVLV

L A P

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* V p. 172, qui ait putare se iam editam ab A. F. Barata.

Initio mutilam esse indicat (vel certe innuit) editor; v. 2 fin. nihil deesse. Est *vernaculu(s) l(ibens) a(nimo) p(osuit).*

---

14 Eborae in museo, ara alta m. 0,80 lata m. 0,27.

D M S

IV*l* IVSE

*c*VS EBO

an XXX

IILI

5 A C

Leite de Vasconcellos *o archeologo Português* V p. 172 edidit suppletam sic ut supra.

---

15 *Evora, no museu Cenaculo, encontrado nas paredas de S. Francisco,* fragmentum longum m. 0.60, latum 0.38, altum 0.13.

L · IVLIVS · PI

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* IV 1898 p. 122.

Villaviçosa p. 17. XXXVIII. L. 807. 1029. 1047. Eph. 8 p. 358.

16 *Villares de Galharda,* prope *Villaviçosa,* in fundo Thomae Sousa Menezes, parieti villae immissa.

IVLIA AVITI · F · AVITA

AN · XX · H · S · E · S · T · T · L

TVRRANIA · MAXSV

MA MATER ET IVLIVS

5 MAXSVMVS FRATER

FAC*i*ENDVM CVRA

VERVNT

Pinho Leal *Portugal antigo e moderno* XI 1886 p. 1135 qui ineditam dicit. 6 FACENDVM traditur.

---

17 *proveniente da demolição de um forno, no Pomar de El-Rei, da herdade da Torre do Cabedal, concelho de Villa Viçosa,* fragmentum marmoreum. Iam Elvas in museo.

L A E L · · · ·

· F · AN · · · ·

· · ST · · · · ·

A. Thomaz Pires *o Archeologo Português* VI 1901 p. 216.

Elvas p. 20. 808 Eph. ep. 8 p. 358.

ad Eph. 8 n. 8. Imaginem edidit A. Thomaz Pires *o Archeologo Português* VI 1901 p. 213.

ad Eph. 8 n. 9. 10. Utramque aram dono datam esse museo narrat A. Thomaz Pires l. c. p. 234 qui n. 10 imperfecte edidit.

18 rep. *na herdade de Reguengos de Caia, concelho de Arronches* [inter Elvas et Portalegre], lapis marmoreus altus m. 0.45, latus m. 0.56. Iam Elvas in museo.

BLAESIDIENA
GN F MARCELLA
ANN XX·H·S·E·S·T·T·L
GN BLAESIDIENVS
MARCELLVS · ET VALERIA
··*f* TERTVLIA *fil* PIAE ET ·
SIBI V F C ·

A. Thomaz Pires *o Archeologo Português* VI 1901 p. 215.
6 ··· T · TERTVLLA · ET PIAE traditur.

---

19 prope Elvas, *na herdade de Almeida, freguesia de Santa Eulalia,* inde ab a. 1889 in museo.

M · L · M · · ·
V · MI · LXX
· · · EV · · · ·
MA

Dodgson misit a se descriptam m. Oct. a. 1896. A. Thomaz Pires *o Archeologo Português* VI 1901 p. 216.

---

20 *Villaboim* (prope Elvas) prope ingressum viae primariae, in pavimento. Iam Elvas in museo.

/ · ·
· · VS
· · · · · H · ·
/ · · · F · · · ICI
IIV · · · · · C V S
ET · · · · · · · A
FILI · · · · · · SSIM
F · C

J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* III 1897 p. 121 ab amico quodam descriptam. E. S. Dodgson, qui repperit m. Mart. a. 1897, excepit v. 7 fin. (ISSIM · · ·) et v. 8. Memoratur *Arch. Port.* VI 1901 p. 215, 25.

21 rep. *no sitio de Papúlos, suburbios de Elvas.* Iam Elvas in museo.

SCRIBONIE
Λ
Λ
IO Λ
Λ M
E PIEN
P F

A. Thomaz Pires *o Archeologo Portuguéz* VI 1901 p. 214 imaginem, sed in qua pauca tantum agnoscuntur.

1 sic videtur in lapide legisse editor (p. 213), in imagine duae tantum primae litterae apparent.

AMMAIA p. 20. 809.

STTL

E Jurado iunioris schedis misit Delgado Lopez.

6 duplex H·S sine dubio vitio descriptoris vel interpolatione; idem mendum n. 227. 231.

---

231 *Montilla*, rep. a. 1759 *en la finca del Cigarral, al estar cavando Francisco de Aguilar.*

D M S
TIBS PAK
TVS
P IN SVIS
5 H S H S E
S T T L

E Jurado iunioris schedis misit Delgado Lopez.

---

232 *La Rambla, prov. de Cordoba*, rep. a. 1831 ab oppido m. 500, *en las Huertas de la Noria*, quod praedium erat Lucae de Arjona, lapis marmoreus, quem tum servabat Josephus Maria de Cardenas y Aguilar.

D · M · S
O C T A V I A
ANN · XXXX T T L
PIA · IN · SVIS

E scheda anonymi cuiusdam, indicata a P. Emmanuele Cardenas, Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 425.

IPSCA *(Cortijo de Iscar)* p. 211. 871; Eph. 8 p. 392.

233 *en el Cortijo bajo de Iscar*, eo ipso loco rep. mense Mart. 1901; cippus altus m. 1.70, latus m. 0.62.

C · LIVIO · M · F · QVIR
SEVERINO
D·D·M·M· IPSCENSIS
M · LIVIVS · GRACCHVS
PATER
HONOREM · ACCEPIT
IMPENSAM · REMISIT

Franc. Valverde y Perales *bol. de la Acad.* XL 1902 p. 256.

233a (= C. 5466) *convento de la Madre de Dios en Baena, en un muro de la cocina;* columna marmorea, ambitum habens m. 2. alta m. 1.50.

C · MANLIO Q · F · IBERARIDI
PLEBS · CONTRIB · IPSCENS ·
OB MERITA EIVS AERE
CONLATO STATVAM D *d*
HVIC ORDO LOCVM D

Franc. Valverde Perales *bol. de la Acad.* XL 1902 p. 514.

Antea unum tantum vocabulum ex v. 1 exceptum erat, idque male. — 1 fin. cognomen inauditum, fortasse male exceptum. [Fuisse LIBERALI DEC coniecit O. Hirschfeld]. — 2 *plebs Contrib(utensis) Ipscens(is).*

TVCCI *(Martos)* p. 221. 703. 872.

234 *Martos, Molino del Rey* (cf. n. 235), cippus altus m. 0.92, latus 0.37, crassus 0.23, litteris saec. II, ut visae sunt editori.

D · M · S ·
IVLIA · FESTIVA
ANN · XXIII
P · I · S · H · S · EST
S · T · T · L

Descripsi ex ectypo, quod misit Emmanuel Gomez Moreno, qui descripsit et edidit in libello *Antigüedadas cristianas de Martos* (s. l. et anno [1897]) p. 5.

V. 2 FFSILVA editor; quod facile emendatur ex ectypo.

---

235 *Martos, en el Molino del Rey,* iam Francisci Muñoz Valenzuela, ubi locus sepulcri detectus est a. 1896, cuius sarcophagos, fragmenta tectonica multa et optimae artis, inscriptiones servat dominus.

a lata m. 1.22, alta 0.48, litteris saec. I altis m. 0.06.

////////// DAMI
IN · T · L · P · XII
//N · AG · P · XII

b alta et lata m. 0.60, litteris similibus altis m. 0.06.

*in*FK · L · P · XV

Emanuel Gomez Moreno descripsit et edidit in libello *Antigüedadas cristianas de Martos* (s. l. et anno [1897]) p. 4.

a 1 *[Philo]dami* vel similiter supplendum. — 2 *[i]n t(ergo)* (sic editor, recte ut videtur) *l(ongum) p(edes) XII.*

GADES *(Cadiz)* p. 229. 764. XLIII. 873. 1039; Eph. 8 p. 392. 503.

n. 1737; cf. Eph. 8 p. 393. Cippi pars inferior, quae sola extat, iam est in museo Gaditano. Imaginem edidit R. del Castillo *bol. de la Acad.* XXXI

1897 p. 58, qui coniecit, spatii rationibus ductus, Albanii Artemidori nomina fuisse in duos versus distributos, sed v. 2 init. fuisse aliquando praenomen.

n. 1891. Iam Hispali in museo. G. Vernet *bull. des antiquaires de France* 1897 p. 135.

n. 5480. Ex *Diario de Cádiz* 23 Mart. 1887 repetivit Berlanga *Revista de archivos* V 1901 p. 215.

n. 6285ª—6285ᵉ. Ex *Diario de Cádiz* 2.—9. Jan. 1891 repetivit Berlanga *Revista de Archivos* l. c. p. 215 (solam n. 6285ª etiam p. 145), qui de effossionibus a. 1891 Gadibus institutis egit ibidem p. 139—145. 207—217. 311—319. 390—401.

---

236 rep. *en la finca 'Las Mercedes', propiedad de D. Lorenzo Lacave situada en el barrio de San Severiano, extramuros de Cádiz, lugar hasta donde se extendía indudablemente la necrópolis romana,* iam in museo Gaditano; fragmentum marmoreum altum m. 0.27, latum m. 0.23.

A V E
S · P · F · GAL ·
VS · AED
R · SACER ·
XIII
E ·

Bol. de la Acad. XL 1902 p. 350, missam a Petro Riaño de la Iglesia praeposito musei Gaditani.

237—244 Gadibus in necropoli Romana rep. est a. 1897 cippus a lapide calcario e conchis marinis composito *(caracolillo)*, altus m. 0.90, latus et crassus m. 0.48. In eius latere dextro et sinistro insertae erant tabellae marmoreae sex, in quibus tituli hi legebantur. Tituli 237 et 238 adhuc extant cippo inserti, fragmenta reliqua seorsum servantur una cum cippo in museo societatis archaeologicae provincialis. Litterae omnium videntur saeculi esse primi, sed non sunt eiusdem prorsus aetatis.

237 tabella alta m. 0.26, lata 0.13, litteris altis m. 0.03.

a	*b*
b A E B I A	V I V I V*s*
C R E S T I L*a*	F A V S T V*s*
AN·XVII·	H·S·E·S
H·S·E·S·T·T·L	T·T·L

238 tabella alta m. 0.18, lata 0.13, litteris altis m. 0.02.

BAEBIA
FORTVNATA
AN XX
H·S·E·S·T·T·L

239 tabella alta m. 0.15, lata 0.12, litteris altis m. 0.015.

FAVST/////////A
C · S · *a*N · XX/I
/////////////////

240 tabella alta et lata m. 0.13, litteris altis m. 0.025.

D M
FIRMA·/
H·S·E·S·S

241 pars tabellae in duas partes rupta, alta m. 0.18, lata supra 0.06, infra 0.18, litteris altis 0.03.

C·/
QV
M A M
SACE

242 fragmentum altum m. 0.06, latum 0.07, litteris altis m. 0.035.

QACV

243 tabella alta m. 0.07, lata 0.18 et fragmentum altum m. 0.61, latum 0.66.

S · S
S V · T · L

244 fragmentum altum m. 0.09, latum 0.08, litteris altis m. 0.04.

V A
IT

Franciscus de Asis Vera misit ectypa e quibus descripsi. Edidit Vera *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 53 ss. Tres inscriptiones (n. 237. 240. 241) edidit, acceptas a Vera, de Laigue *bull. des antiquaires de France* 1897 p. 333.

237*a* V. 2 C initio dispicitur in ectypo; CRESTILA Vera, sed L altera non est in ectypo. — *b* 2 FAVST·V Vera; quod non est in ectypo. — Tituli duo inscripti in eadem tabella, sed *b* litteris paullo diversis, scilicet postea adiectis, cum maritus quoque obiisset. Baebii Gadibus non infrequentes et conspicui (II 1733. 1736. 1743. 1777—1779).

239 Sic Vera. In ectypo vix quicquam agnoscitur praeter v. 2 fin. N · XX/I | . . . .

240 V. 2 et 3 litterae extremae fortasse ad alterius defuncti nomen pertinent. Vera *s(alve) s(it t. l.)* interpretatur vix recte.

241 V. 1 \·C·P Vera, de Mithra Cauto Pate cogitans, parum probabiliter. V. 4 ultimum elementum fuisse potest tam R quam E, unde supplementum incertum manet; *Sacrana* aut *Sacerdos* possunt cognomina esse. Lego *C. M[amilius] Qu[artus]* | *Mam[ilia . . .]* | *Sacr . . . .*

242 /OACA\ Vera, qui supplet [*cl*]*oaca*[*rum*], probabilitate nulla. In fine post C aut punctum est aut initium V minoris, ut fuerit . . *dacu* . . . . Quid subsit nescio.

243 V. 1 S · S Vera, priorem S non video in ectypo.

244 VAL | E◊S Vera; . . . *na* | [*e*]*st* legendum videtur.

---

245 Gadibus, rep. *al hacer una excavación en la parte baja de muralla que limita el burladero de reses de los fosos de extramuros;* tabula marmorea alta m. 0. 14, lata m. 0. 12.

D · M · S
LVCEIVS
HERACLI
ANNO · $\overline{\text{M}}$ ·
5 SEPTE
K·S·S·T·T·L

Fita *bol. de la Acad.* XXXVIII 1901 p. 472 ad ectypum missum a Victorio Molina; primum prodiit in Eph. septimanali illustrata *El pueblo católico*, q. n. v. 6 in. *k(arus) s(uis).*

IPTVCI (prope *Jerez de la Frontera?*) p. 241. 704. 874.

n. 1923 (cf. p. 704. 874). Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 446 ex ectypo misso a Mancheño, unde scribendum v. 1 FABIA·LY···, 2 ENSEN·SI ··· — *Fabia Ly[de Salp]ensensi[s]* supplet Fita — 10 IPTVCITANORVM.

n. 5484. Ex *Cabeza de Hortales* in museum Gaditanum transferendum curavit Fr. de Asis Vera (cf. *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 435). Pro inedita ediderunt Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 436 acceptam a Vera; Cagnat *bull. du comité des travaux historiques* 1897 p. XXV ad delineationem factam a Petro Sanchez Acuña pictore, quam miserat de Laigue. (Repertam esse *Castillo di Gibalbin* errore perhibetur *bull. des travaux hist.* l. c.). — 1. in C littera iam videtur periisse (certe ATINIAE excepit Vera, A''NIAE Acuna). — 1 fin. 'ESTIAE Acuna, FESTE N·X Vera. — 2 ATINIVS REST · · · Vera, ''NIVS RESTII Acuna. — 3 in · · S (pro TVS) Vera et Acuna.

BAEGA *(Algámitas* prope *Olvera)* Eph. 8 p. 393. 504.

Eph. 8 n. 103 cf. p. 504. Ediderunt etiam Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 365; H. de Villefosse, acceptam a de Bourgade-la-Dardye, *bull. de la soc. des antiquaires de France* 1896 p. 349.

Alhaurin el Grande.

246 *Alhaurin el Grande* [cf. n. 5487], rep. m. Maio a. 1898, *á poco mas de un cuarto de legua del pueblo, á la margen izquierda del Fahala,* loco dicto *El Villar,* ubi parietinae autiquae extant, tabula marmorea alta m. 0.23, lata 0.30, litteris altis m. 0.035, saec. II bonis.

/|VPICIANVS
R·SIBI·ET·L·SVLPICIO
Ǝ·ET·M·RVBIO
rufo . et L·RVBIO·MVNT
ano 'NT·

Descripsi ex ectypo a Berlanga misso, qui descripsit ediditque delineatam *Bulletin hispanique* (Bord.) III 1901 p. 6.

MALACA p. 251. 876.

[n. 1963. 1964 (p. 877). Nuper (mense Jul. 1897) aera Malacitanum et Salpensanum cum Ursonensis legis tabulis duabus et tabula Bonanzensi (n. 5406) inlatae sunt in museum Matritense, empta centum mill. pesetarum, suadente, paucis diebus antequam crudeli morte abriperetur, Ant. Canovas del Castillo. Ita narratur *Revista de Archivos* 1, 1897 p. 522. H. D.]

NESCANIA *(Escaña)* p. 269.

n. 2005. Legitur etiam in libro *Voyage en Espagne fait en 1777 et 1778,* quem non vidimus, teste Michon *bull. des antiquaires de France* 1897 p. 149. — Vv. 1. 2 in unum contrahit, 3 (2) STATVLIVS *Voy.*

ANTICARIA *(Antiquera)* p. 276.

[Monuit Detlefsen, Corporis Inscriptionum Latinarum paene a principio fautor et ubi tempora permiserunt strenuus adiutor, in librorum Friderici Adolphi Hansen ab Ehrencron catalogo, qui catalogus prodiit auctionis causa 'Naupotami vulgo *Schiffbeck bey Hamburg*' a. 1717, iterumque anno insequenti Hagae Comitum, recenseri inter codices manuscriptos formae quadratae (p. 426,7 ed. 1717, p. 511,8 ed. 1718):

Opusculum Inscriptionum Epitaphiorumque Veterum urbis Baethicae Antiquariensis. Titulus, manu recentiori mutatus, auctorem pronuntiat incertum, ab oppido Antiquaria oriundum; at folio praecedente pristinus possessor Hispanus, Martinus de Ximena, sibi relatum memorat, esse Joh. de Herrera. Atque sic primam quoque inscriptionem huius Codicis habuisse, ex reliquiis ipsius miniatis apparet: anno 1586 concinnatum esse, ex ipsismet libri verbis constat. Sunt autem Epitaphia Latina, litteris majusculis exarata, et ab Autore Hispan. reddita.

Hucusque catalogus. — Fridericus ille Adolphus ab Ehrencron, codicis per aliquod tempus possessor, legatus regis Daniae fuerat in Hispania ab a. 1698 ad a. 1702, ibique codicem sibi comparavisse putandus est. — Quo pervenerit codex auctione facta a. 1718, ignoratur. Vix autem potest dubitari, quin ex hoc codice, qui anno 1718 Hagae Comitum venum prostitit, in novo thesauro antiquitatum Romanarum volumine tertio, edito Hagae Comitum a. 1719, Albertus Henricus de Sallengre publici iuris fecerit *Incerti scriptoris opusculum inscriptionum et epitaphiorum quae Antiquariae reperiuntur*, de quo dictum est C. p. 276. Num recte autem a pristino codicis possessore, teste catalogo supra citato, auctor opusculi creditus sit Johannes de Herrera[1]), quem Johannem *de Vilches* videri non sine causa dictum est C. I. L. l. c., valde dubito.

[1]) De celebri architecto huius nominis vix cogitari potest. H. D.]

Bobadilla prope Anticariam p. 283 (n. 2059).

247 *Bobadilla,* prope Anticariam et Saboram, cippus forma hermae, cui caput deest, altus m. 0.85, latus supra 0.25, infra aliquantum minus, crassus 0.10, litteris elegantibus, tenuibus, saeculi, ut putat editor, primi.

C · SEMPRONIO
GAL · PVLVERINO
ARVERO · NIGRI · F ·
DAT ·

Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 86 missam a Marchione de la Vega de Armijo.

3 *Arvero* nomen fortasse Gallicum, si quidem recte Fita comparavit *Arvernos*, et *Arveri* sive *Arviri* nomen, quod lectum esse dicitur in tegula Britannica huius Corp. vol. VII 1236.

Bujalance p. 301.

n. 2152. Postea Cordubae, iam Matriti in museo Academiae historicae, dono Marchionis de la Vega de Armijo; tabula alta et lata m. 0.28, litteris saec. III. Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXVIII 1901 p. 76. — 2 recte priores EVCE.

SACILI *(Alcorrucén)* p. 305. 886.

n. 2188. Frustra quaesivit L. Navarro, teste Fita *bol. de la Acad.* XXXVIII 1901 p. 89.

248 *Alcorrucén, despoblado situado dentro del término de Pedro Abad,* (in ripa sinistra Baetis, cf. *Bol.* XXXVIII p. 84) rep. a. 1889, in via quae ducit *Adamuz*, cippus supra rotundus, altus m. 0.31, latus 0.44, litteris altis m. 0.045, saec. I medii.

FAVSTVS
OFFECTOR · H · S · E
S·T·T·L·IN·F·L·P·XXV
IN·AG·P·XXIIII

F. Fita *bol. de la Acad.* XXXVII 1900 p. 430 ex ectypo misso a Ricardo Molina *(alcalde de Pedro Abad).*

Offector, ut *infector*, qualis est in lapide eadem regione reperto C. II 5519, ad fullonum opus spectare adnotat Fita, qui meminit glossarum apud Paulum Festi p. 112 *offectores qui proprio colori novum inficiunt* et p. 192 *offectores colorum infectores.* Cf. praeterea C. I. L. IV 864 (= Dessau inscr. sel. 6425).

3 *in f(ronte) l(atum?) p(edes) XXV.*

CORDVBA p. 306. 886. 1039; Eph. 8 p. 394.

n. 2246. Est etiam in libro *Voyage en Espagne fait en 1777 et 1778*, (ubi collocatur etiamtum in ecclesia S. Marinae), ut testatur Michon *bull. des antiquaires de France* 1897 p. 149.

CARBVLA *(Almodóvar del Rio)* p. 321.

De loco egit nuper Clark Maxwell *archaeological journal* LVI 1899 p. 251.

249 *Almodóvar del Rio*, servat Antonius Córdoba Espejo, litteris bonis et grandibus; in parte postica inscriptus est titulus sepulcralis saec. VI sive VII.

CATVLL · · ·
A N N O · · ·
S · EST · S · · ·

Henricus Romero de Torres *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 348.

Peñaflor p. 321. 889; Eph. 8 p. 396.

De loco egit Clark Maxwell *archaeological journal* LVI 1899 p. 259 seq., qui Celtim ibi fuisse putat.

250 *Peñaflor,* in domo Antonii Parias.

*iiiii*VIR ◊ AV*g*
GVM GRA

Clark Maxwell *archaeological journal* LVI 1899 p. 298 cf. p. 267.

251 *Peñaflor,* rep. *en el sitio que llaman las Moncruas* [cf. *archaeol. journal* p. 262].

ROMVLA·AN·XVI·
PIA IN SVIS
H·S·E·S·T·T·L·D·M·S

Clark Maxwell *archaeological journal* LVI 1899 p. 298.

Azuaga p. 323. 889.

n. 5545. Fragmentum marmoreum continens litteras DIV (altas cm. 8), fortasse pertinentes ad v. 1 huius inscriptionis, intra vetus castrum oppidi repertum esse a Patrocinio Lopez narratur *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 524.

IVLIPA *(Zalamea de la Serena)* p. 326. 1049; Eph. 8 p. 396. Accedunt *Malpartida de la Serena* — *Esparragosa de la Serena* — *Castuera.*

n. 6338e (p. 1049). Edita est iam inter falsas C. n. 207*.

252 *Esparragosa de la Serena,* qui locus non multum distat tam a *Zalamea de la Serena* quam a *Malpartida de la Serena* et a *Castuera,* in domo Hieronymi León, ara rotunda ex lapide granite duro, alta m. 0.50, diam. m. 0.30, litteris saec. II elegantibus, altis m. 0.04, pictarum similibus.

LARIBVS · AVG
ARAM
L · CORNELIVS
FIRMILLVS
AVGVSTALIS
D·S·D·D·

Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXIV 1899 p. 136.

4 in. aliquid deesse, veluti M·L, putat editor. — 5 in. idem IIIIII habet, cuius in ectypo nec vola nec vestigium.

253 *Castuera* (oppidum vetustum situm fuit a meridie eius quod nunc est, loco dicto *el cerrillo,* supra viam quae ducit a *Malpartida* ad castella *Pedroches* et *Almorchón);* basis cylindri forma ex lapide granite, alta m. 0.40, litteris optimis altis a m. 0.07 ad 0.06. Extat *Almendralejo* apud editorem.

M · CoRNELIVS
PROCVLVS · AED
D · S · P · DAT

Marchio de Monsalud *bol. de la Acad.* XXXII 1898 p. 153, qui etiam ectypa misit; sed paene nihil in eis distinguo.

254 *Malpartida de la Serena,* rep. *en el sitio de la Fuente de Albalá* ad rivulum Gualafre, deinde *en la plaza* in loco domus dirutae, lapis granites altus m. 1.80, latus 0.45, crassus 0.24, litteris altis m. 0.06, rudibus.

CANTIA C
LIBERTA·
CLARIANA
AN · XXV
H·S·E·S·T·T·L
RESTITVTVS
D · S · F · Q

Descripsi ex ectypo non bono misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 441.

1 CANTIAE edidit Monsal.; C in fine recepimus ex ectypo.

---

255 *Malpartida de la Serena,* rep. eodem fere loco quo n. 254, deinde in domo Emmanuelis Algaba y Algaba, *calle de la Lagùna* 16, in porta curtis; lapis granites, altus m. 1.15, latus 0.65, crassus 0.30, litteris altis m. 0.07.

CORNELIA
Q·F·MARCEL
LA·AN·L·H·S·E

IVCVNDVS
SER · D · S

Descripsi ex ectypo evanido misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXIV 1899 p. 134.

Vv. 1—3 in ectypo vix apparent. — 5 in. HER editor, non recte.

---

256 *Malpartida de la Serena,* rep. eodem fere loco quo n. 254. 255, extat in aedibus Hippolyti Fernandez Blanco, *calle de la Fuente Larga,* in curte; lapis granites altus m. 1.76, latus 0.54, crassus 0.18; litteris altis m. 0.08.

NA · AN · XX
H·S·E·S·T·T·L

EROMENE
MATER
D · S · F

Descripsi ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXIV 1899 p. 133.

257 *Malpartida de la Serena,* rep. ibi fere ubi n. 254 seq., est in domo Antonii Ortiz, ad latus portae, quae e curte educit, lapis granites altus m. 1.60, latus 0.45, crassus 0.25.

c·FLAVIV*s*
C·L·PHILOC
ALVS·H·S·E
A // NIS·H
D·S·P·C

Marchio de Monsalud *bol. de la Acad.* XXXIV 1899 p. 134.

V. 1 FLAVIV editum est, non indicato initio atque in fine aliquid deesse. — 4 *A*[*do*]*nis* editor, vix recte; 4 fin. *h(eres),* idem.

---

258 *Malpartida de la Serena,* rep. eodem atque n. 254 loco, extat in aedibus Augustini Sanchez, *calle de Moreno Nieto* 14, in porta introitus pro limine, lapis granites altus m. 1.86, latus 0.42, crassus 0.26; litteris altis m. 0.08.

NORBANA
LVCILLA·L
NORBANI
VETTONIS
F·AN·XV
H·S·E S·T·T·L
SEMPRONI
S·LIB·ET·SI
D·S·F·C

Marchio de Monsalud *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 441; idem misit ectypum, sed quod legere nequeo.

7 *Sempronis* si in lapide est, positum est pro *Sempronius.*

---

259 *Malpartida de la Serena,* rep. *en el sitio de la Fuente Albalá* in fundo Antonii Pacheco, leuga dimidia ab oppido; iam *Almendralejo* in museo editoris, ara ex lapide granite alta m. 1.72, lata 0.45, crassa 0.22; litteris altis m. 0.06.

SILVANA
ANN · L
PIENTISS·VX
OR·H·S·E·S
T·T·L·CATO
SOCER·D·S
F· C

Describere studui ex ectypo evanido misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXIV 1899 p. 135.

Vv. 1—4 vix quidquam dispicio in ectypo. — 5 lego CATO, G·ATO editor. — 6. 7 vix distinguo.

260 *Malpartida de la Serena*, rep. iuxta eam quae praecedit, iam *Almendralejo* in museo editoris, ara ex lapide granite, alta m. 1.90, lata 0.48, crassa 0.22, litteris bonis, altis m. 0.08.

IVS · P · L · QV
INTIO · AN
LV · H · S · E · S
T · T · L · EX · TES
TAM · L · GRA
NIVS · SeV
ERVS · P

Descripsi quantum potui ex ectypo misso a Marchione de Monsalud, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXIV 1899 p. 136.

V. 1 QVI editor, errore typographi puto (ectypum hoc loco evanidum est). — 6. 7 SOCERVS editor.

Incerta provinciae Baeticae.

261 fragmentum tabulae aeneae. Originem accurate indicare noluit is qui invenit, nisi quod repertum esse a Sevilla meridiem versus dixit. Anno 1896 servabat Parisiis de Bourgade. Quo postea pervenerit ignoratur.

*is per quel*A STETERIT QVOM*inus rationes redderentur*
quoue minus PECVNIA REDIGER*etur referretur heresque*
*eius isque ad q*VEM E R QVA DE AGI*tur pertinebit quanti ea*
*res erit tan*TVM ET ALTERVM *tantum municipibus eius*
*municipi d*D ESTO EIIV*sque pecuniae deque ea pecunia*
*municipu*M MVN*icipii . . . . qui volet cuique*
*per h. l. li*CEBIT *actio petitio persecutio esto*
SIT

Misit Héron de Villefosse, cui exhibuit is qui possidet de Bourgade. Edidit Villefosse *Bulletin des antiquaires de France* 1896 p. 350.

3 in. NEM (pro VEM), 3 fin. AGP, 7 ICEBIT Vill.

Accurate respondet capiti LXVII legis Malacitanae (col. V v. 37 seq.), unde supplevimus.

Tractavit Mommsen in hoc huius Ephemeridis fasciculo supra p. 10.

III. TARRACONENSIS.

Loca varia conventus Bracaraugustani p. 331. 891. 1039; Eph. 8 p. 397.

n. 2380. Exemplum minus bonum (decurtatum) ex *Memorias parochiaes de 1758* edidit P. de Azevedo *o Archeologo Português* VI p. 151.

n. 2386. Ex *Memorias parochiaes de 1758* edidit idem l. c. p. 240. Idem exemplum est.

n. 2395*c*. *Panoias*. A. 1895 locum adiit J. Leite de Vasconcellos et titulum descripsit, minime sibi satisfaciens, edidit tamen quae excepit *o Archeologo Português* III 1897 p. 59:

Υ Ψ Ι G · Τ Ω C · · ·
Π Ι Δ Ι C Υ Ν F Ν R Ο
· · Λ Ι Μ Υ C · · ·
RIO · · C · /////C · CCALP
R V F I N V S V · C

n. 2395*e*. *Panoias*. Hanc inscriptionem examinavit a. 1883, missus a curatore operum publicorum *(ministro das Obras Publicas)*, Joh. Henr. van Hefe, cuius relationem servatam in archio curatoris, inspexit J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* III 1897 p. 177. Rettulit autem ille inscriptionem incipere a vocabulo DIIS (quod si verum est, apparet primum versum a prioribus omissum esse), v. 2 (vel potius 3) pro IMMANTVR legendum esse IMMOLNTVR, v. 5 (6) SANGVIS (pro SANTVS), in eiusdem v. fine IVXTA (pro PACIO). Pro LAC · KVII (vel LACICVIIS, ut habet Argotius) LACICVLIS legendum esse coniecit J. Leite de Vasconcellos l. c.

Eph. 8 p. 397 n. 107 (= C. II 2399 p. XLIV). Baptista *chorographia moderna do reino de Portugal* I (1874) p. 481 ex Almeida *Dicc. chorogr.* II p. 302. — J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* II 1896 p. 169 ad imaginem photographicam, ex qua v. 6 excepit sic: L · · LNIV.

---

261 a. b inter *Villa-Flor* et *Torre de Moncorvo*, ibi ubi ascenditur in collem situm inter *os campos da Villariça* et fluvium *Sabòr;* n. 261 a in deversorio *da Silveira* supra portam quandam.

261 a
D · M · S
Λ L L I Λ R E
BVRINΛ
N X L V H · S ·
5 S · T · T · L

261 b
D · M
Q MART
IONI N
XXVIII
5 H S E
S · T · T · L

Ex schedis Emmanuelis de Queiroga Correia Carneiro de Fontoura (1784—1856) edidit J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* VII 1902 p. 11. 12.

261ª V. 4 in. scr. N.

---

262 *no Castello d'Aguiar (Villa Pouca d'Aguiar)* [cf. Eph. ep. 8 n. 108. 109], cippus altus m. 1.30, latus 0.60, constans ex argilla, lapidibus fragmentisque tegularum *(bloco feito d'um barro ligeiramente avermelhado com pedras e bocadas de tijolo),* rep. in saxi ingentis fissura *(encontrada entre dous enormes fragães, que primitivamente constituiam a mesma massa granitica e que agora formam um angulo bastante agudo).*

I O V
F I L
@
S E

P. Josephus Brenha ex vico *Pedras Salgadas* misit mense Oct. a. 1898 Francisco Martins Sarmento, is mihi.

Cf. ad eam quae sequitur.

---

263 in eadem regione in qua n. 262, *freguezia de Tres-Minas,* ubi fodinae veteres multae fuerunt, lapis rep. in cuniculo fodinae vetustae, in qua praeter terram et rudera pondera Romana dicuntur reperta esse, inscriptus in facie et a parte superiore.

in parte plana superiore:

A · LXI ·

in fronte:

CORN · F PR
IVL · CAE
MAX
D S P F

P. Josephus Brenha misit mense Oct. a. 1898 Francisco Martins Sarmento, is mihi.

In ponderibus una repertis — utrum lapidea illa fuerint an argillacea, non traditur — dicuntur redire litterae partis superioris A·LXI, additis litteris C·F.

[Miram esse et relationem de inventa inscriptione n. 262 et ipsam inscriptionem n. 263 quivis videt; nec tamen supprimere voluimus relata ab auctore bonae sine dubio fidei].

---

264 *Tagilde,* cippus ex lapide granite altus m. 0.96, latus 1.47 litteris altis m. 0.07 saeculi I. Servatur Guimarães in museo.

IVLIA · PINTAMI
F
PEICANAE · PI
NTAMI · F · AVIAE
SVAE
POST · MORTEM

protome puellae et caput equinum
In reliquis lateribus: figurae stantes duae — mulier sedens, infans, vir sedens — mulier vel puella quasillum manibus gerens

Descripsi ex imagine photographa quam misit Joh. Gomes d'Oliveira abbas de Tagilde m. Sept. a. 1900. Idem ed. *Revista de Guimarães* XVII 1900 p. 148.

---

526 (= Eph. ep. 8 p. 504 n. 279) *Fardães, concelho de Barcellos.*

*au*RELIO IAIFT
CI · F · MILII
AI

Sarmento misit mense Jul. 1897.

Caldas de Vizella prope *Guimarães* p. 335. 892; Eph. 8 p. 399.

n. 5569. Vv. 2. 3 PROCRY|SEDE in lapide esse affirmat Sarmento epistula quam misit mihi mense Jul. 1897.

Eph. 8 n. 111ª cf. p. 517. Descripsi ex imagine photographica quam misit a. 1900 Joh. G. d'Oliveira, abbas de Tagilde. Recte edita est, nisi quod versuum distributio ea est quae indicatur Eph. p. 517.

266 *Guimarães*, in domo quadam privata, fragmentum longum m. 0.42, altum 0.24, litteris altis 0.07, non malis.

IENTIVS ·
IVS HERC

Albanus Bellino misit a. 1899 cum ectypo non bono.
1 elementum primum non fuit R. — 2 in. I vel T fuit.

BRACARA AVGVSTA *(Braga)* p. 338. 900; Eph. ep. 8 p. 401. 504.

n. 2411. Ex schedis Emmanuelis de Queiroga Correia Carneiro de Fontoura (1784—1856) edidit J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* VII 1902 p. 12. — V. 2 IPHYGIAE Fontoura.

n. 2414. Ex *Gazeta de Lisboa occidental* 3. Jul. 1732 repetita est *o Archeologo Português* V 1900 p. 85. Exemplum non diversum videtur esse ab eo quod misit Acuña academiae Matritensi (sed versus continuantur; 5. 6 pleni dantur).

n. 5610. Ex *Gazeta de Lisboa occidental* 13. Jul. 1741 edita est *o Archeologo Português* V p. 115 (init. C, non G). Apparet hoc esse exemplum ex quo pendent schedae Moreirae.
Eph. 8 n. 280. Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 368.

266a *Braga, na antiga rua de Santo Antonio.*

HE
SAC
C·IVLIVs···

Alb. Bellino *Cartas sobre epigraphia romana* (Brac. 1898) p. 26, inde J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* V 1900 p. 192.

Vianna cum vicinia p. 344. 901.

267 *Monte Redondo, freguezia de Lamas,* ubi est pro limine portae cuiusdam; ara alta m. 0.87, lata m. 0.39, litteris cm. 5.

P R O S
I C NT S C
R E O S E I
⊦E R M E S
V · S · L · M

A. Bellino misit mense Apr. iterumque m. Aug. a. 1900. Ectypum inutile, quod idem misit.

---

268 *Villa Mou (concelho de Vianna),* rep. a. 1892, cum diruitur ecclesia, ara alta m. 0.88; mox periit.

. . . .
RVFI · GRO
VIVS·VOTV
M·IOVI·OP
CVMO · IV'
·IVMO
. . . .
. . . .

L. de Figueiredo da Guerra *o Archeologo Português* V 1900 p. 177.

Initio mutilam fuisse non traditur. — 2. 3. Grovios memorat Plinius h. n. 4, 112. Cf. C. 2550. — 4. 5. fuisse OP|TVMO MA|XSVMO coniecit Leite de Vasconcellos.

268a *capella de S. Cypriano, nas vertentes de Crasto de Roboreda (freguesia de Santa Vaya)*: cippum ibi extare, in tribus lateribus inscriptum, sed in eo nihil agnosci praeter · · CARO · · · CONS · · ·, refert Felix Alves Pereira *o Archeologo Português* V 1900 p. 39.

AQVAE FLAVIAE *(Chaves)* cum vicis circumiacentibus p. 344. 902; Eph. 8 p. 406. n. 2484. Extat *em Bóbeda em poder do Sr. José Homem de Sousa Quevedo Pizarro.* J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* II 1896 p. 130, qui v. 2 BORNI, non BVRNI, se legisse esse affirmat, v. 5 III · EI · · · TAR · · ·

---

269 in parietinis castelli *de S. Paio, freguezia de Nogueira* [cf. C. n. 2480], *concelho de Sinfães (Douro)* rep. m. Iunio n. 1899, iam *Guimarães* in museo; tabula lapidea desecta ex ara, alta m. 0.53, lata m. 1.44, litteris optimis.

IMP · AVGVSTO | DIVI
F · SACRVM PVBLICE
VLIVS

Ioh. Gomes de Oliveira abbas de Tagilde misit m. Oct. a. 1900.

---

270 rep. in parietinis castelli *de S. Paio,* servatur *Guimarães* in museo Martins Sarmento.

(O V//
M A P//

Descripsi ex imagine photographa missa a Ioh. G. di Oliveira.
1 *Lov* . . . potius quam *Iov* . . .

---

271 *na povoação de Cimo da Villa da Castanheira, no extincto concelho de Monforte Rio Leivre, hoje de Chaves,* cippus altus m. 0.50, latus 0.28, litteris rudibus, altis m. 0.05 ad 0.07. Extat in museo Bragantiensi.

I O V I
O Ↄ M
V Ↄ M
A Ↄ S

Descripsi ex ectypo misso ab Albino Pereira Lopo, qui edidit *o Archeologo Português* IV p. 313. Praeterea per Josephum Henriques Pinheiro misit Franciscus Emmanuel Alves, *abbade de Baçal, Bragança.*

---

272 *Avelleda, concelho de Chaves, do estinto de Monforte, na parede d'uma casa,* cippus altus m. 1.7, latus 0.33, crassus 0.14; litterae altae 0.08.

D M S
CIRCE AN
A · ARONIS
AN LXXV
H S

//////A//////

Franciscus Emmanuel Alves misit Iosepho Henriques Pinheiro Portuensi, is mihi.

273 *Avelleda,* in domo quadam, pro poste fenestrae cellarii, lapis altus m. 1.12, latus 0.32, crassus 0.15, litteris altis m. 0.13.

Λ
Λ C
\ L Λ B
VS TV
R O B I I
ΛNN
O R V M
LXXV
H S C

Franciscus Emmanuel Alves misit Iosepho Henriques Pinheiro, is mihi.

4. 5 *Turob[r]i[g(ensis)]?* Cf. ad C. n. 964.

---

274 *Tronco, povoação do extincto concelho de Monforte de Rio Leivre, actualmente de Chaves, donde dista approximadamente tres leguas,* ara alta m. 0.75, lata et crassa 0.30; litterae altae sunt 0.06.

IOVI OPT
M O M X
V C Λ O R

Alves misit Iosepho Pinheiro, is mihi.

---

275 *Tronco,* ara alta m. 0.62, crassa 0.28, in aedibus Benjamin dos Santos, *num lugar do termo da dita povoação chamado Pontal:*

SE///////
/////.'/////
/ /////////
OI·ΛV·S

Alves misit Iosepho Pinheiro, is mihi.

275[a] *proximo da Cidadonha, castro de Monsalvargo, concelho de Valpaços,* in saxo quod paries est putei.

275[b] *ao Rigueiral, no termo de Sanfins, mesmo concelho,* in rupe quadam.

275[a] DS
RIG

275[b] OBILI
TERMN
TREB

Joach. de Castro Lopo *o Archeologo Português* V 1900 p. 167.

[Haec num antiqua sint nescimus; videturque ipse editor de antiquitate dubitasse].

Bragança cum vicis adiacentibus p. 348. 903; Eph. 8 p. 407.

276 *Babe*, qui vicus a *Bragança* 12 chil. distat inter sept. et orientem, ara, litteris non bonis altis m. 0.05 saec., ut videntur, primi.

I · O · M
T · I · L ·
ET · P P
EX · VO
T·O sic

Descripsi ex ectypis missis ab Albino dos Santos Pereira Lopo Albano Bellino, deinde mihi. Ediderunt A. Pereira Lopo *o Archeologo Português* IV 1898 p. 443; Bellino *Cartas sobre epigraphia romana* (Bracarae 1898 8.) p. 31 cum explicatione doctoris Pereira Caldes.

In parte aversa eandem inscriptionem extare, sed minus claram ait Pereira Lopo. — 2. 3 nomina dedicantium ut videtur.

---

277 *Babe*, cippus altus m. 0.84, latus 0.38, crassus 0.06, litteris parvis, altis m. 0.4 ad 0.03, saec. puto I exeuntis.


D M
CALPVRNIO
REBVRRINO
EQVITI AL·II·P
G·S·T·T·L·
hasta s. sagitta, culter

Descripsi ex ectypis quae misit Albinus Pereira Lopo, qui ed. *o Archeologo Português* III 1897 p. 224.

4 fin. P potius quam F, 5 in. G potius quam C. Quae ala significetur, ignotum.

---

278 *Castro do Lombeiro de Maquieiros* (*termo de Gondesende*), in rupe quadam (*numa fraga a que chamam molar*), in ripa sinistra fluvii *Rio Vasseiro*, 2 chil. a Gondesende, 14 chil. a Bragança.



Albino Pereira Lopo *o Archeologo Português* V 1900 p. 16.

V. 2 agnoscitur AN/MO, 3 V L P.

279 (= Eph. ep. 8 p. 515 n. 300) *Sacoias.* Iam *Bragança* in museo, cui donavit Franc. Emm. Alves.

BOVIVS
TALOCI F
ANN
XXXV
S T T L

Ex ephemeride *o Norte Transmontano* repetivit J. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Portugués* IV 1899 p. 155; ex lapide Albinus Pereira Lopo ib. V 1900 p. 79, cuius exemplum sequimur.

VALLIS MINII p. 351. 904; Eph. 8 p. 506.

n. 2530 (cf. p. 904) *San Juan de Baños de Bande.* Iam *Orense* in museo. Ad imaginem photographicam missam ab Art. Vázquez Núñez edidit Fita *bol. de la Acad.* XLI 1902 p. 498, qui in ea legit: v. 1 NYMFS, v. 2. 3 BOELI|VS (ut Barros), 6 in. SVA.

Eph. 8 n. 283 cf. p. 518. Est *Orense* in museo. Imago photographica (cf. Eph. p. 518) iam repetita est *Boletin de la Comisión de monumentos de Orense* I 1901 p. 372 tab. — 4 in. de ɔ littera vix videtur dubitari posse; nec quicquam renovatum esse ait Vásquez Núñez l. c., cui ɔ significat gentem.

280 in monte *Louredo* ad ripam Minii inter oppida *Reza* et *Freijendo,* chiliom. 8 ab *Orense*, rep. a. 1898, ara ex lapide granite alta m. 0.70, lata 0.32, litteris altis m. 0.06.

DEANE
FA·SAT
VRNI
N V S
EX·V·P

Benedictus Fernandez Alonso misit m. Martio a. 1898 et ed. *bol. de la Comisión provincial de Monumentos de Orense* I p. 23.

280a *Santa Maria de Trives*, in domo Darii Rodriguez et sociorum sub scala exteriore.

· · · · EVS
· · · · · · ·
MAXIMVS
EX VOTO

A. Vásquez Núñez *Boletin de la Comisión de monumentos de Orense* I (1901) p. 373 ad imaginem photographicam acceptam ab Heliodoro Gallego.

Loca varia Callaeciae.

n. 5638. *Puerto del Son.* Iam Pontevedrae in museo. Edidit Leander de Saralegui y Medina *Revista critica* V 1900 p. 405, qui vv. 5. 6 legit FAVS|TINVS — 9. 10 S · A ·

---

281 in praedio *Funchales, de Alcabre (Bouzas), á la orilla de un antiguo y profundo camino que baja á la playa,* repperit Daniel Rodriguez Valdés; idem dono dedit museo quod est in oppido *Pontevedra.*

D · M · S
RVFINVs
RVFI
RVFO
FILIO P
ANNOR
VM XX

Ephemeris *La Mañana (Coruña)* 14 Mart. 1899, ex qua excerptam misit Frid. G. Maciñeira.

2 fin. lacuna non traditur; praeterea nihil correxi, sed num nomina recte excepta sint, dubito.

---

282 *Sn Juan de Alba (partido de Villalba, provincia de Lugo)* rep., cum ecclesia reaedificaretur, lapis altus m. 0.38, latus m. 0.40.

D M
S E R A N I E
V I C T O R I
N A A N N O
R V M · L X ·

Fridericus G. Maciñeira misit descriptam ab amico.

---

283 *Estrada, Galicia,* lapis sepulcralis rep. *en Paradela* in fundo Ludovici Pereira circa collem dictum *Pena Dona,* ubi vetusta ecclesia parochialis fuisse dicitur, litteris rudibus; iam in museo (Pontevedrae ut videtur).

D D MA
C O L V P
ATA · AN
LIX

Isidorus Gosende ed. in ephemeride *la Voz de Galicia* d. 25 Mart. 1898; inde excerptam misit mihi Fredericus Maciñeira Ortiguerensis.

1 fortasse fuit D◊M◊.

283a in vico *Villamartin de Valdeorras* [cf. n. 2610. 2611], ubi sustinet maenianum *(soporte al balcón)* casae alicuius.

M · AEMILI
*u*S · LEPID
i NVS · POP
*u*LO · V · S · L M

A. Vázquez Núñez *Boletin de la Comisión de monumentos de Orense* I 1901 p. 373 descriptam a compluribus, adhibita imagine photographica quam misit Sanjurjo.

3. 4 *pop*[*u*]*lo* si recte exceptum, fortasse significat Genium populi, scilicet civitatis, ad quam vicus ille pertinuit. Genio populi dedicati sunt lapides Africani C. VIII 4575 cet.

283b *en la capilla de Santa Eufemia, lugar de la parroquia de San Esteban de Ambia, ayuntamiento de Baños de Molgas* [ab Orense circ. 20 chil. inter meridiem et orientem versus], supposita altari.

AVRELIVS
FLAVS
TANIT·ACVARV
NYMPHIS
EX VOTO

A. Vázquez Núñez *Boletin de la Comisión de monumentos de Orense* I 1901 p. 374 acceptam a Sanjurjo y Palacios.

Lapidem difficilem lectu esse, quippe ex parte tectum gradibus altaris, traditur. — V. 3 vix recte exceptus; ethnicum inesse vidit editor.

283c *Vilaboa, lugar de la parroquia de San Esteban de afuera, ayuntamiento de Allariz,* in domo quadam Michaelis Rumbao Fajalde; iam *Orense* apud curatores monumentorum, dono Francisci Conde Valvís; lapis altus m. 0.52, latus m. 0.53, litteris altis cm. 5.

M · DOMITIO
SATVRNINO
MARCVS DOM
· · · · · TRI
VAL·MAMILIA
MARITO

A. Vázquez Núñez *Boletin de la Comisión de Monumentos de Orense* I 1901 p. 406.

LVCVS AVGVSTI p. 359. 907; Eph. 8 p. 524.

n. 2581. Extare *en el interior de la muralla junto á la Puerta Miño, no en la de S. Pedro*, adfirmat Josephus Villaamil epistula data m. Sept. a. 1900.

---

284 *Lugo, en una de las primeras hiladas del arco de la Puerta Miño, por el interior,* litteris pulchris.

CAE
IMP
AVG
MAX

Jos. Villaamil y Castro misit m. Oct. a. 1896.

---

285 *Lugo*, a. 1894 ex muro urbis extractus (una cum Eph. 8 n. 310), cippus altus m. 0.70, latus 0.40, litteris altis (v. 2) m. 0.08.

D · M · S
AQVILIO
EVPREPETI
FORTVNATA
5 CONIVGI
MERENTI
POSVIT

Josephus Villaamil y Castro misit. Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 262 descriptam ab Emmanuele Hermida et ex ectypo malo misso a Bartholomaeo Teijeiro.

---

286 *Lugo,* in muro urbis *(en la Puerta Nueva)* lapis longus m. 0. 49, altus 0. 39, litteris altis m. 0.07, saec. I.

CARA · VE
SVCLO · TI
B · ETOVECI

Fita descripsit ex ectypo misso a Bartholomaeo Teijeiro, ediditque *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 517.

3 in. B non omnino certa.

287 *Lugo*, rep. cum n. 286 cippus magnus, altus m. 0.82, latus 0.52, litteris saec. II altis m. 0.07.

D · M · S
C A S S I A E
A N T I P A T R A E
L · S E P T I M I V S
H E R M E R O S
AVG · L·B · CONIVG·
C A S T I S S I M A E
CVM·QVA·V·A XXIIII
B · M · F

Descripsi ex ectypo quod Fitae misit Bartholomaeus Teijeiro, ille mihi. Edidit ille *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 515.

8 in. CVM ectypum potius quam QVM (ut editum est *bol.* l. c., sed in transscriptione: *cum*).

---

288 *Lugo*, rep. una cum iis qui praecedunt, cippus altus m. 0.68, latus 0.39, litteris saec. II/III altis m. 0.03—0.04.

D · M · S
VALERIAE · FRON
TILLAE · AN · XXII
FILIAE·SANCTI
SSIMAE · DISC·
PVLAE · CARIS
SIMAE · M · VAL
FRONTO · LVSI
TANVS
F · C

Descripsi aegre ex ectypo quod Fitae miserat Bartholomaeus Teijeiro. Edidit Fita *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 514.

---

289 *Lugo*, rep. cum n. 287, lapis longus m. 0.49, altus 0.25, litteris altis m. 0.055, saec. I/II.

VLENI·AN·XX
BVLENI·N·XX·
LENI · AN · XII

Descripsi ex ectypo Fitae misso a Bartholomaeo Teijeiro, unde ille ed. *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 516.

[B]uleni supplevit Fita; malim *Eubuleni* sive *Cleobuleni.*

Castro de Avellãs p. 362. 909. — *Aldeia Nova* (prope *Miranda do Douro)* Eph. 8 p. 408.

Eph. 8 n. 128. *Aldeia Nova.* Iam Bragançae in museo. Ectypum misit Jos. Henriques Pinheiro. 2. 3 vere est in lapide (sicut edidimus) SIGINI|FERO, 3. 4 SA|BNIMÆ.

n. 5652. *Castro de Avellãs.* Denuo ex lapide Albinus Pereira Lopo *o Archeologo Português* III 1897 p. 192.

---

290 *Parece pertencer a Castro d'Avellãs.*

BALAESO
CAEPALL
· · · · · XIX

Jos. Henriques Pinheiro misit a. 1898.
2 CAEPALL(I) exemplum mihi missum.

---

291. 292 *Picote (Miranda-do-Douro)*, destinatae ut videtur museo Bragançiensi (cf. infra).

291 ✻

D M	D M
ARRIV	PLACIDVS
VX	PATRI
AIPA	ALLIO
	AN LXX

292 ✻

DEOCENAE
CARETI · F
ANN XL

figurae duae rudes (sive cippi figuram humanam imitantes)

292a rosa

PRONTONI
RVPPATIANI
LIBERTO · V
RVPINA

figurae duae rudes vas quoddam magnum inter se collocatum tangentes

292b rosa

REBVRINO
BOVTI
AN IXX

figurae duae (sive cippi figuram humanam imitantes)

292[c] ☧

RVFINO

RVFI AN

XC

Albinus Pereira Lopo *o Archeologo Português* V 1900 p. 144. 145 missas ab Jos. Fernandes de Carvalho '*para o Museu de Bragança*'.

ASTVRICA p. 365. 707. XLV. 911.

Inscriptiones Asturicenses tam superstites quam deperditas edidit Marcellus Macías *boletín de la Comisión provincial de monumentos históricos y artísticos de Orense* I 1901 p. 381 seq. 398 seq. II 1902 p. 1 seq., ita ut superstites conferret ad lapides, deperditas repeteret ex Corpore Inscr., adiecitque commentarios non inelegantes.

Lapides olim in hortis publicis adservatos iam translatos esse in aedes publicas *(Casas consistoriales)* narrat Macias *bol. de Orense* I p. 385.

n. 2639 (p. 707). Iam in aedibus publicis. De visu edidit Macias *bol. de Orense* I p. 402, legens v. 2 Q·/AB·CELER·BR^AC (ut Saavedra), v. 8 M*a*SCELLIO (praeterea etiam in aliis compluribus versibus secundam litteram periisse eiusdem apographum indicat; v. 8 fuisse V·*l*EG, non VET·*l*EG ait idem).

n. 2659. Servat Asturicae Leontius Núñez Nadal, *calle de la catedral.* Inter vv. 3 et 4 ET inserendum esse, v. 5 (4) in lapide esse TRYPHAENA docet Macias *bol. de Orense* II p. 33.

n. 5076 = 5662. Primus descripsit Gaspar de Jovellanos (de quo dictum est C. II p. 374, cf. n. 2639) in schedis, quas repertas a Julio Somoza adhibuit Macias *bol. de Orense* II p. 111. Ipse Macias *bol.* l. c. p. 35.

n. 5077. Primus descripsit Gaspar de Jovellanos (cf. ad praecedentem), qui in principio ut videtur addidit litteras has singulares

E·M·C·

292[d] Asturicae rep. in muro demoliendo prope aedes Leontii Núñez, qui servat; cippus marmoreus altus m. 0.46, latus m. 0.45.

D · M

SIMILI AVGVSTORVM

NOSTROR VERN*ae*

VIXIT · AN · X · · ·

Marcellus Macias *bol. de Orense* II 1902 p. 70.

292e Asturicae rep. cum corruit murus quidam *sobre el corral de una casa del arrabal de Rectivia,* iam in aedibus publicis; cippus altus m. 1, latus m. 0.49, litteris cm. 8.

rosa
BAEBIVS
LATRO · NIG
RI · F · VXAMA
IBARCENS
IS · AN · XIII
H · S · E

Macias *bol. de Orense* II 1902 p. 65.

3—5 *Uxama Ibarcensis.* Idem lectum est in lapide descripto prope *Lara de los Infantes* (C. 2854): *Uxama Ibarcensis.* Cf. Ptol. 2, 6, 53: ἀνατολικώτερον δὲ τούτων καὶ τῶν Κανταβρῶν Αὐτρίγονες, ἐν οἷς πόλεις μεσόγειοι Οὔξαμα Βάρκα, ubi Οὔξαμα Ἴβαρκα legendum esse iam apparet. De alia Uxama cf. C. II p. 387.

292f Asturicae, servat Leontius Núñez, *calle de la catedral,* cippus altus m. 1.30, latus m. 0.70.

rosa
Q · VARIVS
REBVRRI · F
MATERNVS
SEVRRVS
TRANSMINI
AN · XIIX
H · S · EST

Macías *bol. de Orense* II 1902 p. 52.

4 de Seurris cf. Plin. h. n. 4, 112, Ptol. geogr. 2, 6, 27, item ad inscriptionem prope Bragantiam rep. Eph. 8 n. 126.

292g Asturicae, a. 1897 extracta ex fundamentis muri (urbis ut videtur), deinde in aedibus publicis; alta m. 0.80, lata m. 0.30.

TI IVLIO · VEGETO
SABINVS · LIB ·

Macías *bol. de Orense* II 1902 p. 68.

292h Asturicae, in domo quadam *calle de San Marcos del arrabal de San Andrés,* in pluteo fenestrae; alta m. 0.73, lata m. 0.61.

rosae duae
D M
IVL·
AM+MAE
MAT
SANCTIS
SIMAE MIN
CIRI FIL

Macías *bol. de Orense* II 1902 p. 69.
3 inter AM et MAE videtur signum interpunctionis esse, certe legit editor *Ammae*, conferens titulem Pallantinum Eph. 8, 133.

292i Asturicae, extracta ex muro urbis a. 1895, iam in aedibus publicis; alta m. 0.42, lata m. 0.27.

rosa rosa
D ◊ M
IVNIÁE · BLAÉSIL
LAE · ANN·$\overline{XX}$
IVLIVS · OCVLASI
VS / VXÓRI /
PIENTISSIMAE

Macías *bol. de Orense* II 1902 p. 67.

292k Asturicae, rep. in muro urbis, deinde in seminario; alta m. 0.83, lata m. 0.58.

rosa
T·SEp·MARTIALI
P·SEp · BERVLLA · MARITO
PIENTISSIMO
AN · LXXXV·H·S·E

Macías *bol. de Orense* II 1902 p. 68.

292l Asturicae, rep. in muro urbis, iam in aedibus publicis, alta m. 1.05, lata m. 0.66.

D ◊ M
SVLPICIO
PLACIDINO
lorica AN·LV·SVLPI scutum
CIVS·MESSOR
PATRONO·OPTI
MO· F· C·
cassis, hastae duae, gladius

Macías *bol. de Orense* II 1902 p. 66.

La Bañeza. Cf. Eph. ep. 8 p. 408.

Eph. ep. 8, 131. Edidit etiam Rada *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 432.

293 circ. 12 chil. a *La Bañeza (provincia de Leon) en un pueblo llamado Quintana del Marco, hay un pago de fincas rusticas conocido con el nombre de 'los Villares'.* Ibi praeter opus musivum Hylam exhibens reperta est lammina argentea formae ovalis, alta cm. $7^{1}/_{2}$, lata cm. $4^{1}/_{2}$, litteris aureis.

MARTI
TILENO

Descripsi ex ectypo Fitae misso a Dario de Mata y Rodriguez. Edidit Rada *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 420.

Mars hic a loco quodam nomen videtur accepisse. *El Teleno* nomen est monti sito a *La Bañeza* occidentem versus, ut Fitam monuit Diaz Jimenez.

Cerro de Lancia prope Legionem.

294 loco dicto *Cerro de Lancia* (inter *Porma* et *Ezla* rivos) quo loco Lanciam Asturum fuisse putant (cf. C. p. 913a), quo loco etiam tegulae legionis septimae repertae sunt (cf. infra), in monasterio *San Miguel de Escalada, soporte de uno de los capiteles del templo,* litteris saec. IV vel V, ut videbatur Fitae, quae magnam parte fuste columnae tectae sunt.

. . . .
[M]ontani uxor h. s. s. t. [t. l.]
[o mihi] ter cara! na[tos], si vi[nceret] aet[as],
[fecun]d[o saltem poteras educere] lus[tro].
[at fac]ilis t[e illapsam abduxit rivus] aqua[rum],
[dulcis] amica, [tuam conatus abicere] vitam.
. . . m . . is . . h . . . . o
. . lar de . . . . vite
. . . liber . . . . t ori
. . or . . . . quum
. . ur . . . . am
. . . [p]ure de corde iugali . Cum erigi
. . . tit uxori

Ad delineationem, ante nescio quot annos a Saavedra factam, edidit Fita *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 513 litteris minusculis, insertisque supplementis, quae repetere satius visum est, quamvis in iis inesse complura vix ferenda apparet.

ASTVRES TRANSMONTANI p. 373. 919.

n. 5746. Non prope *Cangas de Onis,* sed prope *Cangas de Tinéo* (qui locus multo magis occidentem versus situs est), et quidem loco dicto *Aruesa* inter *Larón* et *Viliella* vicos, repertam esse perhibet Fita *bol. de la Acad.* XXXVIII 1901 p. 78, cui misit Firminus Canella y Secades acceptam a parocho vici Larón.

PALLANTIA *(Palencia)* p. 377. 924; Eph. 8 p. 409.

295 Pallantiae, rep. a. 1898 prope ecclesiam cathedralem *al abrirse los cimientos del Noviciado de las Hermanitas de los Pobres*, servat ibi Franciscus Simón y Nieto: ara, alta m. 0.35, lata 0.27, litteris altis m. 0.04.

//////////////
A Г R /// IV s
C A E R R I
AFRICNI · F
DVILLIS·V
S · L · M ·

Descripsi ex ectypo quod misit Fita, qui edidit *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 509.

1. 2 ANNIVS | ATREVS Fita; ectypum in v. 2 admittit AFR*ic*NVS. — 3 sic Fita, idque videtur confirmari ectypo.

5 numina, quibus dedicatae sunt arae hae Pallantinae, praeterea ignota. Sed ait Fita p. 507, una repertam esse aram inscriptione carentem et in ea insculptas, intra singulas aediculas, figuras tres muliebres; videri igitur cogitari posse de deabus tribus *Duilli(i)s*. De Matronis similiter repraesentari solitis monuisse sufficit.

---

296 rep. et adservata una cum ea quae praecedit: ara, cuius pars scripta alta m. 0.33, lata m. 0.30.

CL·LATTV
RVS · DVL
LIS · V · S · L ·
M χ И

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 508.

V. 3 litteras Ibericas putat Fita *q* et *g*.

---

297 rep. et adservata una cum n. 295. 296, fragmentum altum et latum m. 0.20: 0.33, litteris altis m. 0.055.

· · · · · · · ·
· · · A · · · · ·
SER·V·S·L·M

Fita *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 509.

---

298 prope Pallantiam *(de las inmediaciones de Palencia)*, rep. a. 1897.

AES ·
F · C ·

Franciscus Simón y Nieto misit m. Maio 1897.

299 Pallantiae, rep. et adservatum una cum n. 295, fragmentum altum m. 0.25, latum 0.30, litteris optimis saec. I altis m. 0.07.

T · CO
A Q̣V

Fita *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 510. Ectypum habuimus.
2 *Aqui[flaviensi]* Fita.

---

300. 301 *Frómista (prov. de Palencia),* rep. *reparandosi la cúpula del templo románico de San Martín.*

300 lapis altus m. 0.33, latus m. 0.21, litteris altis m. 0.06, saec. II.

VERVS
*f*RATER
S · T · H
· C

301 lapis altus m. 0.41.

ḌMI
*pate*RNO · C
*uixi*T · AN · XXV
*va*LERIA
NA · VXOR
ÇO

Descripsi ex ectypis missis a Francisco Simon Nieto; ed. Fita *bol. de la Acad.* XXXVI 1900 p. 174.

---

302 *Abia de las Torres (prov. de Palencia),* leugas tres versus septentriones et orientem a *Carrión de los Condes,* ad confluentes fluviorum *Pisuerga* et *Valdabia,* non procul ab *Osorno,* ubi Dessobrigam fuisse credunt (itin. Anton. p. 449), fragmentum insertum muro porticus ecclesiae, altum m. 0.40, latum 0.25, litteris altis m. 0.035, non bonis, saec. fere III.

LI · · · · · · ·
GENERO
PIENTISSI
MO MILITI
IMMVNI

Descripsi ex ectypo misso a Francisco Simone y Nieto Fitae, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXVII 1900 p. 443.

1 sic Fita; in ectypo nihil distinguo. Exciderunt initio versus complures, soceri et generi nomina continentes.

4. 5 *miles immunis* videtur intellegendus de immuni legionis septimae. Ceterum videatur de immunibus Ephem. epigr. III 1881 p. 409.

CLVNIA p. 382. 928. 1050; Eph. 8 p. 413.

n. 2774. Ex ectypo, quod Rada dedit Fitae, is misit mihi, apparet post v. 6 extare hunc septimum, iam ab Anonymo Cluniensi saec. XVIII observatum:

AIIO GENVS

(AN · · · · GENVS legerat Anonymus). Intellege *Aiiogenus* (spatium inter AIIO et GENVS relictum est propter vitium lapidis). Significatur qui titulum posuit T. Valerium Flavum e gente Aiionum fuisse in his regionibus clara. Cf. C. 2782: *C. Calvisio Aiionis f. Gal. Sabino.* 2822: *Aionis f. Calvisio Sabino.* Atque etiam in titulo C. 2772 *Aiio* initio positum fortasse ad nomen hominis pertinet. (C. 2814 iam videtur legendum esse *L. Tritalicus Attonis Flavi f.*, cf. Eph. 8 p. 414).

San Esteban de Gormaz p. 387. 929; Eph. 8 p. 414.

2823. 2824 (vide infra n. 303. 304).

2826 vidit Dodgson mense Maio 1897; vv. 1. 2 excepit ut Loperraez, v. 3 in. H om., 4 om.

2828 vidit Dodgson et pauca excepit, sic LETERNIO|RNO IBVRANCO | IVLIO | · · · · · · | · · · | · · · | MARITO PIENTISSIMO.

303 (= C. 2823 cf. Eph. 8 p. 414) *San Esteban de Gormaz.*

NICE · ATILI
AE·MEDVTTIO
ANC · AN · XX
H · S · E

Descripsit Dodgson.
3 *anc(illa).*

---

304 (= C. 2824) *San Esteban de Gormaz.*

Dodgson:	*Loperraez:*
D I S MANIB	D · M//
C COLC PATER	C L O//////T E R ·
AN IX	ANN/////LX////////
VAL · · · · NI	VAL//////AN///L//
EΓ C · · · · ·	H·C·/////COR/////
AN·XXX·T·COR	AN·XXXI·COR·IIII
ANVS · PATRI	ANNVS·TRIVMVIR
FRATRI · PA	PAREN////OP·MIS

Descripsit Dodgson. Loperraez *obispado de Osma* (1788) 2, 318 (inde C. l. c.) Apparet ne nunc quidem recte exceptam esse.

NVMANTIA cum vicinia p. 388. 930.

305 *Garray, on the altar of the forum, near the hermita* [cf. C. n. 2837].

IOVI
O·M
D D

Dodgson misit a se descriptam m. Maio a. 1891, cui indicavit Aemilius Rabal Diaz.

Lara de los Infantes p. 391. 930; Eph. 8 p. 419.

n. 2869 = Eph. ep. 8, 154. Edidisse dicitur etiam Raim. Melida *El jinete iberico* (Madrid 1900), teste Leite de Vasconcellos *arch. Português* VI 1901 p. 78.
n. 5798 (cf. Eph. ep. 8 p. 420). Imaginem photographicam acceptam a P. Paris repetendam curavit Cagnat *bull. des antiquaires de France* 1897 p. 197.

Quintanilla Somuño Eph. 8 p. 419.

Eph. 8 n. 158. *Comillas* in museo descripsit Dodgson (mense Maio 1897), idem misit ectypum.

Oppida circa *Burgos* sita p. 395. 932; Eph. 8 p. 423.

Eph. 8 n. 158a. Edidi *Revue des Universités du Midi* II 1896 p. 393.

306 Burgos, muro musei immissum fragmentum.

· · · ASQVE
· · · · MOS
· · · · · ER

Descripsit P. Paris, unde edidi *Revue des Universités du Midi* II 1896 p. 394 n. 2.

CANTABRI ET VARDVLI p. 397. 934.

n. 2917 (p. 934). Vasculum Umeritanum, repertum, ut perhibetur, circa a. 1798 loco dicto *Pico de Castillo* nuper unus ex dominis, Antonius de Otañes, Matritum attulit, ubi examinavit Jos. Raimundus Mélida, qui alteram inscriptionem sic excepit (*Revista de Archivos* I 1897 p. 289):

L·P CORNELIANI P III >III·

Fasciculus Ephemeridis epigraphicae quem edimus primus est quem Theodorus Mommsen non vidit prodeuntem; superiores omnes ab eo editos, plerosque etiam ab eo conscriptos esse sciunt qui rebus Romanis cognoscendis operam dant. Imaginem Ephemeridis epigraphicae, qua post absolutum Corpus inscriptionum Latinarum inscriptiones quotannis repertae aliquando edendae essent, iam tum Mommsenus animo sibi formaverat, cum primum mense Ian. 1847 Academiae Regiae Berolinensi exponeret quid de condendo Corpore inscriptionum Latinarum sentiret. Itaque cum a. 1871 Corporis ab ipso sociisque eius conditi aliqua volumina prodissent, aliud editioni proximum esset, vir propositorum tenax et omni cunctationi inimicus, ilico edidit Ephemeridis huius fasciculum primum, continentem supplementa ad Corporis inscriptionum Latinarum volumina primum alterum quartum. Nec tamen solis supplementis Corporis hanc Ephemeridem destinavit, sed locum in ea habere voluit commentationes, quibus gravioris argumenti inscriptiones atque inscriptionum ope res Romanae explicarentur. Hinc fluxerunt 'Observationes epigraphicae' Mommseni, praecipuum huius Ephemeridis ornamentum, quibus varias partes vitae antiquae Romanae, in his abditas multas et obscuras, viva luce illustravit, et commentarii illi uberrimi, quibus monumenta insignia recens reperta instruxit, e quibus nominavisse sufficiet legem coloniae Genetivae, legem metalli Vipascensis, tabulam Italicensem de sumptibus ludorum gladiatoriorum, acta ludorum saecularium. Qui commentarii mira celeritate conscripti, ne nova monumenta 'nuda et deformia' prodirent, tam multiplici doctrina referti sunt et ita res ad quas pertinent exhauserunt, ut posterioribus editoribus vix quicquam relictum esset quod adderent.

Volumina Ephemeridis epigraphicae per tria decennia Mommseni ingenio nobilitata non ultimum locum inter immortalia eius opera obtinebunt, quibus artem nostram fundavit. Nobis hereditatem relictam pro viribus tueri atque augere cordi erit consiliaque, quae summus magister in Ephemeride condenda edendaque secutus est, nos non deserturos esse spondemus.

O. HIRSCHFELD. H. DESSAU.

DE ANTIQUISSIMIS INSCRIPTIONUM SYLLOGIS.

Corpus inscriptionum Latinarum iam fere absolutum quicunque adit, ei in plerisque voluminibus viri illi saeculi quinti decimi occurrunt, qui quasi fundamenta operis illius numquam perituri iecerunt, primi inscriptionum syllogarum conditores, Cyriacus Marcanova Felicianus Ferrarinus Iucundus alii. De his viris eorumque vita et syllogarum singulis partibus singula volumina corporis lectorem edocent. Sed nunc tandem voluminibus illis absolutis tota quaestio recte solvi poterit, quid quisque eorum arti epigraphicae litterisque profuerit. Accedit quod notitia nostra de singulis syllogis inde ab anno 1873, quo tertium volumen corporis prodiit, novis codicum subsidiis repertis saepe aucta est. Cum autem ad contextum verborum inscriptionum recte constituendum necessaria sit de fide cuiusque auctoris certa cognitio, iam dudum viri illi, qui universo corpori praesunt, consilium inierunt, quasi summam omnium voluminum facere atque in unum conferre, quidquid de singulis syllogis et earum utilitate et compositione nunc dicendum est. Quem laborem ego pro viribus meis suscepi, quia primario illorum auctorum Cyriaco Anconitano iam antea operam dedi nec me fugit de studiis eius epigraphicis recte iudicari non posse, nisi collatis semper auctoribus illis posterioribus.

Si quid autem in hac provincia praestiti, grato animo id acceptum referre debeo Theodoro Mommseno, qui mihi totius operis auctor fuit nec non opera et consilio me semper adiuvit, et Christiano Huelseno, cuius indefessa cura multos per annos Romae schedae codicum congestae sunt, et qui me artis epigraphicae Romanae satis ignarum aestate anni 1898 in Capitolio qua solet comitate et liberalitate his studiis initiavit neque umquam postea mihi interroganti defuit.

Atque ut hoc loco plenissime perspici possit, quot tituli nobis soli vel primi codicibus servati sint, disputationem meam ita instituo, ut plenas syllogas in tabularum formam redactas proponam, ita tamen ut antiquissimae quaeque plenissimae exhibeantur, ad quas suo loco adscriptum est, quid quisque auctorum posteriorum ex illis mutuatus sit. Ultimus, quem plenum dedi, auctor est Iucundus, qui mortuus est anno 1515. Singulis autem tabulis singula capita disputationis de auctoribus epigraphicis respondent, et quo facilius inveniri possit, quo loco disputationis de unaquaque inscriptione actum sit, index voluminibus corporis inscriptionum se applicans additus est.

I. DE SYLLOGIS SIGNORILIANA ET POGGIANA.

Primae inscriptionum syllogae nobis quidem servatae, quas Nicolaus Laurentius et Poggius instituerunt, cum in indice auctorum voluminis sexti corporis inscriptionum integrae propositae sint, de eis satis habui conspectum plenum dare (infra p. 246. 248), e quo apparet, quos quisque auctorum posteriorum titulos ex illis sumpserit, ita ut postea de singulis auctoribus disputans ad hunc conspectum lectorem remittere possim.

II. DE CYRIACO ANCONITANO, IOHANNE MARCANOVA, FELICE FELICIANO.

Primus qui post illos titulis describendis via ac ratione operam dedit, fuit Cyriacus Anconitanus, de cuius vita studiisque epigraphicis plenissime egit I. B. de Rossi Inscr. Christ. II 356 sq. Huius viri de condendo corpore inscriptionum optime meriti itinera resque gestas plenius enarrare huius loci non est nec fieri commode potest nisi editis simul commentariorum eius atque epistularum fragmentis omnibus, quae diligenter colligo. Hoc loco satis erit indicare, quaecunque series titulorum certo nomine ad eum referri possint. Qua in re non ordinem temporum vitae eius servavi, cum saepe difficile sit diiudicare, quid in quoque itinere descripserit, verum ordinem voluminum corporis inscriptionum secutus sum, nisi quod ab urbe Roma initium feci.

Ac primum quidem Cyriacus anno 1424, tum annis 1431—34 Romam pluries adiit. Iamdudum constat eum ad syllogam titulorum condendam primum priores illas syllogas adhibuisse. Titulos autem Signorilianos et Poggianos in schedas suas rettulisse contentus non erat, sed ipse his copiis optime instructus illos ad lapidem examinabat. Quo factum est, ut multi tituli apud eum pluries legantur. Quos in ordinem tabellarum ita redegi, ut primum ad syllogas illas eos Cyriaci locos adferrem, ubi aperte seriem quandam inscriptionum ex illis sumpserit, eos autem titulos, quos Cyriacum ipsum vidisse aut correxisse certis argumentis demonstrari potest, in Cyriaci tabulis repeterem.

Cyriaci syllogam urbanam ab eo ut alias partes commentariorum seorsum pervulgatam esse atque Florentiae[1]) et Mediolani ante a. 1461 exempla eiusdem adservata fuisse, docuit epistula Ludovici Gonzagae data Vincentio Scalonae publici iuris facta: *Giornale storico della letteratura italiana* XVI (1890) 159. Optime hac epistula, qua comes Mantuanus petit, ut sibi codex Cyriacanus ducis de Sforza continens epigrammata Romae descripta Mantuam mitteretur, quem ibi describendum curaret ut brevi ante codicem Florentinum, docemur, quanti principes illi ultimis Cyriaci diebus studia epigraphica fecerint et quomodo codices epigraphici nobis servati orti sint.

Ad nos autem cum Cyriaci sylloge urbana integra non pervenerit, e codicibus Cyriacanis, de quibus post corporis editores disseruit de Rossi Inscr. Christ. II 359, duos elegimus, e quibus totam syllogam quodam modo restitueremus, codices dico Parmensem 1191, olim Petri Vitalis, et Angelicanum 430, olim D 4. 18, quorum utrumque ipse denuo examinavi. Alii codices ut cod. Vat. Ottob. 2967, Marc. Lat. XIV 124 et Vatic. 6875 eis solum locis adnotati sunt, ubi titulos a Parmensi vel Angelicano praetermissos exhibent.

Codex Parmensis inde a folio 70' seriem titulorum fere 235 urbanorum continet, minime eam quidem inordinatam, in qua ordinem hunc invenimus.

Prima pars, usque ad n. 81 (v. infra p. 250), sunt tituli a Cyriaco ipso omnes exscripti, plerique urbani, interpositis tamen et peregrinis, quorum si non primus omnes vidit, tamen quos e Signorilio (31—39) vel e Poggio petivit, eos ad lapides ipse contulit, ut multis locis lemmata ab eo adscripta demonstrant, quorum satis habeo nonnulla, quae in Corpus inscriptionum recepta non sunt, attulisse.

ad 11 = VI 1199^{b}, notum Signorilianum, leguntur: *Hi versus sunt extra urbem duo milia passuum in ponte qui est super Anienem.*

ad 17 = XIV 3668 *haec sunt prope Tibur duo mil. passuum in sepulchro quodam in tribus tabulis marmoreis.*

ad 32 = VI 1033 notatum non est, hunc titulum a Cyriaco lectum esse teste Scalamontio Colucci *Ant. Pic.* XV p. LXXXIII.

ad 36 = VI 953, quem apud Signorilium longiorem invenerat, adnotavit „*Reliqua omnia diruta*".

in 45 = VI 1035 v. 4 lacunam post: *boarii huius* indicat verbis *Consumptae litterae.*

in 50 = VI 960 v. 6 Parmensis praebet: „*locus Trati*" *fractus lapis* „*Rus sit egestus*" *reliquum est sub terra.* Non recte igitur ad titulum notatum est, Cyriacum lectionem anonymi Einsidlensis '*tantum operibus*' adoptavisse, verum optime lacunam indicavit (cf. De Rossi Inscr. Christ. II 379).

ad 65 = VI 1718, quem poterat e Poggio sumere, adscripsit *iuxta Capitolium in ecclesia quadam parva, ignis absumpserat.*

Sequitur altera pars, n. 82—112, tituli e Poggio et Signorilio petiti servato plerumque ordine eorum, quibus interpositus est 84 = VI 16*, quem re vera a Cyriaco proficisci novus nunc testis probat codex Petri Donati f. 61.

[1]) De alio codice membranaceo, qui epigrammata ubique reperta continebat et anno certe 1464 in bibliotheca Cosmae de Medicis erat, adeas De Rossium Inscr. christ. II 377/8, qui item coniecit, pauca epigrammata perscripta in folio primo codicis Marc. Graec. 481 descripta esse e simili codice Cyriacano (fortasse Mediceo).

Tertia pars, n. 113—194, optimam seriem urbanam continet, quam ex ipsis Cyriaci commentariis petitam esse demonstrat codex Angelicanus, qui praemissis titulis Poggianis et Signorilianis f. 1—21 inde a f. 22′ eandem seriem exhibet eodem plerumque ordine, nisi quod aliorum locorum titulis Cyriacanis interpositis in duas partes divisa est, 4—77, 140—164.

Utrumque autem in hac parte e fonte communi, id est, Cyriaco hausisse, non alterum ex altero, optime demonstratur lemmatibus, quorum pleraque Parmensis accuratius dat, multa Angelicanus praetermisit, quaedam tamen solus servavit; conferas:

VI 13226 *iuxta forum Iudeorum* Parm. n. 114, *in domo in qua morabatur dominus Girisôtis iuxta forum Iudeorum* Ang.

VI 15801 *in domo apud forum Iudeorum* Parm. n. 132, *in domo in qua morabatur D. Girisôtis apud forum Iudeorum* Ang.

Idem sequitur e paucis titulis quos Angelicanus solus exhibet, velut Ang. n. 53 = VI 16959, quem praeterea soli exhibent Gammarus f. 179′ et cod. Ambros. A 55 inf. f. 3, Ang. n. 71 (f. 29′) titulus gemmae in nullo alio codice repertus[1]), Ang. n. 102 = VI 1**m* et Ang. n. 124 = VI 1**o*, quos vide tab. IX, Ang. n. 133 *Levitae coniunx* Inscr. Christ. I 371 n. 843 cf. II 423.

Neque igitur dubitabimus aliis locis hunc ex illo emendare velut ad VI 28639 habet Ang. n. 32 *in S. Laurentio extra muros*, Parm. n. 135 *ubi supra* (praec. *in basilica S. Petri*). At cum Parm. hoc loco omiserit titulum christianum Rossi II 383, quem solus Ang. n. 31 servavit, verisimile est, Ang. lemmata quoque rectius servavisse.

In universum tamen archetypum Cyriaci accuratius Parmensis exprimit, cum Angelicanus ab excerptore scriptus sit, cuius operam paucis locis adgnoscimus, velut ad titulum Dalmaticum n. 138 = III 1933 (cf. infra p. 261) adscripsit „*Kyriaci credo*“.

Quarta parte codicis Parmensis 200—222ᵃ (cf. infra p. 253) tituli Cyriaco proprii intermixta tamen serie Poggiana 202—213. 220 continentur.

Hic deficit series urbana, quam in fine codicis excipiunt 354—362 (infra p. 254), falsi scilicet tituli, quos a Cyriaco venire nullus sum dubius.

Praeter hos pauci solum tituli urbem ex aliis codicibus Cyriacani demonstrari possunt, quos infra pag. 254 composui.

Quando Cyriacus titulos suos Romae descripserit, in paucis accuratius indicare possumus, quorum exempla haec affero. Tit. VI 4**e* (cf. infra p. 255) sine dubio Cyriacanus, quamquam primus eum Marcanova Bern. n. 67 habet, descriptus est in domo cardinalis S. Marci trans Tiberim, qui fuit, ut me Huelsenus docuit, Guilelmus Philasterius, Cardinalis tituli S. Marci inde ab 1411, qui ecclesiam quoque S. Chrysogoni trans Tiberim administravit, ubi mortuus anno 1428 sepultus est (cf. Palatius Fast. Cardin. 2, 180). Hunc igitur titulum, quem cardinalem doctissimum ipsum lapidi incidendum curavisse Huelsenus putat, Cyriacus in domo eius excepit, cum primum Romae anno 1424 degeret, quocum optime

[1]) *In quadam corneola parva quae erat apud Raphael. Bossum* ΤЄΚΟΥ | CΑΜΟΥ | CЄΡΟΥЄ | ΙΛΙΑ, Τεχοῦσά μου Σερουειλία. (Ineditus mansit, usque ad Leblantium *750 inscriptions de pierres gravées (mém. de l'Acad. des inscr.* XXXVI, 1, 1898) n. 726, cui ex codice Angelicano enotaverat Descemet.

convenit, quod Scalamontius apud Coluccium *Antich. Pic.* XV p. LXXII expressis verbis testatur, eum iam tum coepisse epigrammata litteris commendare. Postea eundem frustra quaesivit Iucundus, qui codicis Ashburnhamensis n. 46 adscribit: *Non vidi neque Car*[lis] *S. Marci habitat trans Tiberim.*

Contra series codicis Angelicani quidem absolvi non potuit ante a. 1427. Hoc enim anno mortuus est Gentilis de Fabriano, pictor notissimus, cuius carmen sepulchrale descriptum in ecclesia S. Maria de Minerva Angelicanus bis dat n. 13 et 148[a], omisit Parmensis.

De studiis autem epigraphicis Cyriaci tantum scimus eum non solum ruinas ecclesiasque publicas atque urbem Romam perscrutatum esse, verum etiam aditum habuisse ad domos multorum nobilium Romanorum, e quibus ipse nominat cardinalem Nicaenum (de quo De Rossi Inscr. Christ. II 360), cardinalem Ursinum, qui fuit Iordanus Ursinus,[1] cardinalis tituli S. Martini in Montibus inde ab 1405, archiepiscopus Sabinensis inde ab 1431, mortuus 1439, archiepiscopum Beneventanum, qui fuit Astorgius Agnensis atque archiepiscopatum absens Romae 1436—1451 administravit (Palatius *fasti card.* 2, 282 Ciacconi Vit. Pont. 2 p. 1179). Horum nomina et tempora confirmant id, quod de Rossius Inscr. Christ. II 360 iam docuit, Cyriacum etiam post annos 1432—4, quibus plurimos titulos Romae collegerit, syllogam suam auxisse.

Hactenus codices Cyriaci, e quibus seriem non ita magnam titulorum, quos Romae Cyriacus descripsit, restituimus (cf. Henzen, *Monatsber. Berl. Akad.* 1866, 780). Quam ut augeamus, alii testes, qui titulos Cyriacanos nobis tradiderunt, adeundi sunt, auctores dico, qui ex eo pendent, quorum agmen ducit Ioannes Marcanova, de quo ultimus De Rossius Inscr. Christ. II 392 disputavit.

De codicis eius Bernensis, quem ipse denuo Goslariam missum examinavi, titulis urbanis C. I. L. VI p. XLII dicuntur haec: Compilatus est ex sylloge ea, ex qua Signoriliana desumpta est, et Poggiana et ex Cyriacanis. Et re vera titulos 237, quos codex Bernensis f. 1—81 continet, enumerare supervacaneum est, cum plurimi in tabellis syllogarum priorum redeant. Tituli quamquam sine certo ordine positi sunt atque multi compluries repetuntur, tamen sylloga eius non mera compilatio est, sed Marcanova id egit, ut e pluribus fontibus textum emendatum adscriptis interdum variis lectionibus daret, velut ad titulos Poggianos non unum exemplar adhibuit verum plura nobis ignota (Henzen l. a. 1866, 235). Exemplum propono VI 1319 (Pogg. 55) ad quem legitur: *Hic incipit L. Rolito, alii incipiunt C. Poblicio cetera vero similia sunt.* Simili modo titulos quosdam Cyriacanos non ex uno fonte dedit, sed ad hos quoque lectiones adscripsit, quae exemplis Cyriacanis nobis quidem notis desunt. Conferas titulum VI 13469 = Marc. B. n. 168 (errore 163 notatur in Corpore), ubi recte legitur: *T. Baebi C. F. Fab. Celeris,* margini autem adscriptum est: *at fabri*, quae falsa lectio in codicem Mutinensem recepta est; VI 9897 = Marc. B. n. 209, ubi v. 5 est *galvisia* cum Feliciano Ver. n. 120, in margine autem est vera lectio *calvisia* recepta in Mutinensem. Pari modo Marcanovam exempla Cyriacana inter se conferentem deprehendimus in titulis Bern. n. 161. 162 = Parm. 73. 71 (XIV 401. VI 24864),

---

[1]) Cf. Colucci *Ant. Pic.* XV p. LXXXIX *una cum Iordano Ursino venerandissimo Cardinale prospexit* (sc. tumulum apud Tibur).

quos primum inter se non divisos dat plane ut Felicianus Ver. n. 37. 37[a], tum margini adscripsit: *in alio sunt duo, secundum est M. Postumius . .* (cf. ad XIV 401). Cum igitur Felicianus unum solum exemplar Cyriacanum adhibuerit, Marcanovae praesto erat alterum simile codici Parmensi, quod verba illa recte divisa exhibuit. Idem exemplar ad titulum Bern. 190 = VI 20501 adhibuisse videtur, ubi adscripsit ad verba: *carissimae* et *eius* (post *viro*) '*non est in alio*'. Denique ad tituli Bern. 79 = VI 13758[a] verba: *libertabusque suis* Marcanova solus variam lectionem dat: *eius*, receptam in adnotationem criticam Corporis. Tituli quoque VI 1770 (Parm. n. 12). 13215. 14529 alii, qui in codicibus Cyriacanis sine loco dantur, cum accurata locorum adnotatione primum apud Marcanovam leguntur.

Quod cum constet, tituli quos Marcanova primus exhibet, ex optimo sine dubio fonte sumpti digni sunt, qui accuratius examinentur. Hos composui in tabula infra pag. 255.

Ac primum quidem Marcanova Bern. 60—69. 232—3. 237 seriem falsorum exhibet, qui apud posteriores redeunt. Horum duo 60. 62 in codice Cennini, cod. Magliab. Conv. soppr. II 9, 14 f. 252', expressis verbis ad Cyriacum referuntur. Qui interpositus est titulus falsus Patavinus V 202* (Bern. 55), infra (p. 204) a nobis demonstrabitur Cyriacanus. Neque dubito quin omnes Cyriacus ipse ex auctoribus excerpserit ut alios permultos (cf. p. 197), qui quodammodo syllogam titulorum in libris manuscriptis traditorum formant. Neque hoc auctori αὐτοδιδάκτῳ crimini acriori vertemus, quod nondum discrimen semper rectum fecerit inter veros titulos, qui in lapidibus inscripti aliquando exstiterunt, et inter auctorum verba in titulorum morem conscripta.

Ceteri tituli partim nunc codice Petri Donati demonstrantur Cyriacani (Marc. B. 76. 152. 165. 213. 216). Restant paucis aliis exceptis tit. 184—192, qui fere omnes eodem ordine in codice Senensi K X 35 Cyriacano (de quo cf. C. I. L. VI p. XLIII Rossi Inscr. Christ. II 343) redeunt. Quorum pars reperta in pavimento ecclesiae Lateranensis cum eodem plane ordine etiam in codicis Rediani parte Cyriacana legatur et apud Iucundum in parte non minus Cyriacana, non iam dubitabimus ad Cyriacum omnes referre.

Hactenus codex Bernensis; restat ut de Mutinensi agamus. Atque hic in serie urbana omnino cum illo consentit, nisi quod inde a titulo 192 usque ad 334 seriem Romanam optimam illi ignotam addit (vide infra p. 256), de cuius fontibus haec inveni (cf. C. I. L. VI p. XLII). Insunt fere 30 tituli aliunde noti Cyriacani et sparsi quidam Signoriliani et Poggiani. Alios praeter Marcanovam codex quoque Redianus habet numeris 112—199 et passim postea, qui tamen minime e Marcanova eos petivit sed ipsum fontem eius adiit atque titulis his alios ex alio fonte petitos intermiscuit. Idem ordinem archetypi minime curavit et hoc modo saepius lemmata more suo confudit iam incipiens a primo, Marc. Mut. 300=Red. 127 (VI 10078), quem temere ponit *ibidem*, cum apud eum praecedat *in eccl. S. Michaelis*, Marcanova recte collocat *in S. Georgio*[1]). Aliis tamen locis verba adscripta ille rectius quam Marcanova servavit, conferas Marc. Mut. 216 (VI 10499) *in domo apud S. Petrum* = Red. 141 *in burgo S. Petri apud viam sanctam in quadam domo dirupta.*

---

[1]) Conferas Marc. Mut. 212 (VI 29301) *in muro ecclesiae S. Ioannis de mercato* = Red. 192 *in eo loco*, praecedit „*apud S. Andream*“.

Maxima pars auctorem urbis Romae nec non aedificiorum privatorum peritissimum prodit nec desunt vestigia quaedam adnotationum, quales Cyriaci propriae sunt ut ad Mut. 201 (VI 16310) *in eccl. S. Pauli, in terra* etc.

De singulis titulis pauca dicemus. Ac primum tit. Red. 128—131, qui redeunt apud Iucundum Ashb. 7—10 (de quo infra p. 237), *in porta Calatarum* Red., quorum primum VI 276 etiam Marcanova Mut. n. 200 exhibet *in porticu Gallatarum*, propter errorem communem notandi sunt. Duobus enim urbanis interponitur Atestinus V 2518, ad quem hoc notatum non inveni, notus ex Antiquo Patavino i. e. Cyriaco (cf. infra p. 204). Marcanova errorem non admisit, quippe qui titulum e serie Patavina cognoverit. Qui autem fieri potuit, ut auctor seriei Romanae, quem quaerimus, titulum hunc Atestinum urbanis suis interposuerit? Sine dubio hoc loco Cyriacum ipsum tenemus, qui multis locis titulos, quos aliis in oppidis descripsit, cum urbanis confudit. Quocum optime convenit, quod falsus VI 9*, qui apud Redianum sequitur, bis traditur, primum coniunctus cum VI 719 noto Cyriacano, deinde *in porta Calatarum*, quae verba apud Redianum praecedunt. Simili errore factum est, ut etiam Marcanova Mut. 305 daret inter Romanos tit. *ante portam monasterii Praetellae* i. e. Patavinum V 2915, ad quem falso in C. I. L. notatur: „*inter Florentinas* Felic.," cum hic quoque eum habeat inter urbanos ut Ferrarinus.

Alio indicio eodem ducimur. Pars enim seriei Marcanovanae sc. fere 70 tituli redeunt quoque in codice Rigazziano nunc bibliothecae Gambalungae D. III n. 42, de quo curatius Bormannus C. I. L. XI p. 73 egit. (Vide infra p. 256. 257.) Hic codex absolutus post Sixtum IV Pontificem (cf. ad Marc. Mut. n. 283), quem ex excerptis Berolini in tabulario Corporis adservatis novi, primo loco continet numeris 1—120 titulos urbanos petitos partim e sylloga Signoriliana, partim e Poggio, partim e Cyriaco. Ad hunc primum tribus titulis ducimur, qui e codice Parmensi solum noti sunt, quorum ad Parm. n. 219 = VI 9897 codex Rigazzianus solus lemma accuratius servavit (cf. tab. p. 254). Eodem pertinent tituli tres Graeci Cyriacani (cf. pag. 195). Quibus praemissis si titulos appendicis Marcanovanae cum Rigazzianis conferimus, apparet primum illi multos deesse, ordinem prorsus diversum esse. Ne in verbis quidem titulorum uterque consentit. Cuius rei exempla haec adscribo. Marc. Mut. n. 204 = Rig. n. 51 = VI 19952 v. 2: *Hermaphrodito* Marc., *Epaphrodito* Red. Rig. Iuc. — Marc. Mut. n. 205 = Rig. n. 105 = VI 27785 Marcanova ad v. 3 in margine adscripsit: *al' bene* EVNEMER, quod Rigazz. cum ceteris auctoribus in textum recepit. — Denique codex Rigazzianus ad unum titulum, Marc. n. 249 = VI 13813, lemma servavit, quod Marcanova omisit. Idem titulus cum eodem lemmate una cum duobus aliis (Marcan. Mut. n. 252. 266) ad Iucundum quoque pervenit, qui eos in recensione tertia codicis Vaticani 5326 sub n. 287. 289. 290 exhibet. Iam cum infra (p. 242) demonstrandum sit, Iucundum in hoc parvo codice specimina quaedam reconditioris doctrinae Cyriacanae nobis dare, hic codex tertius accedit testis, qui una cum codice Rigazziano, de cuius ceteris partibus Cyriacanis sermo infra p. 196 redibit, nobis comprobat, auctorem Marcanovae, quem eundem hi duo testes adierunt, nullum alium esse nisi Cyriacum.

Qui in fine huius auctarii extant tituli 299—334, duobus exceptis in urbanis Feliciani redeunt et sunt partim noti Cyriacani, inter quos Interamnates, Tiburtini, alii, partim e Laurentii Behem sylloga petiti, de qua infra disputabimus. Hic notandus videtur, qui in tabulas receptus non est Marc. Mut. 324: *in*

antiquissimo tumulo apud S. Laurentium in Lucina. L. Cornelius | Bassus qui vix. | in saecul. ann. | XLVI. m. I. d. V | D. M.

Primus qui post Marcanovam vel potius eodem tempore titulorum syllogam condidit, fuit Felix Felicianus Veronensis, cuius codices Marcianus et Veronensis scripti sunt annis 1463 et 1464 (cf. De Rossi, *Inscr. christ.* II p. 391). De consilio ac ratione operis auctor in epistula praemissa ad Andream Mantegnam pictorem, qui et ipse arti epigraphicae operam dedit et duorum titulorum apographa in imagine celeberrima nobis servavit (cf. C. I. L. V 2528 add. p. 1072; V 2989 add. p. 1073), haec dicit:

Diligenter operam dedi ut non modo lapides excisa continentes epigrammata, qui omnibus paterent, pro viribus inviserem sed si opus esset inverterem ac uti saepius accidit resupinarem atque ita ex ipsis velut inquiunt magne parentis visceribus eruerem ac extirparem pristineque luci restituerem. Quo quidem voto multa lectitavi pernotavi vereque ac fideliter exscripsi.

Neque minus in opusculo illo de formis litterarum Latinarum, quod e codice Vaticano 6852 edidit R. Schöne in hac ephemeride 1872, 255 sq., profitetur se lapides ipsos Romae aliisque in urbibus adiisse verbis his.

Ephem. epigr. II 256 sub litt. A: *et questo e quanto per misura io Felice Felic*[*iano*] *h*[*abi*]*a nelle antique caractere ritrovato per molte pietre marmoree cossi nel alma Roma quanto negli altri* [*siti?*].

II 260 sub litt. M: *Per quanto io, Felice, habia atrovato nelle pietre marmoree, ti dico il piu de le volte. . .*

II 264 fin.: *Quantunque di rado si atrovj questa littera in una figura come tu vedj, pure confesso io, Felice, negli antiqui epigraphi già reperti nel diversorio del nostro Hortodoxio divo Zenone padre et protectore del suo populo Veronese me ricordo in due marmoree tabule di C. Gavio et L. Novellio et Gavia Cornelia haverla atrovata; similiter nell antiquo delubro di sancta Iustina nella città di Patavio et in sancto Hilario oltre Benaco.*

Neque tamen sylloga eius nobis quidem servata haec verba probat. Pars enim urbana, a qua in codice antiquissimo Labusii (Inscr. Christ. II 391), quem ipse denuo Mediolani apud heredes Labusii frustra quaesivi, tota sylloga incipit, farrago petita e prioribus auctoribus est, cuius 180 numeros suis locis adnotavimus. Ordinem titulorum nullum Felicianus observavit, nisi quod quibusdam locis seriem continuam ex eodem fonte exscripsit. Raro fontem lemmatibus ad verbum exscriptis prodit velut: Ver.. n. 93 = Marc. n. 109 (ser. Rom.) *in civitate Tibulana haec epigrammata sunt longe a Roma millia passuum XVI* (cf. infra pag. 212), aut Ver. n. 171 = Marc. n. 144 *in pyramide quadrato marmore obstructa incisa esse verba huiuscemodi repperi*, sequitur X 711* notus titulus Cyriacanus, cuius auctoris haec verba esse agnoscemus.

De aliis partibus Italiae idem valet, nisi quod in regionibus patriae vicinis propria sibi quaedam ab amicis communicata habet Felicianus. Haec pertinent ad titulos Venetiae, Belluni, Tarvisii, Polae, Aquileiae, Brixiae descriptos (cf. V 2 p. XVIII). Et re vera eum artem epigraphicam Veronae et in locis finitimis exercuisse una cum Andrea Mantegna et Samuele de Taradate et aliis sodalibus illius aademiae e Iubilatione, quae dicitur, discimus i. e. ex laeta illa descriptione itineris illorum sodalium facti a. d. VIII kal. Octobr. 1464 (cf. V p. 427), quam e

codice Tarvisino edidit P. Kristeller, *Andrea Mantegna* Berlin 1902 [1]) et quae omisso tamen nomine Mantegnae et verbis compluribus mutatis vel additis in Feliciani codice utroque nec non apud Ferrarinum legitur.

Ac ne id quidem auctori proprium restat, quod Mommsenus eum titulos finxisse arguit. Infra enim p. 201 et in Patavinis demonstrabimus, falsa haec e Cyriaco sumpta esse. Neque hoc mirum est, cum optima Cyriacana ei nota fuisse, imprimis codex Tarvisinus doceat.

Paucissima in parte urbana restant a Feliciano primo prolata, quae in tab. infra p. 255 titulis Marcanovanis adiecimus.

Hi sunt priores auctores Cyriacani, e quibus series eius urbana nobis restituenda est. Quam priusquam nunc relinquimus, restat ut de titulis Graecis quaedam addamus. Tituli Graeci a Cyriaco Romae descripti inveniuntur in Kaibelii Corpore Inscr. Graec. Sic. et Italiae, si recte numeravi, tres sub n. 1085. 1264. 1495, quibus addendus esset 1068, quem tamen de numero titulorum Graecorum eximendum puto. Verba enim „*Patertera*“ Graecis litteris conscripta, quae editor e Ferrarini codice Parisino profert, in sylloga Signoriliana titulo 43 praemissa sunt atque iam de Rossius (cf. ad. C. I. L. VI 719) coniecit ea sumpta esse e Suetonii verbis Caes. 85. Et in codicibus Parmensi et Angelicano Graeci tituli urbani prorsus omissi sunt. Tamen numerum horum titulorum aliquanto maiorem fuisse demonstari potest.

Atque in syllogis quidem non multo post Cyriacum confectis velut Marcanovae [2]) unus legitur urbanus Kaibel 1264, iam e sylloge Signoriliana notus, cum eadem ubique versione Latina corrupta. Cyriaci autem saeculo exeunte integra quaedam series Graeca Latinis urbanis intermixta comparet, quam in tab. infra p. 258 primi damus. Ea primum in codice olim Thomae Gar, nunc bibliothecae civicae Tridentinae exstat (Rossi Inscr. christ. II 396; vide infra p. 224 seq.). Hic codex primo loco continet numeris 1—92 partem Cyriacanam Iucundi codicis Veronensis (n. 425—489) prorsus eodem ordine, nisi quod titulis illis Graecos a nobis seorsum datos interponit, quos Iucundus in codicibus posterioribus omisit. Iam dudum autem constat codicem Gar primas Iucundi schedas epigraphicas continere, in quibus primo loco titulos e libris, imprimis Cyriaci, petitos posuit. Easdem schedas cum iisdem titulis Graecis, sed parte solum titulorum Latinorum codicis Gar in usum suum converterunt auctores codicum quasi gemellorum Vaticani 3616 (Rossi Inscr. Christ. II 396) et Stuttgartensis (Röm. Mitt. 1890, 85), de quibus sermo infra (p. 225) redibit.

Cyriaco autem hos titulos Graecos deberi, etiam alius testis Iucundo antiquior probat. In codice enim Rigazziano bibliothecae Gambalungae D III 42, qui solus cum Marcanovae codice Mutinensi praeclaram illam seriem urbanam servavit, de qua supra p. 193 egimus, duo ex his titulis leguntur, quibus accedit novus Kaibel 1478, e Fabrettio adhuc primo notus. Addo etiam titulum Praenestinum

---

[1]) Iterum eam edidi adhibitis quoque Feliciani codicibus *Neue Jahrbücher f. d. klass. Altertum* 1903, 492.

[2]) si exceperis Kaibel 1892 versus Graecos titulo Latino Atimeti Pamphili (VI 12652) additos, quos e Cyriaco seorsum dat falso inter Athenienses Marcan. B. 555 = Mut. 1188.

Kaibel 1127, quem editor e Iucundo edidit, iam a Cyriaco descriptum esse. Legitur enim in fine (n. 90) longae illius syllogae Cyriacanae codicis Riccardiani 996, quam edidit Riemann *Bullet. corr. hell.* I 294 (cf. C. I. L. XIV 2901). Restat ut corpori, in quo omnes hi tituli insunt sed petiti interdum ex auctoribus longe posterioribus, variam lectionem e codicibus Cyriacanis petitam addamus.

Kaibel 1264. Duo exempla exstant: antiquissimum corruptum, quod, qui a Signoriliana sylloga pendent, habent, alterum imperfectum, in quo primum versus duo recte divisi sunt, primus Ferrarinus dat in codice Parisino, ubi n. 1157 Signorilianum legitur, sub n. 870 additis verbis: *scriptae in quadam ymagine marmorea quam non cognoscere potui, quoiusmodi animal esset et aliae complures litterae quae non poterant propter vetustatem legi*, quae Cyriaci esse puto.

Kaibel 1886. Huius tituli exemplum antiquissimum codicis Rigazziani hanc formam habet:

Ξ Θ · ϭ Κ
ΕΝΟΦΩΝΤΙ
ΙΗ
ΝΕΩΝΙΖΗ
ΙΖ
ΞΝΟΦΩΝΟΤΙΑΤΡ
ϭ ΕΠΟΗΣΕΝ

Interciderunt igitur per homoeoteleuta duo versus 3 et 6.

Kaibel 1478 in eodem templo (praec.: *in templo S. Mariae novae*) Rig. Lectio et versuum divisio cum auctoribus posterioribus consentit, nisi quod in Rigazz. intercidit v. 5.

Kaibel 1588ª (p. 701) ΙΟΙΛΙΑ Stuttg.

Kaibel 997. Quamquam maiusculis litteris conscriptum exemplum codicis Stuttgartensis nihil fere ad textum hunc restituendum valet. Id solum apparet Stuttgartensem consentire cum codice Chisiano, cum uterque omittat v. 1. ἡλίω ἀνικήτω.

Ac ne quid desit syllogae Cyriacanae in tabulis nostris propositae, etiam de falsis quibusdam ubique obviis vel lusibus antiquorum in titulorum syllogas receptis (cf. C. I. L. III 286*, 287*) verba faciamus. Tabulis (infra p. 254. 255) pleraque urbana composuimus, non quod per se utilitatem haberent, sed quia ex iis, quomodo auctores inter se connexi fuerint, optime interdum perspicitur. Hos autem lusus cum non verisimile sit singulos auctores, qui primi eos exhibent, e scriptoribus antiquis petivisse, de quibusdam certo demonstrari potest eos e Cyriaci codicibus sumptos esse. Velut epitaphium Semiramidis non apud Redianum primum n. 1555. 1556 (cf. C. I. L. III 286*) sed in codice Parmensi f. 59' legitur. Idem probat series haec codicis Traiectini priorem recensionem syllogae Ferrarini continentis:

Ferr. Traiect. n. 710 (f. 110) post seriem Graecam:
In urbe Praga in aula regia maiori epigramma = cod. Ang. n. 90ᵇ.

711. *Demosthenis statuae hoc scriptum est epigramma. Si pares ingenio Macedo* = cod. Tarv. f. 198.

712. *Qui a nobis dicitur Saturnus, ab Aegyptiis Ph(a)enon vocatur, quem nos Iovem vocamus, Ph(a)etontem vocant, qui a nobis Mars, ab eis Pyrois dicitur, quem nos Mercurium dicimus illi Stisbenem* (sic) *vocant.* Cf. Cic. de nat. deor. 2, 20, 52; Firmicus math. 2, 2. Praemissis verbis: *Aegyptii sic soliti sunt* eadem leguntur cod. Tarv. f. 198, ubi verba addita: *et reliqua* indicant haec e serie quadam superesse.

713. *epitaphium Syllae. Nemo me amicus beneficio* . . . Cf. Plut. Sull. 38.

714. *Ancus patres consuluit de bello Latinis inducendo. Pater patratus* . . . Cf. Liv. 132.

715. *aliud epitaphium Syllae. Hic sum Sylla* . .

716. *Deo dignum non homine. Disertissime Romuli nepotum* . . . Catull. n. 49, 1. 4—7.

717. *Horatius in sermone VIII ad Maecenatem.* Horat. Serm. VIII 10—13. Eosdem Horatii versus titulo sepulchrali similes Cyriacus in syllogam parvam epigrammatum ad Franciscum Philelphum ex Ancona missorum recepit, codex Laurent. LXXX n. 22 f. 325 (cf. Ziebarth *Inschriftenhandschrift der Hamburger Stadtbibliothek* S. 16).

718. *apud veteres morientibus ab amicis solemnitur dicebatur: vale; nos te ordine* . . *sequemur* = cod. Parm. n. 358, Ang. n. 137, cod. Cennini f. 18 *e Kiriaco Anconitano.*

719. *imperatoris verba transfugam recipientis in fidem. Quisquis es, licet hostis noster eris* = cod. Ang. n. 145.

720. *epigramma facetissimum. Alius de alio iudicat dies, et tamen postremus de omnibus: nullis itaque credendum est.*

721. *in lapide marmoreo. Sexte nihil debes* . . Martial. 2, 3.

Totam hanc seriem e Cyriacanis venire loci adscripti codicum Cyriacanorum probant. Verisimile igitur est talia fere omnia Cyriacum ipsum e libris protulisse.

Iam relicta Roma ad alias partes terrae, ubi Cyriacus titulos descripsit, pergamus, qua in re ordinem voluminum corporis inscriptionum sequimur.

Atque incipientes a volumine tertio primum de serie titulorum in Graecia vel terris vicinis repertorum verba faciamus.

Cyriacus ipse quos titulos in Graecia, in insulis et in Asia minore descripsit, omnes eos collectos proponere huius loci non est. Fieri id quidem satis plene non potest nisi editis simul itinerarii eius atque epistularum fragmentis omnibus. Hoc loco satis habeamus inquirere, quid e Cyriaci copiis Graecis in syllogas pervenerit. Ea autem sunt bipartita, ut e tabulis infra p. 258. 259 apparet.

Ac primum quidem Marcanova, Iucundus, Felicianus partim exhibent seriem quandam Graecorum titulorum sine certo ordine factam, quae titulos fere 16 excerptos omnes e Cyriaci commentariis continet neque tamen ex solis iis quos habemus. Insunt enim 4 tituli e commentariis editis nobis non noti. Quae series unde venerit, iam accurate dicere possumus. Cyriacum enim ipsum tali modo e commentariis suis titulos quosdam excerpisse et cum amicis communicavisse codex Berol. Hamilton n. 254 optime nos docuit, ubi f. 81 sq. servata sunt folia Cyriaci propria manu scripta, in quibus Petro Donato amico centonem fere

eundem, qualem auctores enumerati exhibent, submisit, nisi quod insuper addidit f. 86 C. I. A. III 487 = Epigr. per Illyr. 88 et f. 88 C. I. A. III 484 = Epigr. 89.[1]) Eadem excerpta Cyriaci etiam ad alios nobiles Patavinos pervenisse, scimus e codice Angelicano, ubi titulo n. 105 f. 34 verba haec praemittuntur: *Beneficio ac industria optimi clarissimi viri domini Francisci Contareni infrascripta epigrammata reperta.* Auctor igitur codicis Angelicani a Fr. Contareno nobili Patavino atque Areopagita Veneto, in cuius domo Cyriacus lapides Patavinos descripsit[2]) et cuius familia a prima iuventute familiariter utebatur, seriem Graecam eandem accepit. Simili modo alios quoque titulos Cyriaci inter viros doctos atque antiquitatis studiosos Venetos propagatos esse, e codice Veneto Cicognae 2393 (1874) qui fuit Hieronymi Bononii demonstrare possum, ubi f. 52ᵛ ad titulum C. I. L. III 454 notatur *Mytilenae ex libello habito a Mag. ac doctissimo D. Daniele Rhenerio patric. Ven.*, et sequitur C. I. L. IX 2860 *ex eodem libello* (cf. Inscr. Christ. II p. 403).

Praeter hanc seriem syllogae alios quoque titulos Cyriacanos aliunde acceptos exhibent, minime tamen omnes eosdem, velut cod. Redian. 1484—87, qui redeunt quamquam non omnes apud alios auctores, Red. 1502, quem Felicianus nominatim Cyriaco adscribit, Felic. Ver. Graec. 16—18, qui apud solos exscriptores Feliciani redeunt.

Quae restant ad singulos solum auctores e Cyriaco pervenerunt, ita ut ea enumerare necesse sit, cum editoribus non semper nota fuerint.

Marcanova Bern. 556 = Mut. 1189 *epigramma apud promontorium Istriae in quadam basi litteris Atticis* ρουφια χρυσοπολις η καλη και | σοφροσινη ιουλιος κ|αισαρ νεικηφορος. Eadem verba leguntur apud Tragurinum cod. Marc. Lat. XIV, 124 f. 156ᵛ *apud Pergamum Asiae* ΙΟΥΛΙΟΣ·ΚΑΙΣΑΡ ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΣ, et f. 159ᵛ *epigramma apud promuntorium Istriae* . . ΡΟΥΦΙΑ ΧΡΥΣΟΠΟΛ · Η ΚΑΛΗ · ΚΑΙ · ΣΟΦΡΟΣΙΝΗ. Apparet duos titulos Cyriaci a Marcanova confusos esse, quorum alter C. I. G. 6816 = Kaibel 2388 e Knibbii schedis a Grutero 595, 4 editus est, alterius verba Cyriacus e lapide quodam Pergameno excerpsisse videtur.

Marcanova Bern. 657 = Mut. 455 est III 658 *Philippis* a Cyriaco descriptus, qui praeterea ad solos Ferrarinum et Iucundum pervenit, qui eum f. 151' n. 1249 (non f. 145', ut est ad tit.) Romae ponit.

Felicianus praeter multos falsos titulos, (cf. III 286*. 287*) quos omnes a Cyriaco venire consensus auctorum docet, exhibet in libro prius scripto Marciano f. 97 titulum Cretensem C. I. G. 2569 certe Cyriacanum (Rhein. Mus. 54, 493), quem ex eo sumpserunt Marcanova Mutinensis n. 1174 et Ferrar. Tra. 697 et quem praeterea habet unus Iucundus Ver. 1378 = Magl. 1713 = Vat. 174. Praeterea addidit in margine f. 109 Philippensem C. I. L. III 647, quem solus e Cyriaco habet, f. 100 Lebadensem I. G. Sept. I 3097 = Epigr. n. 218, utrumque cum lemmate Graeca lingua conscriptum, ut erat mos Cyriaci (cf. Athen. Mitteil. 1898, 199). Uterque denique codex Feliciani habet notum titulum Lysicratis (C. I. A. III 1242 = Epigr. n. 76) iam a Petro Donato cod. Ham. 254 f. 88

---

[1]) Cf. Mommsen *Jahrbuch der Kgl. preufs. Kunstsammlungen* IV (1883) 73 sq.

[2]) Eidem Frederico Contareno Cyriacus brevissimam illam de septem mundi miraculis ex Gregorio Theologo expositionem dedicavit teste codice Riccardiano apud Mehus, *Ambros. Travers. epist. praef.* p. XXVI cf. De Rossi *Inscr. Chr.* II 353.

relatum, quem a Feliciano acceperunt Marcanova Mutinensis 1175 et Ferrar. Tra. n. 694 et qui e Cyriaco ad Iucundum quoque pervenit (cod. Vatic. n. 171). In solo denique codice Labusii teste de Rossio, *Inscr. Christ.* II 367, scripta sunt:

f. 74 tit. C. I. G. 1334 Εἰς Γερονθρίαν εἰς φρουρίον, qui et ad Ferrarinum (Paris. n. 861 = Reg.) et ad Iucundum (Ver. n. 1381) pervenit, adhuc autem solum e Muratorii schedis Farnesianis editus est.

f. 75 εἰς Πελοποννησιακὸν ἰσθμὸν ἐπιγράμματα πρὸς τὰς τοῦ παλαιοῦ τείχεος καὶ φρουρίου πύλας Inscr. Graec. Pelop. ed. Fraenkel n. 204 (φῶς ἐκ φωτὸς... φυλάξῃ... Βικτωρῖνον), quem titulum editor noviter Neo-Corinthi repertum edidit neglecto prorsus Feliciano i. e. Cyriaco, qui titulum ad Hexamilium vidit. Qui sequitur apud Felicianum titulus invocans Mariam virginem pro eodem Victorino, C. I. G. 8640 = Inscr. Graec. Pelop. 205, eum editor ignorans Cyriaci testimonium originis Corinthiae e versu 7 σὺν τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Κορίνθῳ recte ad Corinthum revocavit, quamquam miro casu primum Venetias, tum Veronam in museum lapidarium delatus est.

f. 76 Cyriacus καὶ εἰς ἄλλην νεωτέραν πύλην titulum ab imperatore Manuele Palaeologo, aedificatore Hexamilii, anno 1415 positum descripsit, cum quo optime congruunt, quae ad titulum 205 e rerum scriptoribus Byzantinis Fraenkelius adnotavit.

Felicianus igitur hoc loco pleniorem Cyriacum adiit atque editio Barberiniana epigrammatum per Illyricum . . repertorum, cuius plenioris exempli aliud vestigium codex Parmensis praebet, in cuius f. 36 post verba editionis (p. XVII) sub n. 123 *ad X Kal. Maias ad Peloponensiacum Isthmum venimus . . . conspectantes*, sequitur.

ISTHMOS

que hodie vulgus eximilia vocat

ΙΣΘΜΟΣ

Hoc igitur loco designatio Cyriaci murorum Hexamilii exstabat, in qua sine dubio tituli a Feliciano solo servati depicti erant. Editio Barberiniana dicit solum *deest icon.*

Ferrarinus in primo codice Traiectino nihil exhibet nisi titulos Feliciani et partem seriei Cyriacanae, in altera tamen editione, quam quod ad titulos Graecos attinet optime exhibet codex Regiensis, adhibuit Cyriacum ipsum. Folio enim 145 v. exstat titulus C. I. L. III 658, notus solum e Marcan. Bern. 657 = Mut. 455 et Iucundo Ver. 1249 = Magl. 1418, quem Ferrarinus qui addit *in marmore quadrato* fortasse non e Marcanova petivit; sequitur post urbanum L. Pacci Phileti (cf. ad C. I. L. III 658) C. I. L. III 399 titulus Pergamenus, quem optimum Cyriacanum esse nunc demonstrat codex Hamilton 254, ubi f. 79 v. legitur praemissis eisdem atque apud Ferrarinum verbis. Qui restant f. 174 duo tituli Nicaeni C. I. G. 3744. 3756 non minus Cyriacani sunt. De altero quidem 3744 *Niceae bithinie ad quandam turrim in divi Traiani laudem*, quem Ferr. solus servavit, habemus disertum Scalamontii testimonium, qui Cyriaci ipsius verbis scribit (Colucci, *Ant. Pic.* XV p. LXXXVI): *et cum ad ipsam paulo extra inter Niceam civitatem venisset, eam ad lacus bythiniae ripas turritis cocto de latere moenibus sitam invenit, et ad portam* TI. CLAVDI GERMANICI (deest C. I. L.), *ad turrim vero Trajani epigrammata graeca comperit.* Neque igitur

dubitabimus ad Cyriacum referre titulum f. 174v. *apud novam Phoceam* ΚΑΙΡΕ ΕΡΜΙΟΝΗ · ΠΟΛΛΕΟΣ qui videtur ineditus.

Codex *Redianus* optimis ut solet Cyriaci copiis usus solus nobis servavit titulos Patrenses n. 1498. 1499 = III 525. 514, Berytios n. 1504. 1505 = III 160. 206. et falsos n. 1506. 1507 = III 16*. 17*. Praeterea una cum Feliciano et Marcanova exhibet tit. III 531. III 5, qui non, ut in Corpore factum est, Cretae loco incerto tribuendus est, sed eidem loco atque C. I. G. 2569 (*Milopotamo in the district of Rettimo, close to Castel Melledone*, cf. Rhein. Mus. 54, 492). Nam post Cyriacum titulum revisit Honorius Belli vel eius socii, cuius exemplum in codice Venet. Mus. civic. Dona 136 f. 112 repperi hoc:

Sotto a queste (C. I. G. 2569) *si trovano anco l'infre lettere romane.*

Q. VOSTEIOS
Q. L. MENODOR
MAR
L. F. ЄPOS
· K. A ·

Iucundus denique quamquam consentit cum codice Angelicano et Marcanova in serie Graeca, tamen non eundem cum iis adiit fontem, primum quod deest utrique Iucundi Ver. n. 1360 = Magl. 1722, versus scilicet illi ex Herodoto sumpti, quos Cyriacum re vera in marmore vidisse, ut sententia est Foucarti, qui eos ad emendandum Herodotum adhibere non dubitavit (Bullet. de corresp. hell. 1881 p.. 434), probat Feliciani codex Labusii, qui f. 73 eosdem exhibet (Inscr. christ. II p. 367); deinde quod Iucundus solus cum Cyriaco et codicibus Vatic. 3616 et Stuttgart. (de quibus vide infra p. 222. 225) recte habet verbum ΘΕΟΙΣ initio tituli C. I. G. 1694, quod omnes alii omiserunt. Hi enim duo codices quos in tabulas non recepimus, prorsus eandem ac Iucundus seriem Graecam exhibent (Iuc. Ver. n. 1359—1376) neque tamen eum sed Cyriacum ipsum exscripserunt, quod e lemmatibus quibusdam apparet, quae non decurtata in usum syllogarum dant, ut Iucundus, sed plena. Conferas C. I. A. III 63: *epigrammata ad praefatae Palladis templi vestibulum ad ingens Palladis templum marmoreum in vestibulo* Iuc., Cyr. (*ed.*) — *apud Athenas insignem atticarum urbem ad ingens et mirabile divae palladis marmoreum templum ex phidia LVIII* (*LXVIII* Fel. Ferr. Stuttg.) *sublime columnis magnitudinis VII p. diametri ornatissimum undique nobilissimis imaginibus epigramma in vestibulo* cod. Barber. apud Laborde *Athènes* I. 32, Petr. Donat., cod. Ang., Marc., Fel., Ferr., Stuttg., Vat.

C. I. L. III 552 *ibidem in monte contra summam palladis arcem* Iuc. — *ad triumphalia ornamenta Antiochi philopappi regis ex marmore in monte contra summam divae Palladis arcem* cod. Barb., Parm., Fel., Red.

C. I. A. III 482 *ad domos divi Hadriani imperatoris* Iuc. — *ad domos Hadriani principis ornatas* (om. ed.) *marmoreis et immanibus columnis sed magna ex parte solo* (om. *ed.*) *collapsis, et extant* (*extant utique* ed.) *adhuc suis cum epistiliis XXI* (*adhuc integris et directis* ed.) Cyr. ed., Marc., Stuttg., Vat.

Praeter has syllogas Cyriacum ipsum *Lilius* et *Gammarus* adierunt, qui paucos titulos Graecos ex eo servaverunt.

In omnibus fere codicibus cum Graeca coniuncta est series Dalmatica (tab. infra pag. 259 seq.) sumpta omnino e Cyriaci commentariis, ut in hac parte optime diiudicare possumus, cum Cyriacum ipsum habeamus de quo cf. C. I. L. III p. 271.

Seriem plenissimam codex Bernensis Marcanovae et codex Redianus exhibent, qui communem auctorem ‚Antiquum Venetum' adierunt (III p. 272). Auctor hic anonymus primum titulos Cyriaci epigr. per Illyr. 1—25, tum 161—175 in usum suum convertit omissis solum titulis 12 = III 2918, 163 = C. I. G. 1831, 169 = III 3144. Ordinem titulorum omnino mutavit, tamen demonstrari potest eum Cyriaci seriem in editione nobis servatam adiisse. Titulus enim Cyriaci n. 168 = III 2202, quem Redianus in addendis sub 1510 habet, Marcanova item solitarium dat sub 521 *in quodam loco mihi ignoto* et similiter codex Angelicanus, apud utrumque falso a verbis ‚*mater filio piissimo*' incipit, quae ultima tituli apud Cyriacum praecedentis 167 = III 2426 sunt.[1])

Neque tamen e serie hac sola Antiquus ille sua petivit, cum titulum quoque III 1933 exhibeat, qui commentariis Cyriaci editis deest, sed quem codices Parmensis et Angelicanus ad Cyriacum referunt (vide infra pag. 261). Similiter quae Felicianus praebet falsa Salonitana III 126*—128* non ipse finxit (cf. III p. 273), sed a Cyriaco sumpsit, in cuius codice Neapolitano V E 64 f. 14 exstant.

Ad Cyriacum ipsum Iucundus quoque aditum habuit, qui in recensione prima quidem nihil dat nisi titulos paucos vulgares ex aliis auctoribus notos (III p. 273 X), sed in recensione tertia vel auctario codicis Vaticani 5326 lemmata quaedam perquam memorabilia exhibet, quae suis locis adscripsimus.

Titulos Dalmaticos qui demptis Cyriacanis Antiquo Veneto restant, tabulis nostris (infra p. 261) composuimus.

In volumine quinto Corporis primum quidem series Polensis prior e Cyriaco ipso petita, cum C. I. L. V p. 3 plena proposita sit nec non editor accurate de ea disseruerit, satis habemus eam in tabulam recipere (pag. 262). Neque magis de altera sylloga Polensium, quam primus Marcanova exhibet, est quod addamus ad ea quae de eis Mommsenus disputavit V p. 4, II. Alteram denique partem Polensium, quam codex Redianus solus ex auctoribus antiquioribus e Sanuto petivit et titulos sex, quos in parte prima solus habet, in tabulas nostras non recepimus, neque magis si quos Marcanova et Felicianus singulos soli exhibent, de quibus videas V p. 5.

Idem de Iucundi recensione tertia codicis Ashburnhamiani valet, ubi 714—761 longa series Polensium pendens omnino e Sanuto legitur.

Seriem optimam titulorum Tergestinorum (infra pag. 262. 263) quam plenissimam codex Redianus 1315—1359, satis plenam Felicianus proponunt, a Cyriaco non alienam esse Mommsenus coniecit C. I. L. V p. 55. Re vera dictionem Cyriacanam praeter verba a Mommseno allata haec produnt:

V 532 Red. 1315 Fel. Ver. 1: *a(c) primum extra muros versus austrum, tamen propter vestutatem nec legi ne(c) transcribi potuerunt* Fel., *deficit in principio*

[1]) Aliud indicium certum originis Cyriacanae est, quod uterque, Red. n. 1436 Marcan. B. n. 520, nec non Tragurinus f. 153 inter Iadestinas habent tit. VI 20826 Iunio Primigenio = Cyr. Parm. n. 61 cf. III 172* a, qui error non potest commissus esse nisi a Cyriaco, qui titulum Romae descripsit.

Red., *in imo moenium iuxta portam quae nunc clausa est, cuius principium vetustate corrosum est* Iuc. Vat.

V 562 Fel. ponit: *in archivo hostii ecclesiae S. Martini,* quae verba redeunt ad V 513. V 563, quem Red. habet: *in contrata Riburgi nuncupata.*

Verba quoque quae Felicianus titulo V 12* praemisit: *Iustinopolis Istriae civitas, Iustini Iustiniani primi imp. filii opus, nunc Caput Histriae nuncupata,* dictionem Cyriacanam sapiunt, et cum idem titulus falsus in appendice Iucundi codicis Veronensis n. 1792 redeat, quem ibi sequitur V 312 a solo praetereaƏrediano inter seriem Aquileiensem, certo Cyriacanam, servatus, non cum Mommseno Felicianum arguemus titulum hunc finxisse, sed potius sumemus, Iucundum utrumque e libris Cyriacanis petivisse; cui aditum patuisse ad fontes vere Cyriacanos in hac quoque serie codice eius Vaticano 5326 nunc primum edocemur (cf. infra p. 242), in quo lemmata quaedam prorsus nova et Feliciano ignota insunt, quae ut inedita suis locis adscripsimus. Nec desunt tituli quidam in Corpus adhuc non recepti, quos hoc loco edendos Huelsenus mihi e codice descripsit:

cod. Vatic. 5326 f. 32 n. 295 *Histriae iuxta Iustinopolim.*

Q. Sergius Novellus Bassus ex sua pec. por. F. L. P. C. P. C.

n. 297 *ibidem* (praec. *Tergeste*)

Iulius Severus L. f. sibi et Semproniae Sabinae coniugi incomparabili et Demetriae Severinae sorori pientiss. v. f. (ex codice Vat. per Malvasiam 328 Murat. 1360, 2).

Quod iam ex his titulis dispersis patet, Cyriaci Istrica parum nota fuisse syllogarum conditoribus, hoc altero exemplo tituli Parentini docent, quorum quosdam solus codex Parmensis f. 58': V 340. 344. 365—7 (cf. V p. 35), unum unus, ut videtur, Iucundus servavit, in cuius cod. Vatic. f. 37' exstat sub n. 331:

Parentii extra urbem ante eccles. S. Nicolai frgm. In latere: Septimio Severo Pertinaci Aug. Parthico Arabico. In fronte: propagatori imperii P. Gavius Secundinus ob honorem decurionat. oblatum sibi a splendidissimo ordine Par. l. d. d. d. (ex codice Vat. per Malvasiam 563 Mur. 245,3).

Pauci tituli quos Aquileiae Cyriacum descripsisse constat, enumerantur V p. 78 (cf. tab. infra p. 263 seq.). Ad testes accessit cod. Berol. Hamilton. 254, qui habet V 781. 1260. 1386. Magnam seriem Antiqui, quam Mommsenus iure eidem Cyriaco tribuit, in tabula proponimus. E paucis titulis, quibus in ea Redianus Marcanovam superat, titulus V 1076 = Red. 1241 verbis praemissis „*Deficit in principio*" arguitur Cyriacanus, quod idem fortasse cadit in V 762 = Red. 1251 „*in domo cuiusdam canonici*". — Quos Felicianus solus profert et quorum unum V 1252 amico suo Nicolao Stellae Veronensi debet, in tabulas non rettulimus, quippe qui facile in Corpore reperiantur, neque magis, quos primus Hieronymus Bologna exhibet ab eoque accepit Ferrarinus.

Cum Aquileiensibus fere ubique coniuncti sunt tituli Fori Iulii aut Iulii Carnici reperti, qui optime demonstrant nos omnem nostram Cyriaci commentariorum notitiam casui debere. Codicis enim Parmensis f. 56 epigrammatibus Illyricis ex editione notis inseruntur inter n. 263 et 262 editionis tituli Iulii reperti octo, qui quamquam editioni desunt, tamen partim in syllogas recepti sunt, quos pag. 264 composuimus.

His titulum V 1894 Concordiae sine dubio a Cyriaco descriptum, quem primus Marcanova B. n. 338 exhibet, adiunximus.

Series Veneta Marcanovae B. 419—440 (tab. pag. 265) cum in ordine quoque titulorum partim cum multo longiore codicis Rediani consentiat, uterque ex eodem fonte hausit, quem Cyriacum esse tituli in commentariis eius servati demonstrant.

Quae praeter Marcanovam Redianus exhibet, ea a Cyriaco aliena non sunt, ut sparsi tituli Cyriacani docent. Ac ne hoc quidem casui tribuendum videtur, quod titulus Red. 481 (V 4457) in domo Francisci Contareni descriptus esse dicitur, quam gentem Cyriaco amicam fuisse constat (cf. Rhein. Mus. 1901, 159 et supra p. 197).

Alios auctores, de quibus cf. V p. 204. 205, suo loco adnotatos invenies. De Feliciano hoc addo, titulum V 126* (Ferr. Tr. 287 Par. 339) non ab eo confictum esse, ut eum arguit Mommsenus V p. 204, cum Marcanova Mut. n. 1026 solus lemma huius tituli habeat hoc: *in domo Leonardi presbiteri S. Iohannis a Bragula* et cum Lilius novam recensionem eiusdem proponat. Etiam hic igitur e Cyriaco sumptus est.

Pars seriei Venetae codicis Rediani redit in Iucundi codice Ashburnhamiano (cf. infra pag. 241) servato primum etiam ordine titulorum. Neque tamen hunc e Rediano pendere, verum Cyriacum ipsum adiisse titulus V 1867 probare videtur, quem Iucundus solus ponit *Venetiis in domo de Philetis,* cum apud Redianum inter titulos Concordiae repertos legatur.

Parva series titulorum Adrianorum (tab. pag. 266) servata apud Felicianum et qui ex illo hauserunt, ab hoc et Gammaro ad Cyriacum partim refertur. Quocum optime convenit, quod tres eorum apud Redianum inter Veronenses redeunt, quos e Cyriaco venire aliunde constat. Nec deest alterum testimonium Cyriaci ipsius,[1]) qui in relatione ad Eugenium IV de hac urbe scripsit (Mehus Itinerarium p. 35) '*concessimus inde* (sc. Hadria) *paucis vetustatum litteris visis et collectis lapidibus hinc inde aeneisque nummis et antiquissimis quibusdam fictilibus vasis, cui et uni* Clemens *erat inscriptum*'. Hic enim titulus urnae fictilis septimus in serie Feliciani refertur (V 8115, 29). Cum titulis Adrianis apud Ferrarinum solum coniunctus est (cod. Traiect. f. 54) titulus V 2306 praemissis verbis: *reperi hoc navigando in littore maris ad ecclesiam S. Petri de Palestrina Methamaucum* (Malamocco) *versus,* quae ad titulum ut verba Ferrarini dantur. Quodsi consideramus Cyriacum anno 1435 Venetiis patriam suam repetivisse *Hadriaca radendo littora scapha devectum* (Mehus p. 34), non iam dubitabimus, quin Cyriaci ipsius haec verba sint, more suo hic illic in littore titulos describentis. Praeterea Ferrarinus in codice quidem Traiectino rarissime de suo quaedam addit satis habens priores auctores exscribere, in quibus hic titulus excidit.

Cyriacus in epigrammatibus per Illyricum repertis immiscuit titulis Venetis tres (189—191) Ferrarienses (V 2398. 2414. 2421), quod in Corpore inscriptionum notatum non est. Qui cum redeant in parva serie cuius partes Felicianus, codex Mutinensis Marcanovae, Redianus exhibent, apparet integram hanc seriem a Cyriaco venire, praesertim cum duos primos iam Petrus Donatus cognoverit (v. tab., infra pag. 266). Quocum optime convenit, quod duo ex his titulis apud Felicianum excellunt miro dictionis genere in verbis praemissis (cf. ad V 2432 *in ecclesia eius qui Plutonem expulit,* ad V 2421 *in eccl. D. apostoli Excoriati*). Quos praeterea Redianus dat, eorum duo apud Ferrarinum et Marcanovam, unus apud solum Ferrarinum redit, alios sex Redianus solus exhibet. Nescio an hos ipse

[1]) hoc iam de Rossius Inscr. Christ. II 362 vidit.

addiderit. Verisimile igitur est archetypi Cyriacani frustula altera ad hunc altera ad illum auctorem pervenisse.

Ad Cyriacum etiam seriem Patavinam (tab. pag. 267) iure referemus. Quod enim Mommsenus iam C. I. L. V p. 263 coniecit, Antiquum, quem dicit, Patavinum esse Cyriacum ipsum, novis iam argumentis confirmatum est. De Antiquo ipso e Marcanova Feliciano Rediano nihil aliud discimus, nisi eum in domo domini episcopi apud portellum, in domo domini Francisci Contareni Veneti Areopagitae, aliis locis titulos descripsisse. Quis fuerit episcopus ille, solus Iucundus tradidit scilicet Petrus Donatus 1428—1447. Cum autem e codice Berolinensi Hamiltoniano 254 constet, Cyriacum Patavii apud Petrum Donatum anno 1437 fuisse atque cum eo multa communicavisse, quae in itineribus Graecis invenerat, iam non dubitabimus, quin episcopus ille antiquitatum studiosissimus Cyriaco aditum ad parvam illam lapidum collectionem in aedibus suis expositam praebuerit. Eodem fautore intercedente Cyriacus etiam aliorum virorum nobilium domos adiit ut Francisci Contareni, cui Cyriaci excerpta Graeca nota fuisse supra p. 197 vidimus. Quin etiam Cyriaci ipsius verba ad unum titulum Patavinum nobis servata sunt. Quae enim Felicianus ad V 202* adnotavit *ex tabula aerea vetustissima quam apud episcopum vidi legique*, minime sunt verba Feliciani, ut putat Mommsenus ad titulum, sed Cyriaci, cum iam legantur, quod ad titulum notatum non est, in codice Bernensi Marcanovae n. 65, qui titulum inter urbanos sumptos e Cyriaco exhibet. (Cf. etiam infra p. 225.)

Aliis argumentis ad eundem Cyriacum ducimur. De titulo V 2518, quem codex Redianus urbanis Cyriaci interponit, iam supra p. 193 dictum est. Etiam V 204* a Ferrarino et Laurentio Behem in urbanis collocatur.

Quae postquam praemisimus, ipsam seriem ita proponimus, ut primum Marcanovae codicem Bernensem secuti consensum Marcanovae Rediani Feliciani Ferrarini Iucundi demus, deinde (p. 268) titulos, in quibus consentiunt Redianus Felicianus Iucundus addamus. Ceteros 41 titulos, quos Redianus solus exhibet, enumerare supervacaneum est.

Totam seriem plenissimam exhibet codex Redianus, qui tamen, ut solet, lemmata minus accurate affert melius interdum a Feliciano servata. Hic quaedam habet nulli alii auctori nota falsa ea quidem vel recentia, velut Fel. 11. 12. 13 = C. I. L. V 204*—206*. Neque tamen Felicianum ipsum ea finxisse, ut eum Mommsenus ad V 206* arguit, sed falsa quoque e Cyriaco petivisse, nunc comprobat cod. Hamilton 254 (P. Donat.), ubi f. 78' leguntur V 205* *in maiori capella episcopatus in altari* et V 206* sine loco, et codex Neapolitanus V E 18, ubi f. 28' inter mera Cyriacana extat V 204*. Ne C. I. L. V 203* quidem Felicianus finxit, quem titulum Redianus n. 568 aliter exhibeat.

Series Vicentina (tab. pag. 268), quam primus Marcanova habet, non potest non venire a Cyriaco, quamquam casu factum est, ut testimonium, quo eum Vicetiae fuisse comprobatur, desit. Ad Cyriacum enim primum notae de lapidibus ducunt, quas optime codex Redianus servavit (velut ad V 3117 *imperfectum*, ad V 3108 *caret principio*, ad V 3145 *imperfectum in fine* Marc. Red.), tum verba haec a Feliciano servata *in claustro S. Combusti, extra templum S. Lapidati*, de quibus cf. V p. 322. Quin etiam Cyriaci ipsius verba accurate videntur servata esse ad V 3108: *ibidem apud S. Crucem haec pauca ex fragmentis habui* Felic. Ferr.

Quos titulos auctores ad antiquam seriem de suo addiderunt, enumeratos invenies V p. 304.

Seriem ditissimam Veronensem (v. tab., infra pag. 269—273) Antiqui Cyriaco deberi post Mommseni disputationem (V p. 319 sq.) nemo iam negabit. Archetypum Cyriaci restituimus e Feliciano Marcanova Ferrarino Rediano Iucundo. Accedunt tituli, quos Redianus solus vel cum Gammaro et Lilio communes exhibet (cf. V p. 320). Restat parva series, quam adhuc Ferrarinus in codice Traiectino solus nobis servaverat. Hanc quoque partem (cf. V p. 322,III) a Cyriaco alienam non esse novo nunc subsidio demonstrare possum, Iucundi scilicet codice Vaticano 5326 (cf. infra p. 242). Hic enim numeris 42—127. 357—368 titulos Veronenses habet, qui accurate ordinem Feliciani sequuntur, ita tamen ut consilio omittantur tituli iam in codicem Veronensem recepti, quod non sine errore factum est. Postquam enim Iucundus Feliciani n. 96 = V 3971 recepit, adscripsit lemma tituli 97 *Veronae in villa Arbizanea in domo rustica* neque tamen titulum V 3779 dedit, verum omissis octo titulis pergit Feliciani n. 105 exscribens, cuius lemma hoc modo confusum est.[1])

Iucundus autem non e Feliciano titulos petivit sed ipsum archetypum adiit. Exhibet enim seriem illam 17 titulorum hucusque e solo Ferrarino notam lemmatibus interdum rectius vel fusius servatis. Itaque hoc Iucundi auctarium partem archetypi nobis accuratius servavit quam ipse Felicianus, quod e tabula nostra (infra pag. 273) apparet.

Iucundum autem cum codicem Veronensem conderet, Felicianum adhibuisse, cum iam per se manifestum sit, expressis verbis nunc testantur, qui eandem seriem praebent codices Stuttgartensis et Vaticanus 3616. Hi enim seriei Veronensi praemittunt: *Veronae Epigrammata reperta a Feliciano indagatore antiquitatis.*

In Iucundi auctario cum exstent quoque tituli Feliciani 84—88, valde dubium est, num hi a Feliciano ipso additi sint, ut opinio Mommseni erat (V p. 319).

Parvam seriem Mantuanam (tab., infra pag. 273) a Cyriaco venire iam inde apparet, quod Felicianus in codice Veronensi Mantuanis tres titulos urbanos Cyriacanos interposuit cf. V p. 43*. Ac ne ea quidem quae Ferrarinus in editione secunda codicis Parisini addidit n. 224—229[2]) aliunde petita videntur esse, cum inter ea sit titulus V 4060, qui e codicibus Cyriacanis ad solum Ferrarinum et Iucundum pervenit.

Brixiam urbem Cyriacum ante annum 1442 non adiisse epistula eius inedita in codice Volaterranae bibliothecae Guarnacci 204 (5031) fol. 43 docet, quam mecum Ernestus Spadolini professor Anconitanus comiter communicavit. Cyriacus enim, postquam „ex Florentia Tuscorum urbe Fluentina VI K. April. Eug. Pap. A. XII“ novo episcopo Brixiano (Petro de Monte Veneto, nominato episc. Brix. die 28 Mart. 1442) congratulatus est, pergit: *cuiusce* (sc. Brixiae urbis) *et ego vetustatum reliquias et nobilia monumenta cum iam diu nostro de more visere indagareque peroptassem, nunc vero maiorem immodum, tecumque rerum homine peritissimo conspectare nostris et addicere commentariis desidero*

[1]) similiter ad V 3799 = Fel. 7 dat *Vatic.:* in templo Liberi patris *in domo presbyteri S. Proculi,* ubi ultima verba ad titulum apud Felicianum praecedentem pertinent, quem Iucundus utpote iam in codicem Veronensem receptum omisit.

[2]) tit. n. 227 f. 33 excidit in codice relicto solum lemmate: „prope devotiones maioris ecclesiae“.

atque spero. Revera eodem anno vel 1443 Brixiae fuisse videtur, ubi non solum titulos, quos ibi Iohannes Tuscanella descripsit, in syllogam suam recepit, sed alios quoque invenit. Priorem seriem editam ab Olivierio in Commentariorum Cyriaci novis fragmentis n. 173—191 eodem ordine solus Marcanova in codice Bernensi repetivit omisso solum titulo 187, ordinem fere servavit etiam codex Redianus, ut e tabula nostra (p. 274) apparet. Contra codex Mutinensis in ordine titul. 765—808 fere consentit cum Feliciani codice Marciano,[1]) nisi quod quaedam solus habet. Ne ea quidem a Cyriaco aliena esse exempli causa tit. V 4653 probat, qui redit apud Redianum in Brixianis nihil nisi Cyriacana exhibentem.[2])

Quae postea auctoribus Feliciano Ferrarino Iucundo innotuit series satis longa Brixiana maxime titulorum in foro positorum (V p. 427), cuius notitiam iam Marcanova habuit, eam in tabulas non recepimus, cum facile in Corpore inveniatur neque ad antiquiores auctores redeat.

Series Cyriacana Mediolanensium optime demonstrat, in quam diversas partes Cyriaci copiae fluxerint. Seriem hanc plenius quam commentariorum Cyriaci nova fragmenta edita codex Parmensis servavit, qui fragmento quodam epistulae Cyriacanae ceteroquin ignotae edito V p. 624 optimum fontem indicat. Eandem seriem servato quoque ordine titulorum codex Redianus expressit. Qui praeterea eam seriem quamquam auctiorem exhibent Marcanova Felicianus cum Ferrarino, in quibusdam lemmatibus communem ac Parmensis auctorem Cyriacum produnt, velut

ad V 5747 *apud Mogontiam oppidum quod Modoetiam indigenae doctiores nuncupandum aiebant et clerici* Parm. Marc. Fel.
ad V 5309 *apud Comum urbem quam Cumanam nonnulli civitatem scribaeque apostolici ipsi vocitari volunt* Parm. Marc. Fel.
ad V 6356 *apud ipsam novam Laudensium urbem quam recte Laudem utique in hodiernum appellant* Parm. Fel. qui addit: *per Chyr.;*

ordinem tamen titulorum prorsus mutaverunt neque iis desunt tituli Parmensi ignoti, qui inter nova fragmenta edita exstant. Quibusdam quoque locis soli Cyriaci verba accuratius servaverunt velut Felicianus ad V 5894 *epitaphium Mediolani in burgo partis orientalis acceptum equitando in ecclesia S. Dionysii.*

Ex errore quoque memorabili Marcanovam cognoscimus e Cyriaco pendere. Inter titulos enim Laudenses n. 546—548 falso exhibet V 6189. 5792. 5776, quorum V 5792 Redianus quoque ponit *apud Laudensem oppidum.* Ortus est sine dubio error hic, quod Cyriacus eosdem tres coniunctos exhibet in epistula ad Bartholomaeum Ravarellum Colucci *Antic. Pic.* XV p. CXXVII, quibus titulos Laudenses duos V 6347. 6348 praemisit, atque pergit *nuper hac in praeclara urbe* (sc. Mediolani) *comperimus.*

Contra ad Iucundum, qui in titulis agri Mediolanensis solus interdum cum Lilio Cyriacum adhibuit, ex urbe ipsa nihil nisi excerpta pervenerunt, quae ipse in editione tertia codicis Vaticani supplere studuit.

---

[1]) Titulos primae partis Feliciani (Felic. A) aliter ac in Corpore factum est, eo ordine numeravi, quo uterque codex eos praebet.

[2]) Etiam Graecus Kaibel 2304, quem Marcanova alio ac Felicianus B exemplo dat, ad hunc e Cyriaco venit.

Quae cum ita sint, non mirabimur etiam Alciato († anno 1550) Cyriaci rerum Mediolanensium collectanea praesto fuisse (cf. V p. 624,III et ad n. 6024).

In conspectu autem nostro non solum seriem urbis Mediolani auctoribus plerisque communem (pag. 275), sed etiam titulos agri Mediolanensis atque oppidorum vicinorum proponimus (pag. 276), quorum multos Cyriacus solus servavit. Etiam qui desunt tabulis V 638*. 639* = Felic. ser. Mediol. 2. 11 a Cyriaco non alieni videntur, praesertim cum alter 639* redeat in Iucundi recensione tertia codicis Vaticani sub. n. 10.

In patria provincia, in Piceno et locis vicinis, a qua studiorum epigraphicorum initium fecit, Cyriacus multa quidem descripsit neque tamen in seriem redegisse videtur sed, utut occasio dabatur, cum amicis singula communicabat (cf. IX p. XXXVII) vel opusculis suis immiscebat ut titulos Anconitanos Latinos et Graecos elogio illi: *Anconitana et Illyricana laus* servato in codice Vaticano 5252 (cf. *Inscr. Christ.* II 365). Quo factum est ut Picena eius eximia servata in codicibus Neapolitano V E 18 et Ashburnhamiano 1174 ad nullum auctorem posteriorem pervenerint. Haec igitur praetermisimus, ut in Corpore (IX p. XXXVII) composita[1]), reliqua autem pluribus syllogis communia in tab. p. 278 composuimus. E tabula apparet seriem Anconitanam ipsam uni fere auctori codicis Rediani[2]) notam fuisse. Tamen etiam Marcanovam et Ferrarinum e Cyriaco pendere errores quidam memorabiles demonstrant. Hic enim titulo IX 5898 verba prima tituli Cyriacani VI 468 praemittit, ille primus exhibet titulum IX 641*, 5 falso e duobus Cyriacanis compositum et falso Anconae collocatum neque minus IX 633*.

Quae Cyriacus anno 1434 in itinere per Campaniam facto descripsit, ex eis pauca ad nos pervenerunt, quae ita disposuimus, ut itinerarium ab ipso enarratum sequeremur, de quo conferas C. I. L. X p. XXXVII. Atque auctoribus nostris Cyriacanis maiorem numerum eorum praesto non fuisse vel ex eo concludere licet, quod tituli harum regionum coniuncti cum Beneventanis Picenisque solito saepius seriei Romanae intermixti sunt sine loci indicatione, quam confusionem iam a Cyriaco in schedis admissam esse nihil obstat, quin credamus. Solus Felicianus schedas pleniores Cyriaci habuisse videtur, e quibus excerpsit Marc. f. 62, Ver. f. 101 *in sepulchro regis Ladislai* († 1414) Neapoli: *belliger adversus rex Ladislaus in hostes*

(Sign. 65) *Neapoli litteris graecis Latinatis . . Tiberius Iulius Tarsus . .*

(Sign. 67) *in introitu civitatis Capuae. Caesaris imperii . .* (Petr. Don. f. 118)

(Sign. 68) *temporibus S. Innocentii* (de Rossi inscr. christ. II p. 322,3), qui redeunt ommes apud Ferrar. in codice Traiect. n. 468—472 (Par. 574—7), unus (Sign. 67) etiam in Iucundi cod. Vat. 5326 n. 300.

De singulis (cf. tab., infra p. 279) pauca dicenda sunt. Titulus Puteolanus X 1594 etiam eo cognoscitur Cyriacanus, quod in eorum numero parvo est, qui

[1]) Ibidem p. XXXVIII in enumeratione titulorum Cyriacanorum sub v. Ancona pro $6078,_{199}$ scribendum est $6078,_{193 \cdot 202}$.

[2]) Etiam Iacobus Lilius in codice Guelferb. Helmstad. 631 f. 68' seriem Anconitanam e Cyriaco ipso petivit, in qua praeter titulos quosdam Rediani titulum sepulchralem Σμίνθιος Τιτέλου C. I G. 6468 habet e solo Cyriaco notum (epigrammat. per Ill. n. 264 et Codex Laurent. LXXX n. 22 f. 325., cf. Ziebarth *Inschriftenhandschrift der Hamburger Stadtbibliothek*, Progr. Hamburg 1903 S. 16).

apud Felicianum in seriem Romanam recepti sunt. Sequitur hunc apud Felicianum Formianus X 6127, quem inter alios Redianus n. 132 in parte Cyriacana profert cum verbis: *inter fundum iuxta silicum viam*, quibuscum si contuleris Cyriaci itinerarium (ed. Mehus) p. 24 *exinde Tarracinarum marmorea Augusti Caesaris templa vidimus* (X 6305) *et ingentia silicum strata viarum*, non iam dubium erit, quin Redianus Cyriaci ipsius verba servaverit. Quodsi Redianus eundem titulum n. 1520 collocat *in ecclesia S. Donati*, quae verba apud Iucundum redeunt, inde patet titulum post Cyriacum ab alio descriptum esse.

Campana codicis Chigiani I. VI 203, quae apud Pontanum et Bononium partim redeuntia Mommsenus Cyriaco vindicavit, enumerata sunt C. I. L. X praef. p. LVIII.

Qui post Cyriacum has regiones peragraverunt, Laurentius Behem et Iucundus, de eis suo loco agendum erit (infra p. 216. 232).

In titulis Ravennatibus Cyriaci memoria obscurata videtur, quia in urbe ipsa auctor extitit, Desiderius Spreti, qui uberrimam syllogam titulorum patriae suae collegit, e qua posteriores hauserunt (cf. de eo C. I. L. XI p. 1, IV). Recensionem Spretii primam conspectui nostro subiecimus, cum Cyriaci hic nisi dispersi tituli non exstent. Ubi deest prima, Felicianus in locum eius successit, quippe qui ex ea petiverit.

Atque Bormannus ad Spretium rettulit quaecumque auctores Cyriaco posteriores habent exceptis paucis aperte Cyriacanis. Cui opinioni vereor ne temporum ratio obstet, cum Spretii sylloge anno demum 1459 composita esse dicatur manuscripta, Marcanovae autem codex Bernensis, in cuius parte urbana iam leguntur Ravennatia, anno 1460 absolutus sit, inceptus multo antea. Praeterea verisimile est Cyriaci seriem Ravennatem maiorem fuisse. Re vera indicia, quae ad Cyriacum ducunt, in sylloga Feliciani reperiuntur haec. Codex Veronensis absoluta serie 1—66 addit 67—69, quorum 69 = C. I. G. 8862 aperte e Cyriaco venit, cum versio Latina Georgii Trapezuntii, aequalis et amici Cyriaci, addita sit et titulus primum legatur in codice Cyriacano Neapolitano V. E. 5. f. 121. 237′ una cum inscriptione Graeca Isaaci exarchae (C. I. Gr. 9869.) cf. Inscr. christ. II 383. Neque minus 67 = XI 126, 68 = XI 142 e Cyriaco hoc loco repetitos esse probat cum longum lemma Cyriacanum ad XI 126 e Feliciano adscriptum, tum lectiones variae Cyriacanae, quae differunt a lectione Feliciani primo loco data.

Accedit quod Felicianus inde a tit. 19 = XI 155 accuratissime quidem consentit cum Spretio I, e quo aperte pendet, in parte autem prima 1—18, quae in codice Marciano (f. 60—61) ab altera separata est, et quam solam uno titulo omisso Ferrarinus in codice Traiectino expressit, hic illic consentit cum Spretio II, proprias autem lectiones vel inscriptiones habet has:

XI 153 *in aede S. Paracliti spiritus sancti* Fel. Ver. Marc. m. 1., *apud aedem Spiritus sancti* Spret. Fel. Marc. m. 2 ibid. v. 7. *Crispina* Fel. Ver. *carissima* Fel. Marc. Ferr.

XI 343 *in alio lapide* Marc. Fel. Marc. Ferr. *alio in lapide apud S. Albertum in agro Ravennati* Fel. Ver. Spreti.

XI 147 titulum Poggianum Felic. et Marcan. II cum novo lemmate dant.

Quibus indiciis ad eam sententiam adductus sum, ut primam partem Feliciani Ravennatium Cyriaco vindicem, quem eundem Marcanova in titulis Bern. 202—208 adiisse verisimile est. De 204. 205. 208, qui in prima parte Feliciani

redeunt, hoc certum est. Alios quoque titulos priore Marcanovae loco non e Spretio petitos esse, lectionibus propriis quibusdam comprobari videtur, quas ad titulos eos notatas invenies.

De serie Ravennate vel potius Salonitana codicis Vaticani 7019 f. 95 seq., quae dicitur Antiqui Lucii, in capite de Iucundo (infra p. 243) dicendum erit.

Cyriacus primum, ut quidem scimus, anno 1435 Ariminum adiit ibique „Ioanne Marco Physico praeclaro . . curante omnia civitatis egregia vidit et memoranda“, in quibus memorat pontem Flamineum (XI 367) et arcum (XI 365) cf. Itinerarium ed. Mehus p. 35. Eosdem titulos una cum XI 506 anno 1443 denuo descripsit, quos nova eius fragmenta sub numeris 168—170 exhibent.

Eodem itinere primo Pisauri et Urbini, quas urbes post Ariminum adiit, epigrammata descripsit atque commentariis suis mandavit (Itiner. p. 36), quae perdita sunt. Iam cum nobis servata sit series Ariminensis optima (v. tab., infra p. 281) in codice Rigazziano nec non apud Marcanovam, quam eandem adhibuerunt Felicianus et Iucundus, iure suo, qui de ea accurate disputavit, Bormannus, XI p. 73, suspicatus est seriem hanc Cyriacanam esse. Argumentis eius adde haec. Lapides sunt descripti accurate, cf. XI 405[b]: *ibidem et principium deficit* Marc. simil. Rig., XI 410 margini sinistrae adscripsit: *deficit* Marc., XI 409 idem verbum Marc., XI 358 in fine adscripsit: *lapis fractus* Marc. Lemmata quaedam redolent dictionem Cyriacanam velut XI 459 *in contrata S. Bartholi* (sic semper pro Bartholomaei), XI 358 *in contrata S. Columbae.*

Denique ne hoc quidem argumentum originis Cyriacanae spernendum videtur, quod tit. XI 419 in codice Rediano, qui seriem hanc omisit, exstat sub n. 739 inter Veronenses omnino e Cyriaco sumptos praemissis verbis: *in Galbiate (?) in plumbi lamina,* quae nescio an rectius ad alium titulum pertineant (cf. et V 428*, 2).

Sequuntur in codice Rigazziano tituli Caesenae et Bononiae descripti (infra p. 282), de quorum auctoribus idem valet atque de titulis Ariminensibus (cf. XI p. 108 et 130). Archetypum hic plenius expresserunt Marcanova et Felicianus, ut e tabula nostra apparebit. Cyriacum etiam hic notae adscriptae prodere videntur, velut ad XI 704 Marcanova solus servavit: *reliqua vetustate consumpta sunt.* De singulis accurate disputavit Bormannus XI p. 130, ɪ[1]) qui iure suo ad idem archetypum i. e. Cyriacum revocavit titulos, quos Marcanova solus servavit descriptos Fori Popili Marcan. Mut. n. 441 = XI 586, n. 440 = XI 6639, n. 424 = XI 593, et Fori Livi n. 415—419 = XI 612 *in ecclesia S. Mercurialis* (en Cyriacum Mercurii cultorem deprehendimus?) 608. 606. 56*. 57*.

Cyriaci series Pisana (infra p. 283) a solo Iucundo et auctore codicis Rediani adhibita est, qui duos n. 946 = XI 1513 et 947 = XI 1477 addit, quorum prior, cum apud Lilium redeat, Cyriacanus cognoscitur. E Lunensibus duo (XI 1322. 1368) apud Marcanovam et Felicianum Ferrarinumque Patavinis interpositi sunt.

De Mutinensibus (tab., infra p. 283) iis, quae Bormannus disputavit, XI p. 148. 149, pauca addenda sunt. Titulis e Cyriaco petitis quosdam de suo addiderunt Ferrarinus et auctor codicis Rediani (XI p. 149), quorum ille ipse

---

[1]) Ceterum C. XI p. 130,ɪ v. 11 scrib. „sub n. 756“. — v. 26. 27 errore dicitur n. 715 ex inscriptionibus esse quas et Rigazzianus et Marcanova habeant, cum in Rigazziano n. 715 desit.

Mutinae fuit (cf. infra p. 220), hic auctorem adhibuit, qui accurata locorum adnotatione vel lapidum descriptione excellit.[1])

E parva serie Parmensi Cyriacana — hanc et quae sequuntur proposui tab. p. 284 — ad Iucundum solum duo tituli pervenerunt. De maiore serie Ferrarino cum Gammaro et Siedero communi, de cuius auctore non constat, iam egit Bormannus XI p. 187 III.

Bormanno Cyriacus Florentiae nullos titulos descripsisse videtur (C. I. L. XI p. 302 I). Hoc mirum esset, cum per Scalamontium (Colucci *Ant. Pic.* XV p. XCI) edocti simus, Cyriacum hac in urbe permultas et insignes res vidisse atque multorum nobilium aedes adiisse adiutum familiaritate summorum urbis virorum. Re vera iam in codice Angelicano extat sub n. 82 titulus recens XI 223*, quam Cyriacus ipse sine dubio legit *in quodam marmore supra hostium viridarii d. Barth. de monte Bentio (?),* quocum coniuncti leguntur apud multos auctores XI 221*. 212* Faesulani, quorum priorem iam De Rossi *Insc. Christ.* II 394 Cyriaco vindicavit.

Qui sequuntur in codice Rediano n. 940—942 *Florentiae apud S. Miniatum castrum*, eos castro S. Miniati agri Volaterrani tribuit Bormannus XI 1745. 1769. 1753 = VI 8500. Apud Marcanovam in codice Mutinensi incipit haec parva series *(„Florentiae floridae")* a titulo n. 1197 = V 4653 (cf. XI 248*), quem idem Marcanova n. 806 cum Rediano solo Brixiae ponunt, cum hoc loco collocetur: *Florentiae ubi corpora Sanct. Martyr. Epimenei justissimi viri in eccl. S. Iuliae iacent,* quae verba fortasse ad alium titulum Cyriacanum pertinent, qui in codice intercidit.

Simili errore fortasse iam a Cyriaco ipso commisso alius titulus Cyriacanus X 5853 Ferentinas ponitur Florentiae a Feliciano cf. XI 248*, 3.

Quae Volaterris Cyriacus anno 1442 descripsit, edita in commentariorum novis fragmentis n. 2—9, in codice Parmensi f. 101 redeunt praemissis verbis: *Aliqua epitafia Vulterris inventa*, ordine quidem mutato atque duobus omissis, addito tamen uno XI 1737. Auctorum posteriorum nullus exceptis quibusdam codicibus Cyriacanis (cf. XI 324) hos titulos novit, nisi quod Iucundus unum profert, quem tamen falso Parmensibus sumptis iisdem e Cyriaco adiunxit.

Cyriacum Arretium adiisse testantur tituli ab eo in hac urbe descripti, quorum unum XI 1839 exhibet cod. Parm. n. 247 sine loco, eundem codex Redianus ponit Arretii nec non mira diligentia ad eum addit verba: *corpus autem quod in ea (sc. arca) positum erat, adhuc integrum est Regii,* quae num Cyriaci verba sint nescio. Alteros duos XI 1820. 1849 errore coniunctos servavit Marcanova in codice Mutinensi inter Viterbienses. Neque eos quidem a Cyriaco alienos esse nunc docet codex Petri Donati Hamilton. 254 f. 78, qui eosdem errore coniunctos exhibet, verum post verbum *veterum* (XI 1849) addit titulum Tifernatem XI 5949 (cf. p. 211), quem etiam Marcanova falso loco ponit.

Idem Cyriacus quos Perusiae, Clusii, Tuscanellae, Viterbii, Sutrii titulos descripsit, eos tab. infra pag. 284, composuimus. Praeterea codices Cyriacani exhibent ex Poggianis titulis n. 78 Perusinum XI 1924 et n. 68 VI 1702 falso Perusiae collocatum a Marcanova aliisque (vide tab. pag. 249).

Denique nomino titulum XI 3126 servatum primum apud Petrum Donatum f. 67′, quem Cyriacus *prope urbem in Campagnano castro nunc Ursinorum*

[1]) cf. Red. n. 916 = XI 878 *ibidem* (praec. *apud S. Geminianum*) *imperfectum* (hoc deest ad tit.) et Red. n. 924 = XI 865 *in alio saxo fracto* (item deest ad tit.).

vidit, quod ad titulum notatum non est, quamquam iam Th. Mommsen *Jahrb. d. preuss. Kunstsamml.* 4, 1883 p. 87 et H. Dessau C. I. L. XIV 409* lemma codicis Petri Donati dederunt. E Cyriaco igitur Ferrarinus Reg. f. 139 habet: *Capagnani intra urbem et Sutrium,* quae verba eum invenisse putat Bormannus.

Titulorum quos Cyriacus Interamnae descripsit (v. infra p. 285), unus XI 4170 a Feliciano Ferrarinoque Romae ponitur. Hoc fortasse eo factum est, quod Cyriacus Roma Interamnam egressus titulos illos cum schedis Romanis confudit. De titulis a Pomponio Iucundoque additis cf. XI p. 608.

Titulis Spoletinis a Cyriaco descriptis (cf. XI p. 699) addidit Marcan. Mut. n. 1000 *Ti. Martius Ti. Menophilus statuam equestrem patrono dedit* = Ferrar. Paris. n. 636, quem editum a Muratorio p. 719, 8 ex schedis Farnesiis, ut me Huelsenus docet, Bormannus inter falsa Spoletina non recepit.

Ne tituli quidem Sentinates, quos Marcanova profert, alii debentur ac Cyriaco, in cuius codice Parmensi primus eorum XI 5761 meris urbanis intermixtus est, si recte pagina 93 ad titulum notata est, in qua ego titulum hunc non inveni. Idem valet de Tifernatibus ab eodem Marcanova primum prolatis, nisi quod unum XI 5949 iam Petrus Donatus a Cyriaco accepit (cf. supra p. 210), cuius mentio non minus ac Marcanovae ad titulum deest.

Fani in urbe Cyriacus iam anno 1423 artem epigraphicam exercuit, cum omnibus civibus concurrentibus inscriptionem portae XI 6218. 6219 legeret atque interpretaretur, quod ad primam huius tituli editionem, ad titulum ab editore non citatam, in notis ad Ovidii Fastos (Romae 1489 lib. IV extremo) enarravit Antonius Constantius (cf. De Rossi, *Inscr. Christ.* II 357). In eandem urbem Cyriacus si non saepius certe anno 1435 revertit, quo una cum civibus clarissimis egregiae civitatis monumenta conspexit (Itinerarium ed. Mehus p. 36). Titulos, quos ibi descripsit, codices Cyriacani Marcian. 14, 124 et Vatic. 6875 servaverunt, unde prorsus eodem ordine in ceteras syllogas fluxerunt, servatis interdum notis quoque Cyriaci, ut in fine tit. XI 6249 Marcanova in utroque codice addidit „*deficit*".

Seriei huic Marcanova in codice Mutinensi primum praemittit n. 977—983 titulos XI 6246. 6239. 6248. 6250. 6258.[1]) 6255, quorum unus 6246 ad Felicianum quoque Fan. n. 7 (inde Ferr. Tr. 498 Par. 611) pervenit. Hi num ex eodem Cyriaco veniant, quod notae ad 6250 fin. „*deficit*", eadem ad 6255, probare videntur, in incerto relinquimus.

Urbini Cyriacus ipse narrat (Itin. p. 37) se duos titulos descripsisse, qui in codicibus Parmensi et Angelicano servati sunt, et quorum alter ad Redianum quoque et Ferrarinum pervenit. Series satis longa, quam primus Ferrarinus in codice Parisino n. 968—980 profert, XI p. 893,1 enumerata est.

Pisauri cum Cyriacus anno 1435 sex bases marmoreas vidisse se narret, quas olim splendidissimi Pisauriensium Ariminensiumque ordines silicum viarum procuratoribus dederant, (Itiner. ed. Mehus p. 36), duae Pisaurenses (XI 6313. 6334) in omnibus syllogis antiquioribus reperiuntur. Aliae quae fuerint, coniectura sola assequi possumus. Atque cum duo tituli XI 6337. 6378, in quarum altera procurator silicum viarum, in altera splendidissimi ordines Pisaurensium et Ariminensium nominantur, in codice Regiensi Ferrarini coniunctae legantur,

[1]) Marc. n. 981 *In S. Petergniano. Non mihi sum splendor.*

ad hunc sine dubio e Cyriaco pervenerunt. Alios quattuor quos primus exhibet Marcanovae codex Mutinensis iure fortasse ad eundem revocabimus.

Multo post Cyriacum qui Pisauri arti epigraphicae studuerunt, auctor sc. Marcanovae in codice Parisino et Iucundus, de eis infra (p. 231) dicendum erit.

Tituli Sassinates relati in syllogas nostras ad unum auctorem solum, quae videtur esse opinio Bormanni XI p. 976, non possunt redire. Atque de altero auctore quem Laurentium Behem esse dico, infra dicendum erit (v. p. 216).

Alteri, cuius titulos tab. p. 286 composuimus, id proprium est, quod tituli XI 6520 et 6565 duas partes falso non coniunctas exhibet et quod tit. XI 6577. 6578 recte inter se non coniunxit. Iidem auctores, quibus haec communia sunt, Marcanova et Felicianus, praeterea in indicio gravissimo consentiunt. Exhibent enim XI 6528 non interpolatum, atque ad eundem Felicianus Ver. f. 90 verba haec servavit, quae Ferrarinus exscripsit: *Hoc epigramma repperi equitando Sarsinam versus in fluvio Savio in quodam molendino Florentinorum.* Collato Marcanova: *Hoc epitaphium est prope Sarsinam in quodam molendino Florentinorum* apparet haec verba auctoris communis esse,[1] quem Cyriacum esse verisimillimum est (cf. alia verba ex eo exscripta servata prima verbi persona supra p. 203. 204).

Ex eodem auctore Marcanova septem titulos primus habet, quorum quattuor etiam Iucundus in recensione tertia codicis Ashburnhamiani, qui Sassinatia bipartita dat, exhibet, quod ad solum tit. XI 6580 adnotatum inveni. Iucundus cum alium ordinem servaverit neque omnes exhibeat, verisimile est eum non e Marcanova sed ex archetypo eos petivisse.

Cyriacus seriei titulorum Tiburtinorum (cf. XIV p. 368; infra p. 286), quae integra ad nos non pervenit, videtur praemisisse verba haec: *in civitate Tibulana longe a Roma millia pass. XVI haec epigrammata sunt,* quae servavit Marcanova Bern. ante n. 238 et Felicianus in serie Romana ante titulos Plautiorum (cf. supra p. 194). Quae ex hac serie servata sunt, interposita sunt urbanis titulis ut in codice Parmensi ita apud Marcanovam et Felicianum. Quaedam apud omnes auctores redeunt, quaedam primum apud Marcanovam, quaedam apud Felicianum primum exstant, qui tamen omnes e Cyriaco hauserunt.

Qui post Cyriacum denuo Tibur adierunt, Laurentius Behem et Iucundus, de eis suo loco dictum est.

His addere liceat mentionem titulorum Hispanorum, qui ad Cyriacum referuntur (cf. tab., infra pag. 287). Quorum tres notissimi (II 382*. 383*. 410*) iam in codice Angelicano et apud Petrum Donatum leguntur et in omnibus fere syllogis redeunt. Atque Huebnerus, qui Marcanovam primum testem eorum habebat, eos Cyriaco falso attributos esse putabat, sed iam De Rossius *Inscr. chr.* II 374 coniecit titulos a Cyriaco male credulo propagatos esse. Re vera titulum II 410* in Cyriaci codice fortasse autographo scriptum fuisse testatur Hieronymus Paulus[2] († 1497 bibliothecae Vaticanae custos) in libello inscripto Barcino . . .

---

[1]) Maffei *Verona illustr.* II 99 ignorans verba Marcanovae putat Felicianum ipsum de se equitante loqui.

[2]) Hoc loco usus Gregorius Mayans in *Historia Hispanicarum collectionum veterum inscriptionum*, quae legitur in codice ms. philos. Gottingensi 153 f. 79v et cuius notitiam debeo Guilelmo Meyero, observavit, Hieronymum Paulum primum fuisse inter Hispanos, qui Cyriaci mentionem fecerit.

ad Paulum Pompilium, impresso Barcinone per Petrum Michaelum a. 1490 [1]), cuius exemplar repperi in fine codicis Guelferbytani 3239, olim Iani Gruteri, f. 169 sq., ubi post relatum titulum II 410* ita scribit: *hoc ipsi epigramma alicubi fortasse Barcinone latens vel iam perditum minime legimus, sed eius testimonium habemus Cyriaci Anconitani epigrammatum per orbem sane diligentissimi collectoris, cuius ad nos sex haud parva volumina pervenerunt.* Idem alio titulo docere videtur Codex Guelferbyt. 3239, qui syllogam titulorum Hispanorum adhuc neglectam continet, inter quos f. 166^{v} exstat II 3052, *en los toros de Guisando* cum adnotatione: *Male Cyriacus Anconitanus edidit.* [2])

Num autem Cyriacus ipse Hispaniam adierit, ut saepius in mente habebat, deficientibus aliis testimoniis adhuc in incerto relinquimus.

III. DE CODICE REDIANO ET LAURENTIO BEHEM.

Post Cyriacum, Marcanovam, Felicianum ditissimam syllogam titulorum urbanorum nobis servavit auctor codicis Rediani scripti Venetiis anno 1474 (de eo cf. De Rossi Inscr. Christ. II 393 C. I. L. XIV Ind. auct.). Atque series eius urbana a titulis 1—111 petitis e syllogis Signoriliana, Poggiana, Cyriacana, incipit, quos omnes in tabulis nostris suis locis adnotatos invenies.

Inde a tit. 112 nova pars (112—302; cf. tab., infra p. 288 seq.) ex alio fonte sumpta sequitur. Huic quoque sparsi tituli e prioribus illis auctoribus excerpti insunt. Alii ex auctore a Marcanova in appendice Mutinensi adhibito i. e. ex eodem Cyriaco veniunt (cf. tab. pag. 257), longe autem maior pars eaque praestantissima novum auctorem prodit, cuius syllogam ut aliquo modo restituamus, iam novis codicum subsidiis adiuti sumus. Tituli enim hi codicis Rediani non sine ordine positi sunt, ut opinio Henzeni C. I. L. VI p. XLIII erat, verum certo ordine ex eodem archetypo excerpti sunt, quem Iucundus in recensione secunda syllogae inscriptionum adhibuit, cuius optimum exemplum codicem Laurentianum Ashburnhamianum n. 905 primi integrum proponimus (de quo cf. infra pag. 237).

Quod ut demonstremus, totam hanc partem codicis Rediani in tabulas recepimus, cui ii soli tituli desunt, qui iam ad Cyriacum adnotati sunt, ita ut pars titulorum appendicis Marcanovae bis in tabulis (p. 256. 257 et p. 288 seq.) legatur. Ac si quis putet Iucundum, quod temporum ratio optime admitteret, titulos suos e codice Rediano descripsisse, lemmata e quibus apparet utrumque e communi fonte hausisse respiciat tit. Red. 161. 208. 243.

Praeterea Iucundus titulos a Rediano in hac serie omissos habet hos: Ashb. 33—34, 36—39, 46—49, 75—76, quorum plerique iam priore loco codicis Rediani leguntur, quidam tamen ei desunt.

---

[1]) Repetitus est liber Hieronymi Pauli in Hispaniae illustratae vol. II. (Francof. 1603) p. 842 et alibi.

[2]) [Nisi forte mero errore scriptor codicis Guelferbyt. Cyriacum laudavit pro Apiano, apud quem hic titulus editus extat p. 5 et apud quem paullo ante (pag. 1) fit Cyriaci mentio (eodem errore ad titulos falsos Hispanos II 149*. 278* laudatur Cyriacus.) H. D.].

Iucundum autem via ac ratione delectum fecisse ex archetypo, quem multo pleniorem Redianus servavit, etiam ultimus titulus huius seriei probat, quem Red. n. 302 ponit: *in domo quadam haud longe a superiori ubi templum olim bacchi erat,* Ashburn. eodem loco omissis tamen: *haud longe a superiori*, quia praecedentes quinque codicis Rediani non recepit. Sed cum Iucundus eos praecipue omiserit, quos iam in codice Veronensi protulerat, auctor codicis Rediani in fundamentum quod ei cum Iucundo commune est multa videtur intulisse. In hac enim parte propria sibi satis multa habet. Neque tamen putabimus eum, quisquis fuit, Romae ipsum multa descripsisse. Nam si in titulis 275—278 cum Marcanovae codice Mutinensi consentit, qui hos codici iam absoluto addidit, ne is quidem hos e Rediano petivit, verum communem fontem plenius servavit, cum titulo 277 = VI 25512 praemiserit VI 25775 (initium tituli VI 3872 = 32280). Similiter tituli Rediani 298—301 apud Iucundum in appendice codicis Marciani uno omisso redeunt, sed addito VI 60, qui deest in Rediano.

Si denique quaerimus, quis auctor ille fuerit, e quo Redianus et Iucundus hauserunt, de hac re certius iudicabimus, postquam tertiam partem codicis Rediani, titulos 303—445, examinavimus. Huius enim seriei iam meliorem et pleniorem testem habemus codicem Berolinensem Hamiltonianum 26 (cf. C. I. L. XIV p. 369), in quo post titulos 1—41 sumptos omnino e sylloga Signoriliana inde ab 42 incipit nova pars praemissis verbis: *Epigrammata quaedam Romae excerpta ex vetustis marmoribus,* quae prorsus eodem ordine titulos Rediani praebet, nisi quod hic multos omisit, quos iam alio loco ex aliis fontibus petitos exhibuit. Partem autem eiusdem seriei praeterea habent codex Marucellianus A 79,1, quem nisi e Corpore Inscriptionum non novi, et codex Monacensis Latinus 716, neque aliam Iucundus in recensione tertia servato titulorum ordine excerpsit.

Hanc syllogam optime nobis servatam, cuius ordinem quoque titulorum consensu codicum cognoscimus, iam accuratius examinemus (vide tab. infra pag. 291).

Ordinem locorum urbis Romae auctor secutus non est, nisi quod discerni possunt Ham. 42—121 tituli tota urbe et 122—212 extra urbem reperti, quorum maximam partem, 128—210, faciunt tituli reperti iuxta moenia urbis inter Latinam et Appiam portam in loco quadrangulato, monumenti scilicet, quod familiae liberorum Neronis Drusi videtur fuisse (C. I. L. VI p. 899). Hoc monumentum sedente papa Paulo II anno fere 1469 inventum est (Lanciani *Storia degli scavi di Roma* I 74). Pauci tamen tituli eius iam ante hunc annum noti et in moenibus ipsis collocati fuisse videntur, quos auctor appendicis Marcanovanae vidit *in moenibus urbis inter portam Appiam et Latinam* (Marc. Mut. ad VI 4385 primum titulum totius seriei) et qui ad Felicianum quoque pervenerunt nullo modo e Marcanova haurientem, cum unum titulum habeat, Redian. 364, illi ignotum.[1])

[1]) Denique Iucundus iam cum codicem Veronensem scriberet, notitiam huius monumenti habuit, sed mirum in modum titulos eius in codice dispersit nec non locorum indicationes confudit. Ex eo enim petiti sunt tituli Veron. n. 486—488, 500—508 *Romae, modo non extat.*

n. 1233 *Non inveni*

n. 1252—1257 *ibidem* (praec. *Romae*).

Aliam partem horum titulorum Iucundus Ver. alio loco (n. 743. 749 sq.) exhibet, qui in domum Franc. Porcarii pervenerint.

Alio quoque loco codex Hamiltonianus effossiones commemorat, quae quo tempore factae sint, iam scimus edocti de ea re Rudolfi Lanciani libro *Storia degli scavi di Roma* I. Ad titulum enim XIV 99 adhuc e codice Rediano et Iucundi codice Cicognano notum praemisso lemmate *in quodam marmore pervetusto delato Romam ex civitate Portuensi* codex Hamilton. n. 244 addit *tempore Pii Pontificis Maximi* (1458—1464). Lapis igitur anno 1463 repertus est in Portu, ubi Pius II marmora multa ad pulpitum ecclesiae Sancti Petri perficiendum effodi iussit (Lanciani *Storia degli scavi* I 69).[1]) Sylloga igitur post regnum Pii II absoluta est, quocum optime convenit, quod ad titulum VI 24* = Red. 279 = Ashb. 80 adnotavit Bembus (Cod. Monac. f. 19) *repertum Romae tempore Pauli,* quibus addit *Pauli Veneti* cod. Ambros. C. 112 inf. (cf. Athen. Mitteil. 1899, 88).

In opere ipso diiudicando una res maxime memorabilis est, quod auctor tam paucas domos nobilium Romanorum nominat, in quibus lapides vel statuae antiquae adservabantur. Nam cum iam Cyriacus, cuius codices Lanciani, qui catalogum museorum privatorum urbis Romae dat, nondum respexit, lapides suos invenerit in aedibus Cardinalis Niceni (supra p. 191), Iacobi Mathei domicelli Romani (Parm. n. 124/6), Cardinalis Ursini (supra p. 191), Antonii de Capharellis (Parm. n. 174 cf. Lanciani *Storia degli scavi* I 105), domini Girisotis (supra p. 190), Raphaeli Bossi (supra p. 190), quibus in auctario Marcanovae accedunt aedes Stephani Macharoni (Mut. n. 228), presbiteri Christ. Paparoni (Mut. n. 241. 244), Vicecancellarii apud Campum Florem (Mut. n. 252), codex Hamiltonianus in parte priore nominat solum ad 49 (Kaibel 1234) domum Cardinalis Columnensis, qui fuisse non potest nisi Prosper Colonna mortuus anno 1463 (Bullett. della commiss. archaeol. XXVII [1899] 102.) In appendice demum, quae post mortem Andreae a Santa Cruce (+ 1471) addita est (Rossi Inscr. Christ. II 463), citantur aedes Chiavalutii (VI 23942), Della Valle, Coronati, aliae e Iucundo notae. Hoc quomodo factum sit quaerentes iam ad auctorem ipsum syllogae venimus, de quo Hartmannus Schedel in codice suo Monac. Lat. 716 f. 8′ haec tradidit (cf. C. I. L. VI p. XLII.); denuo verba adscribo e codice ipso paulum correcta: *haec antiquitatum monumenta ad memoriam posteritatis aedita Laurentius Pehem* [sic hoc loco, reliquis *Behem*[2])] *Germanus e marmoribus ac sacris publicisque locis accuratissime in unum collegit . . . qui per annos ferme duos et viginti cum cardinali Roderico de Borgia vicecancellario, postea Alexandro VI appellato, dapiferi ac familiaris munus gessit, pleraque ex collapsis aedificiorum ruinis epigrammata ac antiquitates rimatus est.* Iure igitur de Rossius Inscr. Christ. II 390 dixit syllogam hanc non iam Anonymi Marucelliani nominandam esse sed Laurentio Behem reddendam. De vita huius investigatoris titulorum acerrimi, qui tamen Romae contentus fuit titulos omnibus oculis apertos describere neque aditum videtur habuisse ad aedes nobilium, doleo, quod mihi non contigit, ut

[1]) Idem cum additamentum codicis Hamilt. non cognosceret, hunc lapidem p. 82 anno demum 1483 repertum esse dicit.

[2]) Conferas G. A. Will *Nürnbergisches Gelehrten-Lexicon* suppl. ed. Nopitsch I V 77: *Behaim, eigentlich Beheym, Behem oder Pehem, denn so schreibt Joh. Schoner in descriptione luculentissima totius terrae (Nor. 15 18. 4) p. 32 s. v. Noriburgum: Ibidem in theologia reverendus pater Georgius Behem, Norichus, S. Laurentii praepositus sacre theol. magister profundissimus, cuius frater germanus Laur. Behem decret. doctor et Canonicus S. Stephani eccl. Babenberg. vir multarum rerum cognitione insignis et in Astronomia multum excellit.*

novi multum investigarem. Praetermittere tamen nolo in eiusdem codicis Monacensis foliis inde a 161 carmina quaedam exstare *egregio viro domino Laurentio Behem decretorum doctori dedicata,* quorum uno, scripto a. 1498, describitur venatio cervi ab Iohanne Hasso, discipulo Laurentii, alio invitatur Behem, ut Romam redeat, tertio scripto a Iac. de Questenberg celebratur Behem *Laurenti patriae* (sc. Norimbergae) *non ultima gloria nostrae,* qui *e gelido Noricorum sanguine actus tamen urbi Romae et Italae telluri* admirationi sit, quod *artibus innumeris clarus* sit et quod ei contigerit, *sydereos numeris comprendere motus.*

Si igitur de vita Laurentii Behem non multa adhuc scimus, tamen opus eius epigraphicum plenius nunc restituere possumus auxilio eiusdem codicis Hamiltoniani.

Neque enim satis habebat Behem titulos urbanos collegisse, verum alias urbes adiit.

Ac primum quidem a numero 213—230 in codice Hamiltoniano noti tituli Cyriacani vel Poggiani sequuntur minime tamen ex illis auctoribus descripti, sed quos Laurentius Behem omnes ipse vidit, ut adnotationes eius docent. 213—218 redeunt in codice Marucelliano, sed non apud Redianum, qui eosdem iam e Cyriaco alio loco exhibuit. Alii redeunt in codice Monacensi Hartmanni Schedel. Reliqui partim in Corpore ad solum Cyriacum eduntur, ita ut fortasse e re sit, etiam verba eorum in codice a me non viso accuratius examinare.

Inde a titulo 231 relinquimus Romam atque incipit series Tiburtina (tab. infra p. 294). Redit in hac consensus codicis Rediani nec non partim Marucelliani et Monacensis neque iam dubitabimus Antiquum Tiburtinum, de quo accurate disseruit Dessau C. I. L. XIV p. 369, appellare Laurentium Behem. Re vera auctor noster fuit Tibure, ubi lapides quoque Cyriacanos invenit locumque eorum accuratius indicavit. Ordinem archetypi servaverunt Hamilton et Redianus inde a 237 Ham. In praecedentibus Redianus Cyriacana cum Laurentianis miscuit, nec non lemmata breviavit velut ad XIV 3610: *apud S. Paulum* Red., *in quodam marmore vetusto nuper invento Tiburi apud fanum Pauli Apostoli* Ham. Maruc.

Quo magis notandum est unum titulum XIV 3590 *in arce Tiburtina nuper repertum* apud solum Redianum (n. 1203) exstare, quem tamen originis alienae esse coniecit editor.

Inter seriem Tiburtinam et Capuanam quae exhibet codex Hamiltonianus (n. 243—268) ea paucis vulgaribus Cyriacanis exceptis (252—257) quin ad eundem nostrum Laurentium redeant non dubito.[1]) Tituli enim omnes apud Redianum, partim in Iucundi codice Ashburnhamiano, leguntur atque ubi plures sunt ut in Sassinatibus et in Assisinis ordine plerumque eodem nec non lemmatibus iisdem. Gravior est in serie Sassinatium consensus in mendis his. XI 6528, quem primus descripsit Cyriacus (cf. supra p. 212), uterque habet interpolatum, in titulo XI 6606 uterque verbis tituli carmen, cuius initium corruptum dat, falso praemittit. Codex Hamiltonianus archetypum, ut solet, accuratius exprimit, velut ad XI 6520 solus notavit utrumque titulum in eodem lapide extare. Interdum tamen Redianus verum servavit, ut solus primam partem tituli XI 6565 dat.

---

[1]) Ad XIV 1702 = Hamilt. n. 245 locus codicis deest, sed memoratur in indice titulorum XIV p. XIII sub cod. Ham. In eodem indice p. XVI sub Iucundo errore legitur: „Habet autem in prima recensione praeter Ostiensem n. 1703“ pro 1702.

Eundem consensum codicum in serie Capuana habemus (tab. infra p. 295), cui codex Hamiltonianus praemittit: *Epigrammata inventa Capuae in marmoribus antiquis.* Archetypi ordinem in hac accuratius quam in serie Beneventana servatum invenimus, quem ne Redianus quidem turbavit, nisi quod titulum n. 1072 = X 4174 transposuit. Idem lemmata quoque accuratissime praeter morem excepit, ita ut n. 1099 = X 4186 adscripserit: *Capuae in frontispitio domus*, quamquam titulum in archetypo praecedentem omisit, e cuius lemmate: *in cortili domus domini Fabricii* apparet, cuius domus fuerit. Iucundus consilio fortasse omisit titulos Ham. 273. 274, alios incuria solum in transscribendo archetypo neglexit, nam tit. 938 = X 4174 ponit: *ibidem* (praecedit: *prope S. Bartholomaeum*), quod re vera in archetypo adscriptum erat ad praecedentem Ham. 293 = X 4097. Simili modo non recepit ex archetypo tit. Ham. 305 = X 4425, cuius tamen lemma: *ibidem in regione S. Rufi* correxit ad 949 in *ad S. Andream.* Ceterum in hac quoque parte Redianus quaedam solus servavit. Tenemus igitur in hac quoque serie satis memorabili unum solum auctorem i. e. Laurentium nostrum Behem.

Beneventi post Cyriacum iam dudum notum erat alium quendam auctorem titulos multos ante a. 1474 descripsisse, quo codex Redianus conscriptus est, qui solus hanc seriem continebat. Iam vero codex Hamiltonianus novus testis accessit isque optimus, secundum quem syllogam illam proponimus (infra p. 296). Apparet nunc Iucundum quoque in recensione tertia codicis Ashburnhamiani eundem auctorem adhibuisse, cum tituli eius 890—906 prorsus respondeant Hamilt. 311—330. Archetypi imaginem optimam codex Hamilt. dat, qui solus semper locorum adnotationes quam accuratissime habet[1]) apud Redianum ut fere semper neglectas. Ordo quoque titulorum in Rediano disturbatus est, quod ut uno exemplo demonstrem ad Red. n. 1166 = Ham. 342 = IX 2005 adscriptum est: *eodem loco* (sc. *in muris prope turrim scanellorum*), cum Red. n. 1165 = Ham. 341 = IX 341 collocetur in codice Ham. *in campanili ecclesiae supra medium,* cui optime respondet: *eodem loco* tituli sequentis, cum titulus adhuc in dicta turri exstet.

In tabula solum consensum trium illorum codicum dedi, cum numeri titulorum codicis Ham. 331—357 aut respondeant Rediano codici aut iam notati sint IX p. 695. Uterque codex archetypum ita exprimit, ut quaedam ab altero omissa habeat, in quibus notandum est auctorem codicis Rediani titulis, quos solus habet, locos interdum accurate adscripsisse velut, Red. n. 1172 = IX 1666 *in ponte Leproso sub medio arcu extra civitatem, deficit in principio.*

Denique addo Iucundum in codicem Veronensem, qui praeter notos Cyriacanos nullos Beneventanos habet nisi IX 1806. 2045. 2122. 2186 ab ipso descriptos, tres quoque titulos ex auctore nostro i. e. Laurentio Behem petitos recepisse prorsus iisdem verbis praemissis sc. IX 1973. 1983. 1986, qui in codice Hamilt. et Red. redeunt. Non igitur Iucundus eos primus habuit, sed veniunt ex archetypo illo.

Post seriem Beneventanam Andreas de Sancta Cruce Laurentii Behem librum de manibus deposuit, nam quae sequuntur aut nota sunt Signoriliana (n. 368—396) aut Poggiana aut tituli, qui auctoris tempore noviter reperti esse videntur, e quibus affero:

Ham. 358 = XI 3303 *in S. Martino iuxta oppidum Braciani et lacum Triviae ante altare maius,* qui adhuc primum in Iucundi codice Veronensi n. 1394 = M. 897 legebatur.

---

[1]) Cf. praeter exempla iam data IX p. 695 titulos Ham. 320. 322.

Ham. 359 = VI 1544 *ex sepulcro invento in templo S. Pauli, in quo Musarum imagines sunt cum instrumentis musicis quam pluribus: nomen proprium non apparet, sed in confracto repertorio hae litterae erant*, qui adhuc e solo Iucundi codice Patavino editus erat.

Ham. 360 = V 2490 inventus anno 1490.

362 = VI 13782 Romae *retro S. Mariam montis Iordani,* sic praeterea solus Iucundus in codice Patavino f. 30' (*Romae noviter repertum* Ferrarinus).

363 = VI 23942 Ferr. Par. n. 911 Iuc. Ver. n. 434.

364 = Gruter p. 712, 4 *Paulinae Valeriae filiolae dulcissimae* (titulus recens non receptus in C. I. L).

365 = VI 26901 Iuc. Ver. n. 1202.

366 = VI 20201 (Kaibel 1694) e Sabino adhuc primo notus.

367 = VI 3*e Ferr. Par. n. 822 *in horto cardinalis S. Clementis,* sic Mazochius quoque.

De titulis in ipsa Andreae de Sancta Cruce domo adservatis (inde ab 398) videas addenda voluminis VI corporis (cf. etiam De Rossi *Inscr. Chr.* II 463).

Ut autem ad codicem Redianum revertamur, a quo tota haec disputatio orta est, in universum de fontibus eius haec dicenda sunt. Tota sylloga eius e duobus potissimum fontibus hausta est e Cyriaco syllogisque Cyriacanis antiquioribus et ex Laurentio Behem. Ex illis veniunt tituli:

1— 112 urbani,
113— 302 urbani, pars eorum cf. supra p. 213,
461— 519 Veneti,
526— 627 Patavini, inter quos tamen multos proprios habet (supra p. 204),
628— 783 [1]) Veronenses,
784— 802 Vicentini,
803— 868 Mediolanenses,
869— 891 Brixienses,
892— 902 Mantuani, Placentini, Bergomates,
903— 937 Mutinenses, et Ferrarienses, in quibus quidam Rediano proprii insunt,
938— 952 Florentini, Pisani,
1016—1067 tituli Arimini, Pisauri, Urbini, Fani, Anconae, Spoletii, Perusiae, Viterbii, Neapoli descripti,
1179—1189 Auximates et Interamnates,
1211—1520 tituli Reate, Ferentini, in Istria, Dalmatia, Graecia reperti.

Ex hoc veniunt tituli:

113— 302 urbani, pars eorum cf. p. 213,
303— 445 urbani,
1068—1178 Capuani, Ostienses, Beneventani,
1190—1210 Tiburtini,
1521—1539 Sassinates, Corani, Assisini, alii.

Accedit auctor ad unum tantum locum pertinens, Spretius in Ravennatibus 953—1015.

[1]) Re vera 628—644, 655—783 (numeri 645—654 errore in numeratione commisso transmissi sunt).

Quae restant partim de ipsius auctoris studiis epigraphicis nos edocent velut n. 520—525 tituli Belluni et Feltriae descripti, nam Venetum eum fuisse iam De Rossi *Inscr. christ.* II 393 vidit,[1]) partim additamenta sunt et ea e prioribus illis auctoribus petita velut 446—460, auctarium sc. seriei urbanae, cui solus ultimus n. 460 = XIV 2852 repertus non ante annum 1478 postea additus videtur,[2]) et 1555—1562 in fine totius codicis, nota illa epitaphia Semiramidis, Darei, Pacuvii, Timonis (cf. III 286*), Senecae, Isidis et Osiridis, quae iam in codicibus Cyriacanis inveniuntur.

Iam totius syllogae solum tituli 1540—1554 restant, de quorum auctore non satis constat. Sunt tituli *Mevaniae* (XI 5074), *Traiecti* (X 6008. 6074. 6043), *Acerris* (X 3757), *Terracinae extra urbem* (X 6356)[3]), *Fundis extra portam apud templum S. Francisci* (X 6220), *F. in alio lapide* (X 6224), *in civitate Teatina* (IX 3020. 3023), *in castro Interaqua in agro Sulmonensi* (IX 3082), *propre Turricellam* (IX 2952 + 2962, 2956) ab auctore illo primo vel solo descripti, quorum duo redeunt apud Iucundum, qui tamen ex eodem auctore non hausit (cf. X p. 618), cum tit. X 6008 inter urbanos exhibeat. Ultimus n. 1554 *apud Tiphernum oppidum vetustissimum* est XI 5938, ad quem locus Rediani notatus non est.

IV. DE FERRARINO.

Tertius post Cyriacum qui superbis verbis gloriatur se ipsum lapidibus describendis nec non inveniendis tota Italia operam dedisse et qui corpus satis magnum condidit (730 fere titulorum in codice Traiectino et 1198 fere in Parisino), fuit Michael Fabricius Ferrarinus (Inscr. Christ. II 394), quem tamen criminis iactantiae non absolvemus. Codex enim primus Traiectinus, quem ipse non minus quam Parisinum denuo examinavi, nihil est nisi apographum codicis Marciani Feliciani. Atque consensus utriusque codicis iam ab epistula dedicatoria incipit, quam supra (p. 194) citatam Ferrarinus ad verbum exscripsit. Tum uterque in parte Romana consentit, cum alter codex Feliciani ordinem paulum mutaverit.[4]) Consensum in Ravennatibus iam exposui supra

[1]) Cf. etiam III p. 273,IV de titulis e Dalmatia ad eum Venetiam missis.

[2]) Numeros 453—455 hic noto:

453. *epigramma grecum quod latine hanc habet sententiam. Statua Ant. Nigri ex marmore thebaico:*

Terror Aegyptiaci Niger astat millitis ingens. Scr. h. Aug. vit. Pesc. Nigri 12,6.

454. *Grecum epigramma Aureoli imperat. in tumulo ad pontem Aureolum.*

Dona sepulchrorum victor post multa tyranni. Scr. h. Aug. trig. tyr. 11,5 — cf. V 645*. Kaibel 355*.

455. *Romae in tumulo Victor. imperat. aliter Septimii Agrippi* (sic). *Hic duo Victorini tyranni siti sunt.* Scr. h. Aug. vit. trig. tyr. 7, 2.

[3]) Hic in indice auctorum CIL IX/X p. LIX sub. Red. errore citatur 6358.

[4]) Conferas Ferrar. Traiect. n. 543—559 = Fel. Marc. Rom. 1—18, Ferrar. Traiect. n. 560—574 = Fel. Marc. Rom. 19—33 (contra Ver. 142—156 etc.).

pag. 208. Denique et titulos tres Nepesinos syllogae Signorilianae (v. infra p. 247) affero, quorum duos habet Ferrarinus cum codice Marciano, tertium codex Veronensis addit.[1]) Ceterum alios quos Felicianus habet, in transscribendo omisit Ferrarinus ut totam seriem Tergestinam (cf. V p. 53 sub II 1). Alterum fontem Ferrarinus ipse in praefatione seriei urbanae indicat Cyriacum. Et re vera iam in codice Traiectino ex eo quaedam Feliciano ignota addidit. Atque de Veronensibus et titulo Adriano iam suis locis dictum est (pag. 205. 203). Reliqua haec sunt.

Ferr. Tr. n. 687 epigramma Stephani Gathamelatae a Cyriaco confectum anno 1447, editum in Coluccii *Ant. Pic.* XV p. CXVI.

Ferr. Tr. n. 331 = Par. n. 399 testamentum Porcelli (Petronius ed. Buecheler p. 241 cf. De Rossi *Inscr. Chr.* II 46).

Ferr. Tr. n. 205 in serie Vicentina. *In marmore sculptum. Aurea concha teges Vincentia plena venena.*

Denique paucis locis in hoc primo codice de se quaedam auctor ex urbibus patriae Regii vicinis addit velut titulis Mutinensibus, quos e Feliciano sumptos ad lapides emendavit (cf. XI p. 149), verba: *sunt et Mutinae multis in locis ut in fontibus, in ecclesiis diruptis et in domibus nobilium et hoc ex antiquitate civitatis, sicut et in civitate vetustissima Regii.*

De Tridentinis Ferrarino propriis cf. V p. 529.

De appendice Bononii ad codicem Traiectinum videas C.I.L. IX. X ind. auct. s. v. Bononius.

Altera editio Ferrarini codicis Parisini Lat. 6128 primo loco n. 1—812 titulos codicis Traiectini continet multis tamen in margine additis. Series Romana continuatur n. 813—948 (f. 112′—138).

Incipit haec pars a tit. 813—833, quorum multi, qui in Iucundi codice Veronensi aut Stuttgartensi redeunt, a Ferrarino noviter vel nuperrime reperti esse dicuntur, ita ut hic propria studia eius vel alius, cui haec debet, cognoscamus.

Tit. 834 adscripsit: *Epigrammata Romae et alibi.* Novam hanc partem faciunt primum 834—852 falsi urbani, quorum duos alibi non inveni:

839 f. 117′ *prope locum eundem* (praec. *Romae).*

D. M. P. Attilio Candido.

840. *ibidem Romae.*

D. M. L. Dentri qui vix. an. VII.

Multi horum apud solum Lilium redeunt, qui nescio utrum e Ferrarino an potius ex Cyriaco, ut solet, eos petiverit. Interpositis quibusdam peregrinis (854 = XI 4395, 856 = XIV 2113, 857—860 = II 4192. 4227. 1172. 4115) ad certa Cyriacana venimus n. 861 *lingua dorica* = C.I.G. 1334, quem sequitur 862 nota illa oratio Cyriaci ad Mercurium, de qua novissimus R. Förster, *Jahrbuch der preuss. Kunstsammlungen* 1901 S. 84 dixit, coniuncta cum 863 oratione Iovis Statoris i. e. simili oratione Cyriaci. Neque alium auctorem produnt litterae hieroglyphicae f. 130—131′ exscriptae, quas in codice Ferrarini Neapol. V E 5 f. 249′. 250 iam de Rossius *Inscr. Chr.* II p. 382 agnovit. Re vera inde multi Cyriacani sequuntur neque ii vulgares, ut et aliis exemplis constat Ferrarinum librum Cyriaci plenum habuisse, qui titulum Anconitanum IX 5898 praeter codicem Redianum solus exhibet atque eum cum alio Cyriacano VI 468 con-

[1]) in Corpore de ratione, quae inter utrumque auctorem intercedit, quibusdam locis non recte iudicatum est, velut ad VI 1139. 13534, ubi loci Feliciani desunt.

fundit. Neque tamen huic auctario urbano tituli e Marcanovae codice Mutinensi, codice Rediano, Laurentio Behem petiti desunt.

De ultima parte 949—1190 satis habeo afferre ultimos tit. 1141—1187 e Marcanovae codice Mutinensi n. 1174—1225 fere eodem ordine descriptos esse et de ceteris additamentis ad omnia fere volumina corporis, imprimis autem ad volumen quintum, lectorem ad singulas corporis partes relegare. Propria auctoris studia epigraphica imprimis in longa serie Parmensi (Par. n. 1010—1044) apparent.

Tertiae editioni, codici Regiensi, quem non vidi, multa cum Parisino communia sunt. Alia quae propria habet, praesertim CIL. IX Ind. auct. enumerata invenies. Hic autem notandum est Ferrarinum ad eum quoque componendum Cyriacana quaedam optima omnibus aliis ignota adhibuisse. Quod cum iam supra in serie Graeca exemplis probaverim, hic addo f. 128′ extare XIV 3579[a], quem solus Parmensis et Petrus Donatus noverunt[1]) et titulum Antonii Lupi VI 1343 (cf. Colucci p. LXXXIX), ad quem codex Parmensis adscribit: *sepulchrum est quadratum habens utrimque geminos fasces in hunc modum,* quibus addit Regiensis*: et his litteris sculptum.* Non minus Cyriacana sunt verba, quae f. 146′ titulum Pergamenum (III 399) sequuntur: *in alio marmore Hic siti sunt Acarnantes* (sic)*, qui adversus vim atque iniuriam Etholorum pro patria pugnantes mortem oppetierunt.* Redeunt enim iam apud Petrum Donatum f. 68′. Titulum igitur iam Cyriacus e Livio 26, 25 exscriptum schedis adiecit (cf. Mommsen ad III 399).

V. DE IOHANNE IUCUNDO VERONENSI.

Fratris Iohannis Iucundi Veronensis (1430[vel 1435]—1515) memoria temporum iniquitate obscurata est. Exstiterunt quidem populares eius, qui de vita operibusque eius verba fecerunt, inter quos primo loco nomino Comitem Orti Manara, *Dei lavori architettonici di Fra Giocondo* (Veronae 1853), secundo monachum quendam, qui saeculo XVIII totam Iucundi vitam illustravisse sibi videbatur, re vera autem nugas plurimas protulit, quarum exempla infra (cf. p. 236) dabimus, cuiusque opus adhuc servatur in bibliotheca municipali Tarvisana cod. n. 164, ubi id perlustravimus. Neque tamen illorum opera ultra patriae fines nota esse videntur.

Attamen frater Iucundus dignus est qui inter primos aetatis suae viros nominetur. Neque enim solum Parisiis ponti in Sequana, qui dicitur Notre-Dame, construendo adfuit, Venetiis pontis et regionis illius quae dicitur „Rialto“ igne anno 1513 deletae novam formam delineavit[2]), Romam post mortem Bramantis adiutor Raphaeli ad basilicam S. Petri finiendam advocatus est, nec non aemulus Raphaelis multa monumenta urbis Romae delineata reliquit[3]), sed etiam artis quae dicitur hydraulicae quasi inventor exstat, quam primus in

[1]) etiam ad hunc Regiensis lemma plenissimum servavit: *in saxo quodam multe littere optime quarum quaedam subiciuntur.*

[2]) conferas Redtenbacher, *Architektur der italiänischen Renaissance* (Frankfurt 1886) § 46. 47.

[3]) conferas R. Lanciani, *Storia degli scavi di Roma* I 126. 164.

Brentae atque vicinorum fluviorum aquis recte distribuendis derivandisque exercuit quamque vel litteris professus est, ut docent quinque eius opuscula hydraulica Italice conscripta in codice citato bibliothecae municipalis Tarvisanae nobis tradita. Praeter haec nihil ab eo scriptum ad nos pervenit nisi epistulae quaedam et praefationes criticae editionum ab eo curatarum et codices eius epigraphici. Nam id quod in maximos saeculi XV viros cadit, scilicet eos ingenio non unam solam artem sed plures si non omnes amplexos esse, etiam de Iucundo valet. Nondum enim iusto loco inter philologos eius aetatis positus est, qui Aldi socius indefessus non solum eos auctores Latinos qui ad artem suam spectabant ut Vitruvium, Frontini librum de aquis novis usus codicibus edidit, sed etiam antiquitatis fautor doctissimus Plinii epistulas novo codice reperto auxit, Caesarem edidit atque delineationibus pontium urbiumque ornavit, Sallustii operum novum codicem invenit, quin etiam scriptores de re rustica senex tractavit emendavitque atque Iulium Obsequentem, quem solus ab interitu vindicavit, et Nonium Marcellum edendos curavit codicibus indagatis atque diligenter collatis.

Eundem iam dudum a corporis inscriptionum latinarum editoribus edocti, qui arti epigraphicae studemus, si non conditorem, tamen eum primum, qui via ac ratione hanc artem exercebat, venerari solemus. Nam non solum maximum numerum inscriptionum ipse collegit, sed etiam studio indefesso eas ad libri ordinem formamque redigere conatus est. Hic tenemus hominem ipsum. Pontes quos fecit architectus praeclarus, non loquuntur, syllogae eiusdem titulorum diserte loquuntur de eo, quippe ad quas multa de suo adscripserit.

Atque codicum quibus Iucundi syllogae nobis traditae sunt, duae classes nunc discernendae sunt, altera codicum autographorum nitidissime scriptorum, quos ipse auctor fautoribus suis dono dedit, altera exemplarium Iucundi ipsius usui reservatorum aut e schedis eius descriptorum nec tamen in editionis formam redactorum. Primae classis habemus codicem ab auctore Laurentio Medici dedicatum nuper postquam diu latuit, inlatum bibliothecae Vaticanae (cod. Vat. 10482; nobis dicitur Iucundus Medic.) de quo post Rossium inscr. Chr. II p. 396 egit Isidorus Carini, *Dissertazioni della Pontificia Accademia Romana di archeologia* nov. ser. V (1894) 219 sq., et codicem Magliabecchianum 28,5 iam dudum notum, quibus addere possumus codicem Cicognae 2704, nunc musei civici Venetiani 1632 non a Iucundo scriptum, sed dedicationi sine dubio destinatum.

Alterius classis imprimis nominandus est notissimus codex Veronensis bibl. Capit. n. 270. Accesserunt nuper codex Ashburnhamianus-Laurentianus n. 905, de quo videas De Rossium, *Inscr. Christ.* II 398 et codex Vaticanus 5326 (cf. ibidem II 398). Eidem classi tribuemus codicem Marcianum Lat. XIV 171 non bene e schedis Iucundi in usum studiosi cuiusdam descriptum. His nuperrime accessit codex Chatsworth, quem invenit et descripsit R. Lanciani *Storia degli scavi di Roma* I 96 sq. (cf. infra p. 241).

Cum his coniungimus codicem Vaticanum 3616 (Rossi, *Inscr. Chr.* II 396) et Stuttgartensem hist. quart. n. 316, de quo primus Mommsenus *Röm. Mitteil.* 1890, 85 sq. egit, syllogas inscriptionum non a Iucundo conscriptas, quae tamen schedas eius urbanas adhibuerunt, ut infra demonstrabimus (v. p. 225).

Memoratum inveni in codice Tarvisano supra (p. 221) citato alium codicem Cremonae servatum olim in bibliotheca Domini Alessandri Fraganeschi, de quo rettulit Is. Bianchi, *Estratto della letteratura europea* n. 19 (Milano 8. Nov. 1792) p. 145 cf. Bianchi, *Marmi Cremonesi* p. 271 not. Erat codex eidem Ludovico degli

Agnelli cui codex Magliabecchianus dedicatus, repetita prima epistula dedicatoria codicis Magliab., papiraceus et non in pergamena ut ille, continebat folia 340 et totidem ac Magliabecchianus titulos sc. 1486, inter quos f. 229 *Incerta vel non extantia*, ita ut recte concludere nobis videamur, eum descriptum esse e Magliabecchiano.

His codicibus adiuti si denuo quaerimus, quomodo Iucundus inscriptionum syllogam instituerit, ab ipsius auctoris verbis ordiendum est. Atque se impulsum esse dicit ad titulos colligendos describendosque a Laurentio Mediceo principe, cui primam collectionem offert praemissa epistula illa, qua de ratione quam secutus volumen illud primum composuerit, multis verbis Laurentium edocet. Dicit enim praemissis multis de necessitate studiorum epigraphicorum expressis verbis haec:

Ego vero etsi (ut dixi) arduum est ex ruinis integrum aliquid eruere, tamen impulsu tuo quicquid diligentia et labore consequi potui, id omne huic libro adscripsi. Et quamquam plura mihi sese offerrent vel a me ipso parum cogitata vel ab aliis utcumque excerpta, tamen praeter quae vidi quaeque accurate exscripsi, in hoc volumen nihil congessi, ut si non facultate aut doctrina, fide tamen ac diligentia legentibus satisfacerem.

Eadem epistola nunc ex codice Mediceo f. 1—3 nota iamdudum paucis mutatis in primis foliis codicis Veronensis nec non codicis Magliabecchiani legebatur, e quo edita est a Gorio et Muratorio, atque recte viri docti animadverterunt in codicem Veronensem quidem receptos esse non solum titulos a Iucundo ipso visos sed etiam alios permultos, quos e notis collectionibus exscripserit. Sed exhibet Veronensis f. 209—212′ alteram epistulam eidem Laurentio datam similiter de ratione, qua sylloga illa facta sit. In hac autem epistula (edita ab iisdem) legitur (Ver. f. 212). *Nec tamen a studio meo destiti: quin ea quae ipse videre non potui ab aliis perquisiverim et alienae fidei me commiserim ut animo meo flagranti quoad possem satisfacerem. Cum ergo in superiori volumine annotaverim quae propriis laboribus atque sudoribus congessi: operae pretium duxi etiam ea quae ab amicis et dignissimis diligentissimisque viris accepi, in sequens opus conscribere et tibi quoque ex alienis laboribus aliquam afferre voluptatem.*

De duobus igitur voluminibus Laurentio oblatis Iucundus loquitur. Mommsenus Henzenusque cum unum tantum volumen cognoscerent, ad eam opinionem adducti sunt, ut superius volumen folia 1—208′ codicis Veronensis putarent esse, contra sequens folia 213—221 (9 folia!) atque iure dixerunt, Iucundum nullo modo promisso suo stetisse, cum in utraque parte codicis Veronensis titulos a se ipso visos aliis misceret e notis syllogis antiquiorum excerptis.

Nunc demum frater Iucundus, cuius fidem in inscriptionibus ipsis iidem viri doctissimi incorruptam esse saepius demonstraverunt, hoc crimine liberandus est. Tenemus enim et superius volumen i. e. codicem Mediceum, ad quem s o l u m spectat epistula prima in codice Veronensi, quippe in quem totus Mediceus receptus sit, repetita, et sequens volumen id est totum codicem Veronensem, qui non est exemplar Laurentio ipsi oblatum, sed descriptus ex eo atque Iucundi ipsius usui reservatus, quo factum est, ut casu describentis in duas partes multo impares divideretur.

Huic opinioni favet codex Magliabecchianus 28,5 descriptus ille quidem e Veronensi (de eis quae propria sibi habet Magl. infra p. 238 disputabimus), mutato tamen omnino ordine inscriptionum, qui utramque epistulam exhibet et altera

in duas partes (f. 1—164, 169—209) dividitur ut Veronensis, distribuit autem titulos codicis Veronensis longe alio modo, ita ut nullo modo credi possit, Iucundum in primo codice inscriptiones a se visas esse contendisse, quas posterior inter non visas exhibet. Iucundus igitur in Magliabecchiano epistulas illas mutato solum nomine eius cui datae erant repetivit nulla alia de causa, nisi ut quodammodo in publicum ederet epistulas, quibus de arte sua optime se disputavisse persuasum habebat.

Hac distinctione inter volumen superius et sequens facta etiam de tempore, quo primae illae collectiones absolutae sunt, rectius iudicare possumus. Mommsenus docuit Iucundum syllogam codicis Veronensis Laurentio ante annum 1489 obtulisse, quippe quo Angeli Politiani miscellanea prodierint, in quorum cap. 77, ubi de nomine Vergilii poetae auctor disputat, leguntur haec: *In collectaneis autem quae nuperrime ad Laurentium Medicen Iucundus misit, vir unus opinor titulorum monimentorumque veterum supra mortales ceteros non diligentissimus solum sed etiam sine controversia peritissimus, relata quoque invenio elogia duo quae Romae (sicut ille indicat) in marmoribus inveniuntur: Ti. Vergilius Donatus et iterum: C. Papirius Cestus Vergiliae optatae uxori.* Huic argumento ad tempus quo codex Veronensis conscriptus sit, definiendum obstant loci hi:

1. tit. Ver. n. 1707 = V 2490 inventus a. 1490 teste codice Hamilton-Berol. 26 n. 360 (f. 87).
2. series Neapolitana, quam non ante a. 1489 e lapidibus exceptam esse verisimile est cf. infra p. 232
3. tit. Ver. n. 7 = VI 1083 *in Circo Maximo nuper inventum 1492*, qui potest cum f. A—Δ postea additus esse.

Facile tollitur difficultas, cum videmus inscriptiones illas a Politiano allatas et in Mediceo et in Veronensi inesse. (Ver. n. 100 = Medic. 63 = VI 28565 et Ver. 303 = Med. 402 = VI 23785). Commentarii igitur quos Angelus Politianus vidit, sunt codex Mediceus, quem non ante a. 1488 absolutum esse docet mentio mortis Francisci Porcari († inter 1488 et 1490 cf. *Archivio della Società Rom. di storia patria* III [1889] 132), quae primum f. 59 codicis Medicei occurrit, cum Petrus Sabinus qui nescio quo anno (certo ante a. 1495) de sylloge Laurentio oblata verba facit haec (Sabellici epist. IX 1 sine die et anno, cf. C. I. L. VI. 1 p. XLV,XVI): *Scito igitur me eousque in eiusmodi veterum monumentorum indaginem progressum ut partim ex iis quae ipse hinc inde conquisivi partim ex Kyriaci Anconitani et cuiusdam fratris Iucundi plusculis quinternionibus quos Laurentio Medice obtulit fidelissime conscriptos et ex tota ferme Europa collectos . . in unum corpus congesserim*, loquatur de sylloga codicis Veronensis, quae certo ante mortem Laurentii († 1492) absoluta est.

Quae si recte exposui, in codice Mediceo necesse est inesse nullum titulum, quem Iucundus ipse non viderit, ita ut Mediceus gravissimus nobis ad rationem totius syllogae perspiciendam testis exstet. Atque hoc aliis argumentis e codice Veronensi vel aliunde petitis confirmare possumus comparatione accurata inter Mediceum et Veronensem instituta. Quae ut facilius fieri possit, in tabulis nostris proponimus eam partem codicis Veronensis quae non ex auctoribus antiquioribus petita est.

Ex sola igitur comparatione codicis Veronensis et Medicei de compositione totius syllogae urbanae haec concludemus.

Ver. n. 25—424 (folia anteposita A—Δ, n. 1—24 postea addita sunt

cf. infra) quos uterque codex exhibet, sunt tituli quos Iucundus ipse vidit et exscripsit. Si quos Mediceus omisit, in singulis causa quaerenda est.

Inde a 425 Mediceus in nonnullis deficit, a 474 omnino, nisi quod quosdam etiam e posteriore parte Veronensis habet inter quos Ver. 699—717 titulos Iohannis Zampolini et 724—831 Francisci Porcari.

Itaque a 425 longe alia series incipit titulorum ex auctoribus antiquis atque imprimis e Cyriaco petitorum.

Pars autem satis magna harum inscriptionum urbanarum etiam in aliis codicibus nobis servata est. Iam dudum notus est codex olim Thomae Gar, nunc bibliothecae civicae Tridentinae (cf. C.I.L. III p. XXVII; Rossi, *Inscr. christ.* II 396), qui continet primo loco totam quam dicimus partem Cyriacanam, Ver. 425—489 interpositis urbanis Graecis, de quibus supra p. 195 sq. diximus, deinde tit. Ver. 82—365 paucis omissis ordineque non titulorum sed serierum saepe mutato.

Eandem partem Cyriacanam cum Graecis urbanis, sed partem solam titulorum urbanarum codicis Gar exhibent codices quasi gemelli Vaticanus 3616 et Stuttgartensis (cf. p. 222), quorum utrique desunt Ver. 225—365, 490—537, quos habet codex Gar.

Iam quaestio oritur, quae ratio inter hos codices et Iucundum intercedat. Tres illi codices non solum titulos, de quibus dixi, exhibent sed etiam lemmata Iucundi et ut ita dicam adnotationes eius criticas velut „*quaesivi et non inveni, ubi sit nescio*“ et similia, neque tamen semper eadem verba, sed additamenta quoque omissa in codice Veronensi, cuius prima manus postea interdum correcta illis codicibus respondet. Quare iure Mommsenus docuit codicem Gar schedulas Iucundi nondum in libri formam redactas continere absolutas ante a. 1484 (cf. C.I.L. III p. XXVII). Fortasse omnino prima studia epigraphica eius in eo agnoscemus, quippe qui a titulis incipiat, quos omnes primus e libris sibi exscripsit, postea Romae accuratius examinandos quaesivit.

Longe aliter res in duobus aliis codicibus se habet. Illi enim ut cum Iucundo in urbanis illis et serie Veronensi consentiunt, ita in ceteris ab eo prorsus differunt. Consensus enim codicis Stuttgartensis cum Veronensi pertinet usque ad f. 102 Stuttg. Sequuntur f. 103 sq. tituli urbani, quorum partem Iucundus alio loco habet, partem omnino ignorat, e quibus nomino:

Stuttg. 220 = VI 27309 ex Accursio adhuc primo notum.

„ 231 = VI 26504 apud Sabinum primum relatum.

„ 244 = Kaibel 1751, quem nuperrime inventum Ferrarinus Par. n. 899 dat.

„ 248 = VI 25771 apud Sabinum primum relatum.

„ 261 = VI 23210/11, ex hoc ipso codice, quem errore schedas bibl. Caes. appellat et cuius notitiam habuit per Cervellonium quendam, editum a Muratorio.

„ 285 = VI 18378 ex Alciato et Mazochio notum.

„ 288 = VI 8601 relatum quidem a Iucundo Ver. n. 794, sed quem auctor cod. Stuttg. (ex eo Murat., per Cervellonium, cf. Röm. Mitteil. 1890, 89), e Iucundo certe non petivit, ut lectiones v. 3 *Ti. Claudius*, v. 6 *ab epistulis* demonstrant.

229 *Rome in contrata sancti Mauti* (?) *dis manibus* | *Ti. Iuli Veri vixit* | *annis XXXII*, quem editum non inveni.

„ 293 = Kaibel 1437 e Smetio editum.

Stuttg. 295 = VI 11142 e codice Olivae f. 17 et Sabino notum.
„ 296 = CIG 9806.
„ 298 = VI 17631 ex Alciato Metello Lollio notum.
„ 301 = VI 9118 quem noviter inventum Ferrar. Par. n. 829 dat.

Quod attinet ad titulos non urbanos, in codice Stuttgart. seriem Cyriacanam (Iuc. Veron. 544 sq.) excipit n. 313 f. 119' = Vatic. n. 298 titulus V 202* *ex tabula enea vetustissima quam apud memoratum episc. Paduanum vidi legique,* quae verba ad Cyriacum redire iam supra pag. 204 diximus. Sequitur Stuttg. n. 214 = Vatic. n. 299 VI 1*p praemissis his: *Anime Caesaris id est comete subscriptio adiecta simulacro dicti Caesaris per Octavianum Augustum quod simulacrum omnium vetustissimum vidi apud eundem episcopum Paduanum,* quae plena exscripsi, quia collatis Marcanovae, apud quem (Bern. 66 Mut. 62) hic titulus excipit falsum Patavinum, et Feliciani verbis[1]) manifestum est, etiam haec verba e communi fonte i. e. Cyriaco sumpta esse, quem plenius exscripserunt codd. Stuttg. et Vat. Idem alii tituli Cyriacani docent, quos a Iucundo omissos codex Stuttgart. habet: V 2192. 3100. 3145. 3766.

In altera igitur parte codicis Stuttgartensis syllogam inscriptionum habemus, cuius auctor sub nomine P. Licinii (cf. Röm. Mitt. 1890 p. 86, et iam C. I. L. VI 34148), quod nomen nescio an pseudonymum sit sumptum ad usum academiarum illorum temporum, Iucundi aequalis nec non amicus vel cliens virorum tum Romae potentium ut Francisci Porcari, cui syllogam dedicavit, et Nicolai Cafarelli, series quasdam urbanas a Iucundo accepit. Idem non dubitavit adnotationes Iucundi more illius aetatis verbotenus transscribere, ita ut primam personam retineret in verbis „*nunc tamen non invenio*" et similibus, quod idem fecerunt Felicianus Marcanova Licinius in verbis Cyriaci „*vidi legique*" exscribendis. Eidem Licinio num codex Vaticanus 3616 adscribendus sit, adhuc incertum est.

His auctoribus addere liceat Anonymum Carpentoractensem, cuius partis prioris apographum continet codex Corvisieri nunc Berolinensis (cod. pictur. A 61 *o*), de quo cf. C.I.L. IX p. XXVII; XIV p. XI et imprimis Rossi Inscr. Christ. II 400, qui hoc loco nominandus est, non quod titulos urbanos eosdem ac Veronensis exhibet, sed quia locis quibusdam verbis disertis discernit inscriptiones a Iucundo visas et non visas. Hanc notitiam nisi a Iucundo ipso aut e codice quodam simili Mediceo habere non potest. Nominat autem ut titulos a Iucundo non visos hos:

Corvis. f. 55 = Ver. n. 631 = IX 5894
— f. 58 = — n. 527 = XI 4209
— f. 59 = — n. 546 = XI 1828
— f. 60 = — n. 548 = XI 365
— f. 93 = — n. 877 = VI 28047.

Hi omnes desunt Mediceo neque dubium est, quin re vera Iucundus eos non viderit. Haec igitur Anonymus ex ipsis Iucundi codicibus discere poterat, praeterea autem exhibet quasdam adnotationes Iucundi codicibus ignotas, inter quas ad Corvis. f. 63 = Ver. 888—889 = VI 1427 legitur lemma Veronensis addita anni 1487 indicatione, ad Corvis. f. 26 = Ver. 726 VI 18017 legitur „*in domo Portiorum iuxta Minervam a me exsc. kal. Sept. 1488*", ad Corvis. f. 24

[1]) Marcanova „*animae Caesaris id est cometae subscriptio adiecta simulacro dicti Caesaris per Octavianum Augustum quod vet' omnium*". Felicianus "*inscriptio simulacro insigni capitis C. Julii Caesaris per Octavianum augustum adiecta*" (ad verbum consentit lemma cod. Angelicani n. 125).

= Ver. 626 = VI 1343 legitur „*in via Hostiensi ad 2m lapidem, quem ipse III kal. Sext. 1489 exscripsi*“. Item ad C.I.L. V 781, qui deest omnino Iucundo, „*ipse exscripsi*“ et ad V 2928 = Ver. 1731, „*ipse vidi*“. Primae duae notae Iucundi ipsius possunt esse, idem non valet in tertiam, cuius titulus deest Mediceo, ita ut Iucundus eum non viderit, nisi sumimus hoc factum esse post Mediceum absolutum, et in quartam. Anonymus igitur fuit aequalis Iucundi qui ipse ut Iucundus et Licinius titulos descripsit et cui licebat Iucundi schedis uti, quas, codice Veronensi nondum absoluto, discrimen accuratius inter visos et non visos lapides fecisse verisimile est. De Pandulfo Collenutio iuris consulto Pisaurensi Rossius cogitavit.

His igitur omnibus codicibus adiuti de Iucundi sylloga urbana haec fere enucleavimus.

Titulos Ver. 25—64 (tab. infra p. 297) Iucundus e lapidibus descripsit si non omnes tamen plurimos primus, quosdam solus.

Sequitur sylloga inscriptionum quae extabat in domo Francisci Porcari, Ver. 65—73. 84. 724—831 (tab. infra p. 298. 307), quos omnes exhibet quoque Mediceus. Per se facile credi posset Iucundum omnes hos lapides in domo Maecenatis illius, de quo codice Stuttgartensi edocti sumus, vidisse atque descripsisse, sed iam Henzenus (*Mon. Ber. der Berl. Acad.* 1868, 390) exemplis gravibus demonstravit, consensu quodam inter Iucundum et Gammarum et Sabinum in mendis horum titulorum verisimile fieri, tres illos auctores e communi fonte pendere. Argumentis quae vir doctissimus attulit, novum e codice Stuttgartensi petitum addo. Hic enim f. 107—108 primam partem horum titulorum exhibet ordine commutato atque accuratioribus loci indicationibus additis his: Ver. 66 *in domo antedicti domini Francisci Porcari.* 71 *in dicta domo in pilo marmoreo.* 65 *ibidem sub figura marmorea.* 67 *ibidem.* 69 *in pede lapidis cum pede humano.* 73 *ibidem in pilo lapideo.* 68 *ibidem prope hostium.* 72 *ibidem in alio lapide.* Sequitur titulus C.I.L. VI 10543 *in dicta domo superius in sepulchro parvo,* qui deest omnino Iucundi codici Veronensi atque extat apud Sabinum, qui eum in domo Mapheorum vidit. Nullo modo igitur haec e Iucundo sumpta sunt, sed aut ex ipsis lapidibus aut e communi fonte, ita ut iure statuere possimus, Franciscum Porcarium titulos, quos in domo sua congesserat, describendos curavisse a viro quodam fortasse scholae Pomponianae descriptosque cum amicis vel clientibus suis communicavisse.

Ver. 74—76 primus Iucundus descripsit.

Sequuntur tituli iam ante Iucundum notissimi (77—83) per syllogam Signorilianam, quos tamen eum vidisse certum est excepto n. 80, quem quo tempore hanc partem codicis Veronensis scripsit nondum invenit et qui deest hoc loco codici Mediceo, quem tamen postea inventum plenum repetivit Ver. n. 876 = Medic. n. 512.

Ver. 86—104 Iucundus primus aut solus in domo Laurentii de Lallis descripsit.

Sequuntur 105—424 tituli variis locis inventi, partim a Iucundo primo traditi, partim iam ante eum noti, quos tamen fere omnes teste codice Mediceo vidit.[1]) Si quosdam omittit Mediceus, non sine causa hoc factum est, velut

[1]) Idem probant adnotationes criticae quaedam, e quibus adscribo verba codicis Veronensis ad titulum VI 10078 (Ver. 301 = Magl. 474 = Medic. 400) servata: *ad S. Gregorium sunt hi versus et secunda dictio primi non potest legi: attamen conatus sum ea interpretari eo modo quo inferius in loco proprio notavi.*

Ver. 266 = VI 25809 omissus sine dubio, quod Iucundo tunc temporis de loco non satis constabat, quo titulum viderat.

Similiter omittit Mediceus titulum alienum ab urbe Ver. 412, titulum medii aevi Ver. 299, falsos Ver. 223. 224; item Ver. 359 alio loco repetitum.

Praeter ceteros notandus est Ver. n. 207 = Röm. Mitteil. 1891, 215 n. 70 (Grut. 928,11) quem omisit Mediceus. Prima manus codicis Veronensis habebat lemma: „*Romae repperi epigramma istud in quadam petra* . .“, quod tamen deletum est et margini adscriptum „*Romae apud S. Basilium effossum et immediate traditum destructoribus*“. Quae scribere valuerit prima manus, docent codices Gar et Vat. 3616, in quibus legitur: „*Romae repperi epigramma istud in quadam petra noviter inventa sub terra et ad alia iam opera destinata, quod quia vidi brevi periturum in marmore indicavi non periturum in carta.*“ Dubium igitur non est quin Iucundus ipse lapidem viderit.[1]) Non recepit in Mediceum fortasse propter argumentum tituli singulare (tabula est lusoria).

Inscriptiones in domo Pomponii Laeti descriptas Veronensis habet bipertitas; primum Veronensis 325—337, quos omnes iam exhibet Mediceus, Iucundus ipse e lapidibus excepit, altera pars (1133—1180) auctior, in qua ad unam omnes illae redeunt, quas iam priore loco dedit, fortasse venit e Pomponii Laeti apographis, quae ille cum amico communicavit.

Causam cur in Mediceo sint omissi omnino non perspicimus in titulis Ver. 154. 382. 383. 375 (hic fortasse postea additus est).

Praeterea inter titulos quos exhibet codex Mediceus notatu digni sunt: Ver. 190 = Med. 142^{a} = VI 1239^{b} *Apud pontem Sixtum repertum in fundamentis eius* (in marg.: *Transportatum in domo D. Marii de Mellinis*). Titulus repertus est cum pons novus aedificaretur, qui nomen Sixti IV cepit inter a. 1473—5.[2]) Iucundus igitur ante a. 1475 titulum primus descripsit. Multis annis post in cod. Marc. f. 213 eundem exhibet additis „*Pomponius dedit sed non puto fidele.*“ Titulus igitur postea a Pomponio descriptus est, qui eum cum Iucundo communicavit.

Veron. 226 cui praemisit:

Isdem Iohannes (Zampolini) habet plures lapillos pretiosos . . inter quos habet cameum unum ita inscriptum Salvis Augustis Felix Leonidas

hic adscribo, quia a solo Rudolfo Lanciani adhuc recte editus est ex alio codice *Bullettino della Commissione archeol. commun. di Roma* XXVII (1899) p. 107[3]). — Ver. 147 = VI 24018 et Ver. 148 = VI 20306 sunt Cyriacani, quos iam codex Petri Donati f. 80' exhibet, quod ad titulos in additamentis Huelseni notatum non est. Neque tamen Iucundum hos e libris Cyriaci petivisse, lectio THAVVS VI 20306, v. 2 probat, quam solus Petrus Donatus profert.

Inde a titulo Ver. n. 425 incipit series titulorum ex antiquioribus auctoribus sumptorum et a 439 deficit fere codex Mediceus. In hac igitur parte singuli tituli accuratius nobis examinandi sunt, ut de eorum origine constet.

---

[1]) Lapis repertus est anno 1477 cf. Lanciani *Storia degli scavi di Roma* I 80.

[2]) cf. Lanciani *Bullettino della commiss. archeol. Rom.* IV (1878) p. 241.

[3]) Ediderunt quidem, ut schedae a Dresselio collectae docent, Mazochius f. 111, Apian. 210,2, Grut., 612,8, alii, sed mire deformatum.

Iam ad 425 Iucundus ipse fontem suum indicat, cum lemmati „*In ponte viae Salariae miliario secundo ab urbe*“ in codice Gar adscripserit „*aliter inveni in ponte Tiburtino*“, quibus addit Veronensis: „*Prosa ista alias erat coniuncta carminibus subscriptis in ipso ponte: nunc vero translata est ad focum tabernae ipsius pontis et ab igne destructa.*“ Exscripsit igitur titulum pontis Salarii ex auctore, qui et carmen VI 1199[b] et inscr. 1199[a] exhibuit cum lemmate *in ponte Tiburtino* i. e. ex anonymo Einsidlensi, postea in ponte ipso non vidit nisi carmen lateris sinistri, quia tit. 1199[a] fortasse aedificio quodam tum tectus erat, quem igne periisse falso a nescio quo rustico edoctus est, cum post Iucundum multi eum viderint. — Ver. 426 e sylloga Signoriliana hoc loco sumptum ad lapidem videtur correxisse, cum iterum dederit Ver. n. 626; — 428 = VI 29177 a Iucundo solo servatus neque tamen ab eo visus („*Romae, sed ubi determinate sit, ignoro*“) ex eodem fortasse sumptus est auctore atque tituli Graeci duo 429. 430 Kaibel 999. 1757, quos tamen Iucundum vidisse testatur codex Mediceus. Facile putabimus hunc auctorem Cyriacum esse, e quo fortasse hausit Iucundus qui insequuntur 431—433 (Medic. n. 505—507). — Etiam 434 = VI 23942, qui primum exstat in Ferrarini codice Parisino, e Cyriaco potest venire, item 435 = VI 1244, quem hoc loco postea delevit, cum tres illos titulos Aquae Marciae e lapide dederit f. 98 (n. 876).

Certius iudicium faciemus de insequentibus inde a 437. Iucundus enim ipse iterum nobis ad 439 indicat fontem, cum dicit praemisso titulo C.I.L. VI 1374[a] „*Ex latere exteriori solum aliquantulum inferius ex litteris minoribus* ⟨seq. 1374[b]⟩ *Inveni in aliquibus exemplaribus ante:* C. CESTIVS *haec infra-scripta:* PONTI . P . F . CLAMELAE HEREDIS ET POT . HI *quae tamen in piramide minime videre potui. Quia tamen piramis ipsa stipata est arbusculis et rubis circumquaque volui credere alias alium vidisse quod modo non video, cum et quae vidi non bene discernere potui.*“ Iucundus igitur in fonte suo titulum 1374[a] repperit hac forma: *ponti p. f. clamelae heredis et pot. hi c. cestius.* Adhibuit igitur syllogen Signorilianam neque recte ad Pogg. syll. n. 57 adnotatum est: „*ex rec.* [b] *Iuc. Ver. f. 48 Magl. f. 71 videtur sumpsisse verba* PONTI . P . F *et quae sequuntur*“, cum Poggi exemplar rectam verborum collocationem habeat. Praeterea e sylloga Signoriliana sumpsit 437—441. 443—451. 453—458. 463—5, quibus titulos a se ipso descriptos interposuit hos 442 = VI 2497, 462 = VI 2158, 452 = Kaibel 1729. Tamen quoad potuit inscriptiones ab antiquioribus notatas ipse ad lapidem examinavit, quod e codice Mediceo de titulis 438. 441 didicimus, neque vero omnes invenit, ut n. 444 = VI 3541 e Signorilio sumptum, ad quem habent codices Gar et Vat. 3616 „*quaesivi et non inveni*“. Item docet codex Mediceus de titulis mausolei Hadriani, e quibus vidit Iucundus VI 991. 992, non vidit VI 984. 985. 986. Quocum convenit, quod ad VI 984 iam Henzenus adnotavit titulum ante Mazochii aetatem interiisse aut obtectum esse. Contra titulos VI 985. 986 quos Raphael Volaterranus vidisse se dicit, Iucundus quare non invenerit, incertum est. Titulum Ver. 461 = VI 1106 non recepit in Mediceum, quamquam vidit, dicit enim „*epigramma quod non bene potest legi*“, quare nescio an recte ad titulum adnotatum sit, Iucundum eum de visu correxisse.

Inde a titulo 466 incipiunt Cyriacani (466—486), quos suis locis (tab. pag. 250 seq.) notatos invenies. Ver. n. 484—5 = VI 4*[d] qui primum legitur apud Ferrarinum, a Cyriaco alienus non erit.

Ver. n. 486—490. 495. 500—522 plerosque e Laurentii Behem sylloga petitos esse iam supra (p. 214 not.) diximus. Quos iis auctor interposuit, aut certi Cyriacani sunt ut 491—499 aut tituli quos Iucundus primus descripsit ut Ver. 515 = VI 570.

523—540 sunt Cyriacani mixti titulis, quos Iucundus primus vel solus exhibet ut 531 = VI 16259[a], 532 = VI 27187, 533 = VI 11130, quorum duos ultimos (cod. Medic. 519. 520) ante annum 1481 in domo Bartholomaei Platynae, mortui 1481, descripsit, et 538 = VI 9533, 539 = IX 4803.

Finem partis Cyriacanae faciunt pauci illi tituli non urbani 544—550 (Arretini et falsi Hispanici) coniuncti cum praecedentibus in omnibus codicibus. Etiam hic Iucundus ipse fontem nobis indicat, cum ad 545. 546 margini codicis Veronensis et Magliabecchiani adscripserit haec: *Alibi inveni repertae fuisse bine statuae Aretii in duabus basilicis una C. Mario alia Q. Fabio dicata cum isto et sequenti epigrammate.* Falsam igitur loci indicationem „Arimini" sumpsit e sylloge Signoriliana, contra quae adscripsit e Poggio vel alio auctore ab eo pendente, cf. Bormannum ad C.I.L. XI 1828. 1813.

Casu solum haec parva series in codice Veronensi a praecedente serie Romana divisa est titulis tribus interpositis 541—543, quorum duos primos XI 3076. 6106 Iucundus primus exhibet, tertius notus est Venetus V 2271 e serie Cyriacana (p. 265).

Absoluta hac longa parte Cyriacana ad Iucundum ipsum revertimur inde a 551. Atque nova series a titulis, quos Iucundus ipse Tibure, Ateste, Beneventi, Corae aut Vicarelli primus vel solus descripsit, incipit (v. tab., infra p. 304).

Sequitur series Veronensis, 560—607, 908—910, 1613—1662, de qua supra pag. 205 dictum est.

Veronensibus addit Auximatia bipartita ac primum 608—620, quae Iucundus ipse ante annum 1487 ibi descripsit (cf. C.I.L. IX p. 559), deinde 1434—1437 e Cyriaco petita.

Secunda series Romana (621—897) plerumque titulos a Iucundo ipso primo aut solo visos descriptosque continet praemissis quibusdam e priore parte accuratius repetitis et falsis quattuor. Paucis exceptis collectiones inscriptionum sunt, quas vidit in domibus Fr. Albarini, Ioh. Bapt. de Piccardinis, quae domus postea dominum mutavit, cum Sabinus magnam partem illorum titulorum viderit in domo Ursinorum, Ioh. Zampolini, Marcelli Capo de Ferro, Fr. Porcarii, Petri de Maximis, D. Griffoneti, Bernardini della Valle, aliorum (v. tab., infra p. 305—310). Iucundus igitur in titulis urbanis catalogum omnium fere rerum antiquarum collectionum dat, quae illis temporibus Romae in domibus privatis adservabantur, quod nuper Rudolfus Lanciani exposuit in libro *Storia degli scavi di Roma* I 96 sq. Has autem collectiones in notissimorum Romanorum domibus non a Iucundo solo visas esse per se patet, ita ut, si quos titulos etiam Pomponius aliive descripserunt, non semper perspiciamus, Iucundi exemplar utrum e lapide veniat an ab amico Pomponio, quod in titulis quibusdam collectionis Griffoneti Henzenus docuit (*Mon. Ber. Berl. Akad.* 1868, 390). Neque tamen multum interest discernere inter Pomponium et Iucundum; hoc constat, nos in hac parte codicis Veronensis exempla Iucundi tempore e lapidibus sumpta tenere. Ad tempus autem quo haec pars conscripta sit notandum est, quem dicit Iucundus *nuper* repertum tit. n. 630, eum die XXII mensis Iunii 1480, contra n. 888—893 item nuper inventos, a. 1487 repertos esse.

Inter secundam et tertiam seriem Romanam quae Veronensis exhibet, ea bipertita sunt, prima pars, 898—954, continet titulos variarum urbium ordine geographico non servato petitos partim e syllogis antiquioribus partim ex lapidibus, altera pars, 955—1102, longe praeclarior ordine fere geographico continet, quaecumque Iucundus Neapoli diutius commorans vel inde excursiones faciens pleraque primus vel solus exscripsit.

Primam partem paucis absolvere possumus. Tituli in syllogen recepti videntur, ut quemque comperit Iucundus. Noto Cyriacano oppidi Rignano addit duos eiusdem loci 900. 901 = XI 3995. 3981 quos primus habet. Urbinates iidem tres (903—905 = XI 6063. 6067. 6052) leguntur in codice Rediano f. 104, qui habet alios duos, contra quem addit postea Iucundus f. 159' n. 1315 = XI 6102 Urbinatem primus exhibet. Secundae quam dicimus seriei Veronensi (n. 908—910), addit duos agri Tusculani (n. 911. 912), quos primus vel solus tradidit. Sequitur interposito uno Ravennati n. 913 series Pisaurensis, 914—932, in qua Iucundi studia epigraphica luculenter perspicere possumus (v. tab., infra p. 310). Primum enim in usum suum omnes titulos convertit, quos etiam Marcanova in codice Mutinensi e Cyriaco petivit, de quibus iam supra diximus. His praemittit decem titulos descriptos in domo D. Pandulfi Collenutii, quorum novem eodem loco annis 1473—1483 descripsit auctor codicis Parisini 5825 F. Marcanovae (cf. XI p. 937[1]). Cum eodem praeterea habet tres alios, omittit quos ille dat XI 6445. 6436. 6405. 6318[2]) neque tamen ex eo solo petivit hos omnes, quod primum tituli probant, quos Iucundus primus exhibet, XI 6357. 6376, deinde lemmata hic illic diversa, tum lectiones eius meliores quaedam (cf. XI 6332). Denique Iucundus ipse ad tit. XI 6369, quem e Cyriaco novit, haec adscripsit *Hoc non vidi, sed declarat Navic. (v. 7) quod significat Navicularum.* Fuit igitur tertius post Cyriacum et auctorem Marcanovae[3]) Pisauri, ubi, ut solebat, titulos ad lapidem examinavit, quos in fontibus invenerat.

Sequitur parva series Dalmatica, 933—945 et 954 (Tab., infra p. 310); sunt tituli Zarenses et Nadinenses et diploma Salonitanum, ex ipsis monumentis,

---

[1]) Inter hos uterque dat: *Ibidem in alio lapide*

LIBERO · PA
TRI ·
SACRVM

quem titulum Bormannus iniuria, ut puto, non recepit, verum ad XI 6313 adnotavit: Versum primum huius inscriptionis videntur ut propriam inscriptionem exhibere Marcan. Iuc. Sanutus. At ille repertus est: *in tumulo seu pillo in eccl. S. Paracliti* neque est, cur utrique auctori fidem derogemus.

[2]) C.I.L. XI p. 937 II in enumeratione titulorum horum pro 6433 scribendum est 6435.

[3]) Hic quis fuerit, latet nos, dignus tamen est, qui inter auctores epigraphicos nominetur, cum apographa eius accurata sint et delineationibus illustrata. Pisaurum missus erat, ut ibi antiquitates describeret et delineareat quod haec verba eius probant: cod. Paris. 5825 F f. 132r. *Sunt etiam eadem in domo (sc. Iurisconsulti D. Pandulphi Collenucii) multe vetustates et fragmenta vetustissimorum hedefitiorum, inter quae duo extant capita humana marmoreis lapidibus fabricata et mire pulchritudinis et manibus solepnissimorum scultorum miro artificio constructa, que ego ad instar illorum calamo hic describere aut pingere non audeo: tamen praecepto et iussu illius qui michi ad sui beneplacitum imperare potest et cuius preceptis semper paratus existo: ut ingenium debile meum attingere de his poterit hic tremula manu velut indignus tanti operis calamo designabo* (sequuntur capita duo).

ut iam Mommsenus docuit (C. I. L. III p. 273), exscripti, cum altera series Ver. f. 178. 179. 187 e sylloga vulgari profecta sit.

Titulos plerosque a Iucundo ipso visos esse locorum indicationes et notae epigraphicae indicant ut ad 935 „*reliqua videntur esse terra obruta*" et ad 940 „*reliqua non extant, sed apparent fuisse apicibus elementorum prominentibus in angulis fragmentorum restantibus*". n. 954 diploma Salonitanum a. 1488 repertum est, ita ut etiam temporis ratione habita nobis liceat conicere Iucundum, cum Pisauri esset, fortasse a portu Anconitano excursionem ad Dalmatiae litus fecisse atque diploma illud noviter repertum Salonis descripsisse, priusquam in Italiam portatum sit.

Iam ad partem Neapolitanam venimus, cui Iucundus titulos quosdam Firmi, Sorae, Sulmone a se descriptos duosque Pisanos, 952—3, quorum alterum = XI 1460 primus exhibet, praemisit (v. tab., infra p. 310 seq.).

Regni Neapolitani inscriptiones ante Iucundum et post Cyriacum nemo nisi Laurentius Behem et Ferrarinus nec non Iovianus Pontanus descripserunt. Felici igitur casu accidit, ut Iucundo otium in his regionibus artem epigraphicam exercendi daretur, quod factum esse nunc certo scimus inde ab anno 1489, quo architectus ad castellum Poggioreale conficiendum a duce Calabriae, qui a. 1494 rex Alphonsus II factus est, Neapolim advocatus est. Haec res iamdudum nota ex epistula quadam Petri Summonte Neapolitani ad Marcantonium Michiel Venetum, edita a Cicogna *memorie dell' Ist. Veneto* IX 1860 p. 411 seq., confirmata est schedulis quibusdam quaestoris ducis *(cedole di tesor.)* adservatis in archivio publico Neapolitano, quas edidit Percopo *archivio storico Napoletano* XIX (1894) p. 376 seq., e quibus duas mihi liceat apponere I 19. Dec. 1489. *A Lucio Tata de Sessa: duy ducati, tre tari, et sonno per tanti n'avia spesi in li giorni passati in andare a Peczuolo Fra Iocondo et Iacobo Sannazaro a vedere quelle anticaglie: II duc. tre tari.* — II 21. Dec. 1489 *A Fra Iocundo de Verona: tre ducati correnti et sonno per dispesa li bisognerà fare andando ad Mola et a Gaeta per vedere certa anticaglia.*

Iucundus igitur, ut architectus ducis, sumptibus eius excursiones fecit Puteolos, Molam, Gaëtam, qua re optime codex Veronensis illustratur. Ditissima enim est sylloge eius titulorum harum regionum, cum architecto ducis aditus ubique patuerit[1]) non solum in castella ducis (cf. Ver. 1044—1048) sed etiam in domos virorum tum ingenio ac doctrina illustrium velut Pontani (cf. Ver. n. 1002) et Jacobi Sannazari, cuius nomen academicum Acci Sinceri Iucundus in sylloge notavit ut amici, quem ducem in antiquitatibus investigandis habuit et in cuius domo exscripsit Ver. n. 1051—1054.

Titulos igitur inde a 955—1102 Iucundus omnes e lapidibus descripsit, ac si quos etiam alii auctores ante eum viderunt, tamen lemma eum lapidem vidisse docet, quod cadit in Ver. n. 957 = Kaibel 714 notissimum e Signorilio et Cyriaco, ad quem Kaibel adnotavit „*ex eo* (sc. *Cyriaco*) *Iucundus*", sed quem Iucundus sine dubio ipse vidit cum dicat: „*In frontispicio quodam ante S. Paulum*", quod etiam post eum extitisse constat et cuius lapides titulum exhibentes his ultimis annis iterum reperti sunt.[2]) Idem valet de 973 = X 6928,

[1]) Tunc quoque ut nostris temporibus Athenis et Romae tituli multi reperiebantur, cum fundamenta novorum aedificiorum iacerentur, cf. Iucundi notas quas exscripsimus ad Ver. n. 967. 968. 978. 981. 985. 1003. 1008.

[2]) cf. *Archivio storico per le prov. Napolet.* 1901, 315 seq.

quem exscripsit quidem Pontanus, sed post eum Iucundus (cf. „*aliunde omnino Iucundus*“ edit. ad l.), de 987. 993. 1000. 1003. 1005. 1013. Quos his interponit Romanos duos 1049. 1050, eos addidit ad illustrandos qui praecedunt fastos Venusinos. Iucundus autem Neapoli profectus Capuam, Suessam, Minturnas, Formias, Gaietam adiit, et si titulis ibi repertis inde a 1087 titulos Fundis, in via Appia, Terracinae, Velitris, Marini descriptos addit, apparet hos in itinere quodam Romano ab eo exceptos esse. Additamenta huius seriei extant complura, primum tituli Surrentini 1099—1102. deinde Ver. f. 201 (1702—1716). 206 (1761—1784; v. infra p. 317), denique Ver. n. 1287—1289 (X 1135. 1685. 6087). Atque in titulis 1762—1777 itinerarium alius itineris epigraphici agnoscimus, quo Roma fortasse profectus Sulmonem, Castrum Sanguinis (Castel di Sangro), Venafrum, Gaetam, Traiectum vidit inter annos 1489—1495, quo Parisios vocatus est.

Quae seriem Campanam sequitur Tiburtina, 1103—1130 (infra p. 313), eius titulos plerosque certe ex lapidibus descriptos esse Hermannus Dessau XIV 369 recte censet.

Tertia series Romana (1131—1280, infra p. 314 seq.) a titulo incipit, quem a Pomponio ipso inventum esse nunc constat (cf. add. ad VI 1928). Hunc inscriptiones in domo Pomponii Laeti bene excipiunt. Quae omnes cum primum apud Iucundum aut Pomponium aut Sabinum legantur, dubium non est, quin e lapidibus ipsis descriptae sint. Titulos in domo Alfonsi de Anania (1172—1201) Iucundus ipse descripsit. Sequuntur 1203—1231 sine certo ordine, item tituli fere omnes a Iucundo ad lapidem notati. 1232—1280 vero auctarium est urbanarum sine ordine collectaneis adscriptarum, utut titulum quemque in fontibus i. e. Signorilio Poggio Cyriaco Laurentio Behem invenerat. Multos quaesivit quidem neque tamen invenit aut legere potuit (cf. 1275).

Optime iterum Iucundum lapidibus ipsis studentem deprehendimus in titulo columnae Traianae, Ver. n. 1275 = VI 967, ad quem adnotavit: *Reperi hoc epigramma ab aliis acceptum ex columna Traiana, quod modo terra obrutum legi non potest et ut dicunt sub eo est, cuius nunc pars videtur et legitur, quod non verisimile mihi videtur* (cod. Cicogna 2704, nunc Mus. civic. Venet. 1632 fol. 107). Adhibuit igitur non unum Poggium, ut ad titulum legitur, sed plures auctores.

Notandi sunt praeterea tituli Ver. 1239 = VI 3446, 1241 = VI 880 solis Ferrarino et Iucundo noti, quos tamen non Iucundus ex illo sed uterque e fonte communi cepit.

Si quos in hac parte solus vel primus tradidit, certe non ei attribuendi sunt, sed auctori ut 1244 = VI 3584 *ignotus mihi locus*, 1239 = VI 3446 *Ro. in domo D. Neapolionis de Ursinis; modo non extat*, 1245 = VI 15870. 1247—8 = VI 20942. IX 1987 sine loco.

Qui sequuntur tertiam seriem Romanam inde a 1281, plerique e prioribus auctoribus sumpti sunt. Atque initio duos titulos Alba Fucente a Iucundo exscriptos (1281. 1282 = IX 3923. 4014) complures noti Cyriacani excipiunt (VI 1702. V 767. III 453). De parva appendice ad seriem Neapolitanam (1287—9 = X 1135. 1685. 6087) et de serie Beneventana, 1290—1298, quibus addo 1702—3. 553, iam supra dictum est. Titulos Beneventanos iam Cyriacus cum Romanis confudisse videtur, cum tit. 1293 = VI 24864 Felicianus et Iucundus, 1295 = VI 2162 Marcanova, Redianus, Iucundus, 1298 = VI 878 (cui adde 1248 = IX 1987) Iucundus falso loco posuerint (cf. C.I.L. IX 223*).

Inde ab 1299—1334 notis Cyriacanis (Viterbii, Spoleti, Tiferni, Pisis, Carrariae descriptis) Iucundus sua interposuit haec: 1300—1303 Interamnates XI 4213. 4273. 4271. 4264, Ver. 1310 (Magl. 843) Kaibel 1584b Albani, Ver. 1315 = XI 6102 Urbini, 1316 = V 6419 Ticini, 1318 (Magl. 895) = X 6730 Neptuni, 1331 (Magl. 844) = XIV 2113 Lanuvii descriptos. 1335—1338. 1341—1343. 1350 auctor ipse plerosque primus exhibet. 1339 nota est Signoriliana IX 4967, 1340 Cyriacana III 531. 1344—47. 1351—53 redeunt mutato ordine apud Ferrarinum in codice Reg. 100′—101′ exarato anno fere 1486 (1345 est iam in cod. Traiect.). Certum videtur non Ferrarinum a Iucundo fortasse amico haec accepisse, qui tres titulos tamquam Bucinates exhibeat, Ferrarinus unum (IX 984), sed falso huic loco attributum. Contra credi potest Iucundum Ferrarino hos titulos debere, cum lemmata quae prima manus codicis Veronensis exhibet ad 1346. 1347 consentiant cum illo. Attamen Iucundus cum scriberet codicem Veronensem, iam habuit duos titulos Bucinates 1348. 49 Ferrarino ignotos, ut demonstrant verba ad 1348 *apud Bucinum praefatum.* Communem igitur fontem uterque adiit.

De serie Graeca (1357—1382) omnino Cyriacana iam supra pag. 197. 200 (cf. tab., p. 258) dictum est.

Cyriacum excipit inde a 1383—1390 series Praenestina, optima exempla, quae uno excepto Iucundo primo debentur. Iterum fontem antiquissimum tres tituli Nepesini 1391—1393, iam a Nicolao Laurentio descripti profitentur nec non Perusini (v. tab. p. 284) atque Asisinas Cyriacani. Titulos Reatinos (1399—1404) si non omnes, certe primum 1399 = IX 4672 a Pomponio accepit Iucundus, quem ad titulum laudat neque tamen eius lectione contentus fuisse videtur, cum ad primi versus verba: *Sanctae De decuma* margini adscripserit *Sancto Fidio semipatri,* quae aliunde fortasse acceperat.

Denuo Cyriacum agnoscimus in titulis 1428—1437 Fani, Senogalliae, Auximi descriptis neque tamen omnes ex eo solo petiti sunt. Si enim Iucundus ad titulum Fanestrem 1430 = XI 6249 adnotavit v. 5 *in alio loco inveni sit aeterna Sabis*, apparet eum praeter Cyriacum alium auctorem adhibuisse aut ipsum lapidem vidisse. Ex eodem auctore addidit v. 9, quem etiam codex Bernensis Marcanovae postea adscripsit. Contra titulos Ferentinates e Poggio sumptos esse docet urbanus 1443 = VI 13203 iam apud illum male coniunctus cum Ferentinatibus.

Maxime memorabilis est series Hispana 1445—1456, cuius n. 1453, ut ipse dicit, invenit *in quodam libro*, 1445—7 redeunt apud auctorem antiquum Oldenbergi, alios Iucundus primus exhibet. Certum videtur eum, cum conderet syllogam codicis Veronensis, nondum in Gallia fuisse, quam postea totam perlustravit, ut ipse narrat in praefatione Aldinae Caesaris (1513), et ex qua facile Tarraconensem adire potuit. Dicit enim in epistula secunda ad Laurentium de itineribus suis (Ver. f. 212). „*Sed eius generis ea fuere (sc. quae meum institutum studiumque interpellarunt) ut non modo exteras provincias sed nec Italiam totam videre potuerim.*“ Huebnerus igitur (C.I.L. II p. VI) probabiliter coniecit, Iucundum titulos a peregrinatore quodam Italo accepisse, quod sine dubio idem cadit in tres qui sequuntur unum Africanum, duos Nemausenses (1458. 1459 = XII 3236. 4027).

Inde a 1460 Cyriacum non de manibus deposuit. Ex eo enim sumpti sunt tituli Cividalenses, Salonitani cum sequentibus, Polenses, Mutinenses, Co-

menses, Mediolanenses et vicinorum oppidorum, Aquileienses, Clusini, Veneti, Veronenses, Brixiani, Vicentini.

Raro Iucundus in hac parte interposuit sua. 1465 = III 5842 amicus fortasse aliquis eius Augustae Vindelicorum descripsit. Bergomatibus e Cyriaco petitis de suo addidit 1517 = V 5172, item Mantuanis 1521 = V 4065, 1522 = V 4036, 1524 = V 4067, 1525 = V 4037.

Laudenses quattuor primos 1531—1534 Iucundum a Bononio Laudensi habuisse Mommsenus coniecit, inter ceteros e Feliciano venire possunt 1535. 1536. 1539 (V 6372) neque tamen omnes quinque, ut est in C.I.L. V p. 694, quippe cum Feliciano V 6349. 6357 Cyriacani desint.

1575. 1576 falsos Messanenses X 1040*. 1041* quamquam Iucundus primus habet, tamen non dubito eidem Cyriaco attribuere. Longa series Cyriacana interrumpitur 1702—1716, 1761—1784 additamentis ad titulos Neapolitanos (supra p. 232) et novis duobus Stimigliani descriptis 1759—60, IX 4816. 4792. Sequitur series Patavina, in qua denuo Iucundi studia agnoscimus. Titulos enim e Cyriaco petitos Patavii ipse ad lapides examinavit atque nomina possessorum interdum correxit, si filius patri successerat. De suo quinque addidit hos: Ver. n. 1727 = V 2819, 1736 = V 2955, 1743. 4 = V 2827. 2893, 1758 = V 2648.

In editione tertia codicis Vaticani (cf. infra p. 242. 243) addidit tit. n. 132—155 fere omnes e Sanuto sumptos vel quos Pingonius primus exhibet.

In fine codicis notandi solum videntur, quos in tabulas non recepimus, Ver. 1785—1791 urbani vel repetiti (VI 1683) vel novi (VI 15077. 2596. 8867) vel ex novis fontibus petiti (VI 944. 4349).

Sequuntur ordine nullo additamenta multorum locorum, Istrica 1792—3, V 12*. 312, Ravennatia 1794—1828, de quibus adeas Bormannum C.I.L. XI p. 2 IX, Dalmatica et insularum Graecarum, 1829—1832, quae tab. p. 259—261 invenies, Brixiana fori, de quibus supra dictum est, Tusculana Feliciani, quibus novum Ver. 1860 (V 4862) Iucundus addit, Ariminensia, 1861—1867, plerumque ea ex Antiquo sumpta[1]) exceptis Ver. 1861—2, XI 32* a. b, Ver. 1867, XI 347, quos primus Iucundus habet.

Finem totius codicis post urbanum codicis Ashburnhamiani n. 79, quem noviter tum cognovit VI 26067 cf. VI 4,2 p. 3532, facit parva series Latina nova et Iucundi propria exempla, Ver. 1869—72, XIV 2901. 2979. 2836. 2300.

Sed hactenus de codice Veronensi, qui non elaboratam syllogam sed schedas potius Iucundi in dies novos titulos sibi adnotantis, nondum in libri formam redactas nobis ante oculos ponit. Atque id non parvi momenti est nos codicem perlustrantes Iucundum ipsum in opere videre ut ex altero libro adnotat lemma, ex altero idem emendat, videas Ver. n. 497, *Romae sed citius credo Interamnis* aut Ver. n. 140, ubi tit. VI 13871 ipse vidit *in S. Maria maiore in pilo aquae benedictae*, quem eundem tamen f. 55 repetivit *ad S. Crucem ut credo* i. e. secundo loco e Cyriaco petivit, cuius falsam lectionem, quod non notatum invenio ad titulum, *Philiristo* cum Marcanova Feliciano Rediano exhibet, cum veram *Eulimene C. Caecio C. l. Philaristo* antea ipse e lapide adnotaverit, ut ad multos titulos Cyriacanos vel Poggianos varias lectiones aut lacunas e lapidibus adscripsit.

[1]) Ex his affero XI 367, qui iam f. 61 in parte Cyriacana legitur, quod errore ad eum adnotatum est legi eum apud Iucundum „Veron. f. 219 inter Brixiana", pro f. 220 inter Ariminensia.

Iucundi autem bibliothecam satis magnam fuisse, aliunde scimus cum traditum sit, Papam ipsum Iucundo 100 scudos mutuos dedisse anno 1505 libris eius pignori acceptis.[1])

Artem autem criticam quam in Veronensi in adhibendis quam plurimis exemplaribus atque ex eis eligendis secundum proprium ingenium lectionibus agnoscimus, eandem Iucundus ipse in praefatione Aldinae Caesaris editionis Iuliano Medici data his fere verbis professus est:

Non unum quodlibet solum perlegendum sed plurima conferenda exemplaria. Ex varia lectione non quae tibi maxime placeat eligenda, sed quae ceteris authoris ipsius scriptis magis accomodata esse videatur, ita ut illius tibi prope animus induendus sit . . . Ego quidem in eo multum elaboravi, conquisivi multa tota Gallia exemplaria, qua in provincia quod multa eo semper ex Italia translata sunt atque ea minus praedae exposita ac bellis fuerunt, multo incorruptiora volumina cuiusque generis reperiuntur, contuli omnia, diligenter excussi, neque meo tantum iudicio contentus fui, sed cum multa undique collegissem eruditos plures demum Venetiis convocavi eorumque ingeniis omnia subieci iudicanda, quae quo rectius iudicaretur viri ingenium omnia exscripsi. Conferenda sunt cum his quae in praefatione editionis Vitruvii Iulio II Papae data de studiis suis disputavit. *Ad antiqua exemplaria tanquam ad ansam dignoscendae rei me contuli nec ad pauca quidem nec una tantum regione vel urbe reperta sed multis. Sicque duplici studio intentus veterum scilicet ruinarum monumentis et situ vetustatis redolentibus libris satis patentem mihi feci intelligendi semitam.*

Praeter magnam autem partem e libris desumptam codex Veronensis nobis exhibet fragmenta itinerarii Iucundi, quod si integrum ad nos pervenisset, multo rectius sine dubio de studiis eius epigraphicis iudicaremus. Sed fama quae de itinerario orta est, in codice bibliothecae municipalis Tarvisanae id extare, quam novissimus protulit vel repetivit Carini, delenda est.

Monachus enim qui scripsit codicem illum (cf. p. 221), cui nomen dedit *Convitto Borgiano*, appendicis loco exhibet re vera magnis litteris inter documenta quae addidit operi, *Itinerarium Iucundi* multaque saepe de eo verba facit atque Iucundum itinera fecisse in Graeciam Asiam Africam Hispaniam Britanniam Germaniam usus itinerario illo narrat. Hoc tamen nihil aliud est nisi index lemmatum codicis Veronensis, quibus monachus artis criticae haud ita peritus nimis credule usus est. Quae re vera e lemmatibus illis de Iucundi itineribus enucleari possunt, de eis suo loco egimus.

Post hanc primam inscriptionum syllogam Laurentio Mediceo oblatam, Iucundus qui, ut ipsius verbis utamur, desiderio dies noctesque urgente ad plurimas inscriptiones indagandas impellebatur, non desiit novos titulos in schedas conferre. Atque iam in codice Veronensi, qui eius ipsius usui reservatus erat, fructum novorum studiorum agnoscimus, cum quosdam titulos correctos manu secunda inveniamus atque imprimis eos, ad quos adnotatum est duplicatos eos extare in alio libro. Sunt autem loci hi:

ad Ver. 40 = VI 8615 *Duplicatum in libro secundo in fol. 40' ibi alio modo*
— 77 = VI 15230 *Dupl. in libro 2 ad c(hartam) 6*
— 113 = VI 21714 *Dupl. in libro 2 ad c. 37*
— 116 = VI 10810 *Dupl. in libro 2 ad c. 11*

[1]) cf. Geymüller, *Die ursprünglichen Entwürfe für S. Peter in Rom S. 265.*

ad Ver. 121 = VI 1319 *Dupl. in libro 2 ad c. 1*
— 203 = VI 18029 *Dupl. in libro 2 ad c. 15*
— 294 = VI 8811 *Dupl. in libro 2 ad c. 64*
— 360 = VI 999 *Dupl. in libro 2 ad c. 62*
— 438 = VI 1188 *Dupl. in libro II f. 82 ibi alio modo notatum*
— 442 = VI 2497 *In libro II ad c. 36 ibi melius*
— 463 = VI 1314 *Dupl. in libro 2° f. 4 hic melius*
— 472 = VI 13534 *Est etiam in libro 2 ad c. 35 ibi melius*
— 506 = VI 4411 *Dupl. ad c. 89 et in libro 2° f. 14*
— 513 = VI 662 *Dupl. in libro 2 f. 41*
— 519 = VI 19350 *Dupl. in libro 2 ad c. 12*
— 543 = VI 2271 *Dupl. in libro 2 ad c. 92*
— 715 = VI 8550 *Dupl. in libro II ad c. 70*
— 973 = X 6928 *Dupl. in libro 2 ad 107*
— 1017 = X 3800 *Dupl. in libro 2 ad c. 118*
— 1171 = Fast. Cap. XLV (Corp. I ed. 2 p. 29) *Dupl. in libro 2 in f. 45 hic melius*
— 1205 = Kaibel 1206 *Dupl. in libro 2 ad c. 35*
— 1392 = XI 3201 *Dupl. in libro ad c. 108*
— 1398 = XI 5375 *Dupl. libro f. 111*
— 1451 = II 4497 *Dupl. in libro 2 ad 115*
— 1452 = II 4526 *Dupl. in libro 2 ad 116*
— 1489 = V 50 *Require in libro 2 fol. 89, ibi melius*
— 1580 = V 7989 *Dupl. in libro 2 fol. 87 ibi melius. In libro 3 fol. 18*
— 1868 = VI 26067 *Dupl. in libro 2° ad c. 9.*

Qui est liber ille secundus? Cum omnes hi tituli paginis adnotatis in codice Laurentiano *Ashburnhamiano* n. 905 inveniantur, dubium non est, quin hunc codicem Iucundus librum secundum appellaverit.

Caret omnino praefatione epistolisque praemissis, ita ut e libro ipso enucleandum sit, quomodo compositus sit. Quapropter e re visum est etiam codicis Ashburnhamiani conspectum proponere, eius quidem partis, quae titulos a Iucundo primo in syllogam receptos continet.

Tempore quo Iucundus codicem Veronensem scripsit, eum iam occupatum fuisse in altero libero conscribendo, e notis illis marginalibus quae postea additae sunt non sequitur. Veronensis enim non solum folia priora sed etiam ultimum folium codicis Ashburnhamiani citat, qui quibus fere annis conscriptus sit indicant tituli hi:

Ashb. 621—635 = VI 2131—2143 reperti anno 1497
— 429 = VI 20674 rep. anno 1498
— 253 = Kaibel 1501 rep. anno 1499
— 716 = V 37 rep. anno 1500
— 706 = V 7749 rep. anno 1507.

Iucundus igitur annis 1497—1507 quibus primum in Gallia,[1]) inde ab anno 1504 Venetiis, ut videtur, fuit, titulos quos noviter cognovit in alterum librum collegit, cuius magnam partem atque, ut ita dicam, fundamentum e

[1]) Iam 1497 in oppido Amboise habitabat et munere fungens, cui nomen erat *deviseur des bâtimens*, stipendium 30 ducatos singulis mensibus accepit (*cf. Bibliothèque de l'école des chartes* 2 (1845—6) p. 38 sq. et Müntz *Histoire de l'art* II 435).

sylloga Laurentii Behem petivit, qua cum priorem librum Veronensem absolveret, nescio qua causa nondum plenius uti potuit. Ex hac enim veniunt, ut supra p. 213 vidimus, Ashb. 1—140, quorum ad 94 (VI 26531) auctor ipse adnotavit, se hoc non e lapide ipso descripsisse cum dicit: *in p(rimo) libro ego exscripsi et accepi ibi melius.* Revera idem titulus legitur folio B codici Veronensi praemisso.

Partem horum titulorum servato ordine codicis Ashburnhamiani Iucundus iam in appendicem Romanam codicis Magliabecchiani recepit, qui brevi ante annum 1498 absolutus est (CIL. III p. XXVII). Atque his titulis fere solis codex Magliabecchianus a Veronensi differt, quem auctor e promptis thesauris hoc modo auxit, ut novo illi fautori, Ludovico de Agnellis archiepiscopo, novum librum offerre videretur. Hunc igitur codicem non iam cum Mommseno editionem secundam Iucundi apellabimus, quam ipse codicem Ashburnhamianum dixit, verum editionem primam auctam.

Quae codici Ashburnhamiano dempta parte Beheimiana restant, in tabulis nostris (infra pag. 317 seq.) proponimus. Atque primum quidem est pars magna Romana, Ashb. 141—705.

Hic primum fructum tenemus studiorum novorum Iucundi Romae iterum degentis ante a. 1499, qui citatur ad tit. n. 253. Titulos enim, qui hunc praecedunt, ante hunc annum[1]) collectos esse, idem docet codex Magliabecchianus, qui numeris suis 805—838 titulos Ashburnhamiani 141—249 eodem ordine exhibet, nisi quod multos omisit.

Quomodo autem fieri potuerit, ut paulo post absolutam primam syllogam haud ita parvam Iucundo tanta copia novorum titulorum innotuerit, ipse codex Ashburnhamianus nos edocet. Erat regnum Alexandri VI (1492—1496), quo sedente Romam antiquitatis studiosi undique accurrebant et qui permultis locis, cum novas vias urbi aperiret, monumenta antiqua effodienda curavit. Quarum effossionum qui vestigia accurate collegit R. Lanciani in libro *Storia degli scavi di Roma e notizie intorno le collezioni Romane di antichità* monuit, I p. 96 sq. apud Iucundum quoque mentionem earum inveniri. Titulus enim Ashb. 236 = VI 1266 *in monte Aventino versus Circi Maximi medium,* qui redit in codice Chatsworth 9. 114', sine dubio post annum 1492 ibi repertus est, cum Ashb. 241 = VI 1236^b *inventum in fossis molis Hadriani versus orientem,* Ashb. 242 = VI 1236^c *inventum in iisdem versus septentrionem* (cf. cod. Chatsworth f. 114') effossi sint anno 1497, quo iussu Papae totum castellum S. Angeli novis fundamentis murisque munitum est (Lanciani I 92). In hac igitur parte codicis Iucundus titulos noviter repertos ad temporis ordinem in schedas suas recepit.

Multos horum titulorum Iucundus primus descripsit, alios e Sabino habuit, quem iam ad Ashb. n. 67 = VI 10073 [iam videas VI 4,2 p. 3489] citaverat[2]), neque tamen omnes, quos cum Sabino communes habet, quod docet tit. n. 151 = VI 17126, quem Sabinus vidit *in domo Belli,* Iucundus sine dubio ante eum *in aede S. Joannis ante portam Latinam;* similiter ad Ashb. 234 = VI 1906 *Romae, sed ubi sit ignoro*, cum Sabin. titulum viderit: *in pariete domus cuiusdam civis Romani prope plateam Iudeorum.* Qui in hac parte redeunt tituli Ashb. n. 172—174

[1]) alio argumento eodem ducimur. Tit. Ashb. n. 228 = VI 12028 ponitur: *in vinea Car^lis Sabelli,* contra Ashb. n. 575 *in domo q. Card. Sabelli* mortui a. 1498.

[2]) dicit enim: *In libro Sabini stat scriptum* EEERVNT (pro: *fecerunt*, cum codex Marcianus Sabini habeat EFERVNT). Similiter Sabinum citat in codice Cicogna f. 113 ad VI 750: *in alio loco inveni suprascriptum epigramma sic scriptum.*

(VI 1130. 1662) sumpti illi quidem e Poggio, alter e Cyriaco, repetiti sunt, prior quod eum Iucundus apud Sabinum invenit, alter quia in proecdosi titulum lateris omisit, ut Iucundus ipse his verbis indicat: *Hoc etiam notatum est in primo libro ad c. 44 et secunda pars deficit.* Simili causa alii tituli repetiti sunt.

Inde a titulo Ashb. n. 254 cum excerpta codicis Magliabecchiani omnino deficiant, alia series incipit. Sunt additamenta urbana, quae Iucundus annis 1498—1500 collegit vel ab amicis Romanis accepit. Primum annum indicat ad tit. 379 = VI 212 quem ponit *in domo episcopi Hortini, nunc Archiep̃i Taranti* (Henricus Brunus factus archiepiscopus Tarantinus die 14 m. Sept. 1498), alterum ad tit. 610 = VI 641, quem vidit *in domo episcopi Caputaquensis,* qui Cardinalis factus est, ut eum Mazochius appellat, a. 1500.

Ne unus quidem horum ca. 450 titulorum novus est[1]), fere omnes apud Sabinum quoque extant, cuius codices adire tempus mihi datum non erat. Tamen vel ordinem Sabini codicis Marciani, finiti a. 1495, a Iucundo servatum esse exemplis demonstrare possum.

Ashb. n. 283 errore compositus est e titulis VI 28924 et VI 28970 qui sequitur apud Sabinum. Eundem errorem cum commiserit Mazochius, ut ad utrumque titulum[2]) notatum est, hoc novo argumento comprobatur, quod iam Henzenus, *Monatsberichte d. Berl. Akad.* 1868, 403 sq. exposuit, Mazochium usum esse Iucundi recensione eadem, quam in codice Ashburnhamiano tenemus. Simili modo Ashb. n. 294. 295 confusi sunt VI 26032 et qui apud Sabinum proxime sequitur VI 26302, quem errorem iterum Mazochius repetivit. Eundem titulum idem codex Ashb. n. 560. 561 recte ab altero divisum exhibet cum adnotatione *Dupl. ad c. 39 ibi melius.* Hoc igitur loco Iucundus non Sabinum adiit, sed fortasse lapidem ipsum vidit.

Etiam Ashb. n. 362. 363 duo tituli VI 26742 et 24720 falso conexi sunt, cum apud Sabinum alter alterum sequatur.

Aliis locis Iucundus adhibuit quidem Sabinum, sed lemmata eius in suum usum convertit, conferas Ashb. n. 269 = VI 2497 *in domo Car^lis S. Crucis quae est Millinorum* Ashb., *in domo d. Marii de Melinis* Iuc. Ver., *in domo Card. S. Crucis* Sab., Ashb. n. 527[3]) = VI 27971 *in domo Ep̃i Asculani de Capharellis* Ashb., *in domo Prosperi de Caffarellis* Iuc. Ver., *in domo episcopi Asculani* Sab.

Restant loci, ubi manifestum est Iucundum non e Sabino hausisse. Ashb. 429 = VI 20674 *in campo Martio in domo Raimundi di Morrecone* Ashb., quem Sabinus dicit a. 1498 repertum esse atque se vidisse *in domo Francisci Pauli de Monte Asliato;* Ashb. 529 = VI 1643 *in domo Pauli Ulterii iuxta Capranicenses* Ashb., *iuxta Capranicenses* Sab., si verba eius accurate ad titulum exscripta sunt.

In hac parte e novo codice Ashburnhamiano nihil fere aliud proficimus, nisi ut Iucundo lemmata reddantur, quae auctores posteriores ab eo sumpserunt, et

---

[1]) nisi forte inter christianos, quos de Rossius non iam edidit (cf. Inscr. christ. II 453), latet ineditus.

[2]) ad VI 28924 errore scriptum est „Maz. male conectit cum titulo infra n. 28970 qui praecedit apud Sabinum“ pro „qui sequitur apud Sabinum“. Idem titulus ad VI 28970 falso citatur „supra n. 28925“ pro 28924.

[3]) qui sequitur 528 = VI 29913 eum Donius (inde Murat.) coniungit cum praecedenti i. e. Donius adhibuit Iucundi codicem Ashburnhamianum.

ut hoc modo rectius de aliis Iucundi codicibus iudicari possit. Primo loco hic affero codicem, quem artissime cum codice Ashburnhamiano cohaerere e conspectu proposito manifestum est, codicem dico Piccarti id est excerpta illa e sylloga inscriptionum facta a Mich. Piccarto, quae edidit Reinesius in epistulis ad Hofmannum et Rupertum (Lipsiae 1660) p. 326—359, multis locis citata in Corpore, quia propria sibi nonnulla ex alio fonte non nota habebant. Sed haec postrema eius mentio erit. Piccartus enim nullum alium auctorem excerpsit nisi Iucundi codicem Ashburnhamianum ipsum vel similem quendam[1]) ex eo descriptum, quod e consensu ordinis titulorum verisimile est. Optimo exemplo sunt menda quaedam Piccarti in excerpendo commissa, velut tit. Ashb. 350 = VI 15075 ponit *Romae, in insula*, quae verba sumpta sunt a tit. 346, quem omisit, et tit. Ashb. 784 = XIV 2487 ponit *in agro Nomentano,* quae verba re vera pertinent ad tit. Ashb. 782. 783, quos Piccartus neglexit, tit. Ashb. 335 = Kaibel 1494 ponit falso *iuxta moenia inter Latinam et Appiam*, quia apud eum praecedit Ashb. 125 = VI 4392 (cf. Kaibel ad locum: *lemmata miro casu turbata videntur*). Piccarti excerpta sunt satis futilia neque nunc operae pretium est menda eius omnia[2]) enotare, cum archetypum eius teneamus.

Codex Piccarti in Corpore inter codices Iucundi recensionis tertiae refertur, cuius exemplum optimum est cod. Marcianus Latinus XIV 171, cuius lacunae a codice Cicognae 2704, nunc musei civici 1632, explentur. Hanc tertiam recensionem, cuius quae propria sint Mommsenus *Monatsber. der. Berl. Akadem.* 1868, 395 accurate exposuit, nunc secundam codicis Ashburnhamiani nominare necesse est, de qua re iam H. Dessau C.I.L. XIV p. XVI dubitanter monuit. Nam tituli graviores horum codicum a Mommseno indicati iam in codice Ashburnhamiano reperiuntur. Quod ut demonstrarem, titulos Appendicis codicis Marciani (cf. III p. XXVII) separatim numeratos (1—126) semper adscripsi (Tab. p. 317 seq.) neque minus paginas codicis Cicognae. Neque tamen appendix illa integra in codice Ashburnhamiano legitur, sed restant 17 tituli[3]) quos proprios sibi habet. Inter hos nonnulli in foliis A—Δ codici Veronensi absoluto praepositis leguntur (cf. Tab. p. 297) Codex igitur Marcianus editio auctior codicis Veronensis est nescio cui Maecenati data vel destinata, aucta partim e novis copiis collectis i. e. e codice Ashburnhamiano, partim titulos novissime a Iucundo cognitos continens. Hanc cum scriberet, Iucundum Romae non fuisse, Henzenus iure putavit, cum in hac parte solito saepius amicos nominet, a quibus titulos accepit (cf. exempla *Monatsb. Berl. Akad.* 1868, 397 sq.). Fortasse igitur in Gallia

---

[1]) unus enim titulus Piccarti n. 8 = VI 25131 (cf. V 583,* 8) excidit in codice Ashburnhamiano errore sine dubio, cum etiam in codice Cicogna f. 151' in serie suburbana (praecedit: *Velitris*) legatur. Est titulus Publicii Glauci, quem solus Sabinus Marc. f. 204' inter urbanos videtur exhibere (praecedit: *in domo Alphonsi Anagnini*). Iam cum codices Iucundi nos ad locum quendam suburbanum ducant et cum Publicius Glaucus et Publicius Florus et Flavius Crescentianus in noto titulo Ostiensi XIV 256 redeant, quem eundem servavit Iucundus, puto titulum potius Ostiae tribuendum esse.

[2]) cf. CIL. XIV p. XVI.

[3]) graviores hic adscribam: App. Marc. 7 = X 1332, 8 = X 1273, 26 = X 4225. 29 = VI 19847, 38 = VI 25654, 42 = VI 8594, 43 = VI 1140, 47 *iuxta Ro. in vinea quadam . . C. Lucceius C. l. Anthiochus . .*, 49 = XIV 256, 100 = VI 60, 101 = VI 25532, 111 = VI 1124, 112 113 = XII 2229a b, 120 = XIII 2821.

hunc laborem suscepit, cuius titulos plures affert (XII 2229. XIII 2821 et seriem Lugdunensem, de qua egit Hirschfeld C. I. L. XIII 1 p. 256. 257).

Novum exemplum recensionis secundae Iucundianae nuper in Britannia invenit R. Lanciani. Est codex Chatsworth descriptus ab eodem *Storia degli scavi di Roma* I 96 sq., qui continet f. 1—145 titulos urbanos, f. 145′—246 Italicos, in fine codicis titulos provinciarum exterarum.[1]) Consentit in gravibus indiciis cum Ashburnhamiano (n. 427. 428), cum quo titulum Praetextati Salventii exhibet (De Rossi, *Inscr. christ.* I n. 1031 cf. II p. 400 iam C. I. L. VI 32038) nec non carmen subscriptum (VI 3*b) statuis Gratiarum, quae dicuntur Piccolomini, quas Iucundus ante annum 1502, quo Roma Sienam abductae sunt, in domo cardinalis Senensis vidit. Neque tamen in codice Chathsworth merum apographum Ashburnhamiani habemus, cum titulos in hoc dispersos saepe videatur coniunxisse et cum nonnullos titulos exhibeat, qui Ashburnhamiano desunt ut VI 20654, quem iam codex Cicognae cum eodem fere lemmate dedit inventum *apud S. Laurent'um in Damaso in domo in qua inhabitat D. Bartholomaeus de Dossis ad(voc). cons(istor).* (Lanciani I 97), cum Iucundus in codice Veronensi n. 3 nominet possessorem domus D. Franciscum de Padua advocatum consistor(ii).

Cum autem Lancianius e novo codice multa quidem protulerit neque tamen pleniorem indicem titulorum, quos continet, dederit, accuratius adhuc de eo iudicare non possumus.

Ut autem ad codicem Ashburnhamianum redeamus, post seriem Romanam inde a tit. 706 tituli variorum locorum sine ordine in schedas relati incipiunt, quorum qui non e Laurentio Behem petiti sunt, hic breviter enumero (cf. Tab., p. 328). Agmen ducit tabula Genuas a. 1507 reperta 706. 707 = V 7749. Post parvam seriem Sassinatem Cyriacanam et duos dispersos 712 = V 7989, 713 = V 2071 sequitur series Polensis 714—761 sumpta e Sanuto (cf. V p. 5), cuius lemmata verbis ipsis Iucundus ut Sabinus et alii expressit nec non ordinem partim retinuit. De serie Veneta iam supra p. 203 diximus. Tituli suburbani 782—798 iidem fere in codice Cicognae sunt et pars, tituli Albani, iam in codicem Magliabecchianum recepti sunt, quos ibi Iucundus ante a. 1498 descripsit, cum Cardinalem Sabellum ad Ashb. 795 nondum mortuum appellet ut supra ad 575. Qui sequuntur

---

[1]) Cf. supra p. 222. [Eundem codicem iam anno 1880 apud ducem de Devonshire, cuius est castellum *Chatsworth-House*, visum esse ab E. Maunde Thompson schedae quaedam Mommseni nos edocent; idemque iam memoratur a Lacaita *Catalogue of the Library of Chatsworth* (Lond. 1879) IV p. 324, quem catalogum nobis indicavit Aem. Jacobs. — Valde similis huius codicis, paris etiam elegantiae, est codex anno 1883 in museum Britannicum inlatus, Stowe ms. n. 1016, de quo cf. E. Maunde Thompson *Catalogue of a selection from the Stowe manuscripts exhibited in the King's Library in the British Museum* (1883) p. 22 n. 18; *Catalogue of the Stowe manuscripts in the British Museum* I (1895) p. 660 n. 1016. Consensum utriusque codicis passim demonstrant notae Thompsonianae collato catalogo edito codicum Stowianorum, per aliquod spatium pagina paginae videtur respondere, ita tamen ut e. g. in codice musei Britannici inscriptiones urbis Romae perveniant usque ad f. 147, in codice Chatswort usque ad f. 145, Hispanae inscriptiones in illo occupent f. 241′—244, in hoc f. 242—245, titulus Africanus VIII 9988 in illo legatur f. 244′, in hoc f. 246. In fine praeterea codex musei Britannici codicem Chatsworth nescio quo additamento superet necesse est, cum ille sit foliorum 271, hic 259. H. D.]

(799 sq.) tituli diversorum locorum plerique primum a Iucundo descripti iam e codicibus Marciano et Cicognae noti sunt. Idem de longa serie Lugdunensi 819—865 valet, quae eodem ordine in codice Marciano exstat (App. n. 50—96). Item ex eodem codice noti sunt Ashb. 866—887 Nolani, Neapolitani, Tranenses, alii. Duos tamen codicis Marciani neglexit Ashburnhamianus, App. Marc. 7 = X 1332, 8 = X 1273, quorum utrumque Iucundus primus descripsit. Inde a 890—950 est pars Beheimiana, series Beneventana, Sarsinas, Capuana (cf. supra p. 217. 216). Sequuntur Pedemontana admixtis Hispanis 951—978 ex auctario nota, quam seriem plenam iam Mommsenus V p. 771 ex codice Cicognae proposuit. Codici Ashburnhamiano hoc loco deest auctarii codicis Cicognae n. 1 = II 761[1]), qui tamen iam Ashburnham. n. 806 exstat. Menda omnia locorum et, ut videtur, lectionum repetivit Ashburnhamianus.

Qui restant 979—997 in Civitate Castellana, Patavii, Praeneste, Comi, Capuae, Cremonae descripti omnes ex auctario (cod. Cicogn.) iam noti sunt. Sequuntur novicia quaedam (998—1000) addito titulo Forosemproniensi. Ultimo loco parva series Patavina addita est, cuius 1002—1006 anno 1502 in fundamentis veteris templi S. Iustinae reperti sunt, alios tres Iucundus ipse fortasse Patavii vidit, ut ultimum V 2873, quem ponit: *in villa Liviani in ecclesia agri Paduani,* sed quem iam multis annis ante Marcanova ipse ibi (i. e. in ecclesia S. Martini de Luviano territorii Paduani) invenit (cf. ad tit.).

Post codicem Ashburnhamianum, quem ipse librum secundum dicit, Iucundus etiam tertium librum inscriptionum composuit, quem locis his citavit:

ad Veron. n. 1378 = C.I.G. 2567. *Dupl. require in libro 3 fol. 17*
ad Veron. n. 1425 = XI 235. *Dupl. in libro 3 fol. 14*
ad Veron. n. 1466 = III 2277. *Dupl. in libro 3 fol. 21*
ad Veron. n. 1580 = V 7989. *Dupl. in libro 2 fol. 87 ibi melius. In libro 3 fol. 18*
ad Ashb. n. 72 = VI 24*. *Duplicatum in libro 3 fol. 43.*

Librum cuius paginae cum his locis accurate consentiunt, I. B. de Rossi et Chr. Huelsen invenerunt.[2]) Est codex Vaticanus 5326, Iucundi ipsius manu scriptus, ut me Huelsenus docuit. Continet 49 foliis titulos 395 (ultimi 5 a manu secunda additi) collectos sine dubio a Iucundo ipso, de quorum ordine fontibusque haec inveni.

Tituli sine certo ordine in hunc codicem recepti sunt. Est auctarium priorum syllogarum sumptum ex optimis fontibus, qui Iucundo cum priores codices scriberet, nondum innotuerunt. Codex a titulis Fanestribus et Ravennatibus et Lunensibus, quos suis locis tabulis adscripsi (p. 285, 279—281, 283), incipit. Sequitur series agri Mediolanensis et urbis Mediolani, 9—26, 200—210 (Tab., p. 265 seq.), series Brixiana 27—31 (p. 274), agri Veronensis, 32—36, et post quattuor Mutinenses 37—40 et unum Tudertinum 41, series ipsius urbis Veronae 42—125, quam e Cyriaco ipso venire supra p. 205 diximus. Etiam

[1]) non II 759 ut V p. 771 errore legitur (cf. II p. 93).

[2]) In ipso codice duobus, quantum scio, locis aliae paginae eiusdem citantur ad n. 240 = III 2217 *dupta in latere 3º f. 27* (= n. 255) et ad n. 245 *dupta in latere 2º* (legas: *3º*) *fol. 27* (= n. 247). Quibus locis De Rossius *Inscr. chr.* II 399 errore ad eam opinionem perductus erat, ut crederet Vaticanum 5326 ipsum non esse librum tertium.

n. 338—342, 357—368 redeunt Veronenses, partim e prioribus illis repetiti, partim ex auctoribus posterioribus sumpti ut 340 = V 3738, 341 = V 3590 e Sanuto, 342 = V 3360 *in vico prope episcopium* e Bononio. Restant 357 = V 3589 *apud ianuam sacelli Divi Rustici sub porticu*, 360 = V 3550 *in pariete cuiusdam fabri ferrari in campo Braidae*, 365 = V 3815, quos omnes Sarayna primus exhibet, quem Cyriaci schedas quasdam adhibuisse Mommsenus docuit.

Post paucos Vicentinos, 126—130 (Tab., p. 268. 269), sequitur series Patavina 131—157, 233, sumpta illa non ex auctore antiquiore, sed e Sanuto et Pingonio Iucundi fere aequalibus (cf. p. 235). Notandi videntur in his tituli Vat. 137 = XI 153, Vat. 146 = XI 235 duo Ravennates, qui inter annos 1508 et 1504 Patavium translati sunt et iam a Sanuto, cuius inscriptionum sylloga inter annos 1500—1510 scripta est, inter Patavinos exhibentur. Sequuntur sine ordine tituli Veneti, 158—161, Aquileienses, 162—165 (Tab., p. 263. 264), Polenses, 166—168 (ib. p. 262), Tragurinus 169 = III 2686[1]) sumptus aperte e Veneto Antiquo, quem sequitur 170: *Iaderae in cathedrali ecclesia, . . . f. Niger testamento S. S. sibi.* Hunc frustra in Corpore quaesivi.

Hos excipiunt sparsi tituli in Graecia reperti, 171—176. Post Salonitanum 177 *Titius Mcr. IIIIII Aug. se vi.*, quem frustra quaesivi, sequitur series Tergestina 178—187, 379—387, de qua supra p. 202 egimus. 188—211 est auctarium Italiae superioris, tituli fere omnes in codice Veronensi omissi, quos Iucundus postea apud Felicianum aut Cyriacum ipsum invenit.

Inde a 212 = III 2277 hoc auctarium continuatur interpositis tamen et Dalmaticis titulis. 213—215 sunt Tridentini V 5038. 5028. 5036, quos a Ferrarino habere videtur

216 = V 4142, qui plenus praeterea in solo codice Tarvisino Cyriaci legitur (ex ipso Iucundo Vat. Malvasia inscr. Fels. p. 328)

217 = V 5113

218 = V 2035 *in valle Belluni in plebe dicta Longuron sive Lavazo in ecclesia S. Helenae in stipite altaris*

219 *Fulginii supra portam unius ecclesiae: dis man. Laberiae Daphnidis*, quem alibi non inveni.

222 est Urbinas XI 6060 Cyriacanus, 223 = XI 6062 in codice Rediano et Ferrarino primum exstat.

Inde a 234 rursus incipiunt Dalmatici (interpositis tamen Transpadanis duobus 236 = V 5096. 237 = V 1260 et compluribus noviciis 239, cf. VI 1* f, 251 = VI 3424*, 254 = VI 3423*)[2]). Lemmata plerumque omittuntur. Apparet Dalmaticos hos petitos esse ex eodem auctore, quem Mommsenus Antiquum Lucii appellavit (III p. 273,v cf. XI p. 3,x), adhibitum quoque a Marcanova (Vat. 235 = III 2584, 238 = III 2386, 240. 253 = III 2217, 241. 248 = III 2456, 242 = III 2576, 243 = III 2204, 244 = III 1942, 256 = III 2594). Adsunt praeterea quattuor ex septem titulis, quos Antiquus Lucii Salonitanis adnectit, quorum partem Iucundus iam in codice Veronensi (Ver. 1468 = XI 160, Ver. 1799 = XI 21, Ver. 1801 = XI 136, Ver. 1803 = XI 133), duos XI 184. 223 (Vat. 234. 273)

---

[1]) Ad hunc titulum errore legitur in verbis praemissis „*ibidem* praecedente n. 2926 *Red.*“. Est enim n. 2922, qui praecedit apud Redianum.

[2]) Hos duos ex codice Vaticano edidit Malvasia. Ceterum alterius (VI 3424*) initium fortasse genuinum est (*Varius Opelenticus* cod. Vat.).

nunc primum Ravennae tribuit, unum XI 217 (Vat. 257) etiam in codice Vaticano sine loco exhibet.[1]) Etiam alio indicio Iucundus cum codice Vaticano 7019 Lucii consentit, quod parva haec sylloga coniuncta legitur cum titulis Ariminensibus (Vat. 259—271; cf. Tab., p. 281. 282). Num etiam tituli nonnulli, quibus Iucundus hoc loco Marcanovam superat, ex Antiquo veniant, in incerto relinquo, cum eos alibi non invenerim.[2]) Auctor autem ipse quis fuerit, nescio. Primum de Cyriaco ipso cogitaveram, quo lemma: *apud Indos* ad XI 333 servatum (cf. de Rossi *Inscr. chr.* II 394 fin.) dignum esset. Ad eundem ducere videtur tit. Vat. 258 (III 2175) in fine seriei, qui e Cyriaci epigrammatibus editis (n. 159) ad solos Iucundum et Lilium pervenit. Hanc autem coniecturam reiciendam esse, tituli III 2217. 2686 a Cyriaco et Antiquo Lucii lectionibus diversis servati demonstrant.

Post seriem Antiqui Lucii coniunctam cum Ariminensibus et Veronenses quosdam (279—284) positi sunt septem urbani, ex quibus tres supra (p. 193, cf. p. 257) commemoravi (praeterea 285. 286. 288. 291 = VI 1035. VI 1* h. VI 1* l. Kaibel 1068, cf. supra p. 195). Novum auctarium Dalmaticorum (292—299, 331—337) excipiunt variorum locorum hi:

301 = IX 90* *Trani in porta versus Bifoli* notus e Ferrarino,
303 = XI 6639 Forolivii in abbatia S. Rapholli, e Marcanova notus,
305. 306 = XI 6123 *in agro Forosemproniensi* repertus a. 1506 (cod. Magliab. 28, 34),
307. 308 = XI 6117 ex Accursio primo notus,
309 = IX 5826 *ante domum Jacobi de Trivultio, qui traduxit ex Auximo* (sc. a. 1487),
310 = IX 5823.

311—330 series Augustana excepto uno a Iucundo omisso III 5809 eadem est, quam Peutingerus in editione prima inscriptionum August. 1505 publici iuris fecit. Etiam hic igitur videmus codicem Vaticanum post hunc annum a Iucundo sene confectum esse.

E ceteris nomino:

343—355 *in Gallia Nemauso.* Sunt tituli XII 3996. 3276. 3377. 3711. 3226. 3977. 3214. 3644. 4027. 3598. 3236. 3786, quos omnes Iucundus primus Nemausi descripsisse videtur, post eum Accursius, qui ad titulos primus citatur auctor.

[1]) Vere Dalmaticos esse hos titulos, postquam unius ex iis fragmentum nuper etiamtum apud Salonas extitisse observavit Kubitschek, iam constat (cf. C. I. L. III p. 14239 et p. 2326 ad n. 9620); errore igitur eos Ravennae collocavit Iucundus.

[2]) Partem eorum ficticiam vel certe interpolatam esse apparet. Sunt autem hi: Vat. 245 = 247 (f. 26. 26'): *d. m. C. Formiae sacer. Vestali virgini annonissimae P. S. et Aulus Aristius aeditui Vest. b. m. viv. et vol. f. f.* — 246: *pro leg. et cond. V. A. Caesar divi Augusti pronepos imp. pont. max. trib. pot. p. p. XI cos. IIII viam hanc lege tueri muniri ac construi mandat ab Salon.* cet. — 249: *d. m. C. Callenae Philenaes Sobiae matri pientissimae posuit Actius Anxurinus filius obsequentissimus.* — 250: *d. m. Aennio Fortunato Aennia Fortunata soror v. f. f. s. d. m. Fortunator.* — 252: *C. l. Calistrato P. Prosciana coniugi b. m. f.* — 255: *d. m. Aulo Fortunio carissimo infantis* (sic) *nato parentes pientissimi d. d.* (Exscripsit haec nobis e codice Vaticano v. d. Pius Franchi dei Cavalieri.)

372 *Magontiae* = XIII 6764, quem habet etiam Pighius in schedis unde edidit Zangemeister *Westdeutsche Zeitschrift* 1892 p. 289.
373 *prope Augustam* = III 5878 (iam cf. III p. 2328[201]).
374 = XIII 6212 *Vormatiae*,
375 = XIII 6213 "
376 *Treveris. Trever Iovi Vindici Treverorum*, (cf. Brambach 84*, iam C. I. L. XIII 407* et XIII 1 p. 588).
377 *in monte supra Treverim. Cae. Roma exer. imp. p. p.* (Brambach fals. n. 52, iam C. I. L. XIII 408*.)
378 *apud pontem Mosellae. Caes. Aug. Iunianus* (Brambach 804, iam XIII 3695).

Iucundus igitur post reditum e Gallia, quem ante annum 1506 factum esse constat[1]), studia epigraphica non neglexit, verum titulos noviter repertos in locis imprimis Italiae superioris schedis suis adiecit, fontes, quos antea adierat, plenius excerpsit neque tamen hoc auctarium in libri formam redegit. Codicem autem Vaticanum, qui adhuc latuerat, iam Muratorius adhibuit, qui fontem suum Iucundo nominatim adscribit. Titulum enim V 3823 (= Iuc. Vat. n. 80) proponit *ex schedis fratris Iucundi*, quem editor tamen in Iucundi codicibus tum notis reperire non poterat. Eadem res est in tit. III 1842 (= Iuc. Vat. n. 176) = Murat. 1130, 3 *ex schedis suis et fratris Iucundi*. Eundem fontem Muratorius prodit, cum titulum 113 = V 3557 falso ponat *Romaniani*, qui locus in Iucundi codice Vaticano ad praecedentem nominatur, et tit. 118. 119 = V 3845. 3774 *in castellario Lacuselli* (e schedis Iac. Valerii), cum apud Iucundum praecedat 117 = V 4040 *in oppido Castellarii Laguselli*. Eundem codicem iam ante Muratorium adiit Malvasia, qui ex eo protulit titulos Tergestinum Iulii Severi et Parentinum P. Gavii Secundini (cf. supra p. 202), item V 4142 (Iuc. Vat. n. 216 cf. supra p. 243), item falsos duos VI 3423*. 3424* (cf. item p. 243).

[1]) In libello enim supra memorato *La diversione de fiume Brenta* scripto anno 1506 ipse se appellat *vecchio* et habitabat Venetiis.

TABULAE.

Numeris continuis codices hos numeravi: codicem Parmensem (P.) inde a fol. 70, Angelicanum (A.) a fol. 22 v (praecedunt f. 1—21 tituli Poggiani et Signoriliani), Bernensem (B.) et Mutinensem (M.) Marcanovae, Traiectinum et Parisinum Ferrarini, Redianum, codices Iucundi excepto codice Cicognae In Feliciani codicibus seriem Romanam (Rom., R.) et reliquas series maiores separatim numerare aptius visum est.

Rossi = Inscriptiones Christianae ed. I. B. De Rossi.

Kaibel = Inscriptiones Graecae Siciliae et Italiae ed. G. Kaibel.

SYLLOGA SIGNORILIANA.

	Sign.	Cyr.	Marcanova		Felicianus		Ferrarinus		Red.	Iucundus	
		Parm.	Bern.	Mut.	Marc.	Ver.	Tr.	Par.		Ver.	Magl.
VI 878	1	39	31=100=138=163	31=96=126=144	86	71	627	750	30	—	—
VI 945	2	47	25=71=99=125	25=67=95=	—	—	—	—	28	454	584
VI 1033	3	—	27=35	27	78	63	619	742	13	—	—
VI 1035	4	—	36	34	—	—	—	—	14	—	—
VI 1139	5	46	26=37	26	104/105	86/87	643	762	15/16	—	—
VI 1106	6	51	33	33	87	72	628	752	31	451	582
VI 1385	7	—	24=34	24	85	70	626	751	—	440	1367
VI 1256	8	—	1	1	{107 19	91 142}	560	684	8	—	—
VI 1257	9	—	2	2	62	47	—	725a	9	—	—
VI 1258	10	—	3	3	61	46	603	725	10	—	—
VI 1259	11	—	5	{5 6	—	176	—	—	11	—	—
VI 1246	12	—	6	7	63	48	604	726	12	80	—
VI 1244	13	—	4=8=59	4=55	—	—	—	—	18	435	—
VI 1252	14	—	7	8	108	92	646	767	19	—	—
VI 1188	16	101	19	19	16	16	557	682	20	438	575
VI 1240a	17	—	—	—	112	96	650	779	21	437	—
VI 937	18	35	77	73	68	54	610	730	103	122	302
VI 1034	19	—	20=54	20=50	113	97	651	780	22	441	577
VI 1148 VI 1149 VI 1150 }	20	—	135	64	114	98	652	781	23	—	—
VI 896 {	21	—	94=136	90	65	50	606	732	24	—	—
	22	—	28=39	28	80	65	621	747	25	—	—
VI 1005	23	87	95=137=146	91	81	66	622	745	26	—	—
VI 953	24	102	29=96	29=51	82	67	623	746	27	443	1368
VI 10194	25	103	97	93	83	68	624	748	81	—	—
VI 1663	26	104	70=98=153	57=61	84	69	625	749	82	436	574

	Sign.	Cyr.	Marcanova		Felicianus		Ferrarinus		Red.	Iucundus		
		Parm.	Bern.	Mut.	Marc.	Ver.	Tr.	Par.		Ver.	Magl.	
VI 1305[a]	27	48	32=88 =139	32	—	—	629	753	83	456—8 (VI 1305[a], VI 1305[d])	586 (VI 1305[a], VI 1305[d])	
VI 1305[d]	28	49	32	32	90	74	630	754	84			
VI 1175	29	—	17	18	56	42	98	721	32	—	—	
Rossi II 321, 1[a]	30	106	18	301	106	88	644	778	85	299, 459	587	
VI 1199[b]	31	—	16	17=350	91	75	631	755	88	—	—	
VI 960	32	50	30	30	55	41	597	720	33, 163	—	—	
VI 984	33	42	81	77	119	103	656	773	34	445	1370	
VI 986	34	43	82	78	120	104	657	783	35	446	1371	
VI 992	35	—	83, 113	79, 108	121	105, 178	658	784	36	447	578	
VI 991	36	—	84, 114	80	122	106	659	785	37	448	579	
VI 985	37	—	85, 115	81	123	107	660	786	38	449	1372	
XI 1828	38	—	274	—	—	—	499	613	952	546	1462	Arretii
XI 1831	39	—	275	—	—	—	500	617	951	545	1461	„
XI 3201	40	—	331	1245	f. 70′	f.108	518	632	1220	1392	900	Nepete
XI 3210	41	257	332	1247	f. 70′	f.108	519	633	1221	1391	899	„
XI 3206	42	258	333	1246	—	f.108	—	661	1222	1393	901	„
VI 719[1]	43	—	102	98	73	58	614	736	—	—	—	
VI 882	44/45	—	116	109	1/2	1/2	543/4	665	39	450	581	
VI 885	46	—	117	110	124	108	661	787	41	—	—	
VI 887	47	—	118	111	48	34	589	712	42	—	—	
VI 886	48	—	119	112	47	33	588	711	86	—	—	
VI 914	49	—	140	128	115/6	99/100, 180	653	—	212	427	569	
VI 1374	50	83	23	23	59	45	601	723	447/8	439	576	
VI 1319	51	259	—	—	131	114	667	809	—	—	—	
VI 3541	52	—	121	113	158	129	—		87	444	1369	
VI 895	53	260	74, 124	70	70	55	611	733	89	482	605	
VI 1274	54	261	125	115	71	56	612	734	90	—	—	
VI 10038	55	88	75	71	72	57	613	735	91	—	—	
VI 16120	56	—	126	116	159	179	—	—	92	464	1376	
VI 1539	57	108	141	235. 277	66	51	607	727	93	—	—	
VI 1*l	58	109	122. 127 147	114	74	59	615	737	94	—	—	
VI 27587	59	—	128	118. 234 278	75	60	616	738	95	455	585	
VI 728	60	110	177	156	76	61	617	739	96	465	1377	
VI 884	61	111	142	130	126	110	663	788	43	—	—	
IX 4967[2]	62	112	129	119	—	181	—	—	69	1339	896	Farae[2]
	63—69[3]											
VI 930	70	—	13	14	130	187	666	808	1	—	—	
	71—76[3]											
VI 1314	77	—	144	131	94	78	632	757	166	463	1375	
VI 1343	79	—	92	88	92/93	76/77	633	756, 895	65, 71	426, 626	568	
IX 5894	81. 82	251	302	858	f. 106	f. 68 Rom. 160	503	615	1043/4	631	—	Anconae

[1]) Cf. supra p. 195.

[2]) ad hunc adnotavit Fabrett. *apud Argos in campis*, quia apud Iucundum Ver. 1339, quem adiit, sequitur III 531.

[3]) 63—69. 71—76 tituli Graeci (Kaibel 1264. 1085. 714) et medii aevi; cf. Henzen CIL. VI 1 p. XXV. XXVI, de Rossi inscr. Christ. II p. 322—328; item supra p. 207.

SYLLOGA POGGIANA.

	Pogg.	Cyr.	Marcanova		Felicianus		Ferrarinus		Red.	Iucundus	
		Parm.	Bern.	Mut.	Marc.	Ver.	Tr.	Par.		Ver.	Magl.
VI 1199a b {	1*	100	16	17	—	133	—	—	165	425	567
	2*							930			
VI 973	3*	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Rossi II 20, 6	1	—	234	347	—	—	—	—	—	—	—
VI 1196	2	202	41	37	—	—	—	—	—	1279	767
VI 1728a	3	202a	53	49	—	—	—	843	—	1276	1435
Rossi II 21, 10	4	—	235	348	—	—	—	—	—	—	—
„ II 21, 11	5/6	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
VI 1660	7	203	—	—	—	—	—	—	—	—	—
VI 967	8	99	55	51	—	—	—	—	167	1275	764
VI 1184	9	—	42	38	—	—	—	—	—	1277	765
VI 1130	10	—	43	39	—	—	—	875	—	1278	766
VI 1178	11	203a	56	52	—	—	—	—	—	—	—
VI 1402	12	203b	91	87	—	—	—	—	—	—	—
Rossi II 24, 25	13	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
VI 1177	14	203c	—	—	—	—	—	873	—	1280	768
Rossi II 24, 27	15	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
„ II 156, 5	16	Vat. 2967 f. 60	105[1]	353	—	—	—	—	—	—	—
VI 1270	17	{193 {204	44	40	—	—	—	—	—	{1251 {1260	1420
VI 944	18	205	45	41	18	18	559	—	—	1790	1363
VI 1032a	19	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
VI 14313	20	206	106	101	149	173	685	805	—	—	—
Rossi II 25, 34	21	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
VI 1141	22	207	46	42	—	—	—	—	—	1262	1425
VI 937—9	23/5	} 208	47	43	—	—	—	880/1	—	1263	1426
VI 1014	26									1264	1427
VI 472	27	209	130	120	—	—	—	877	—	1265	1428
VI 1708	28	210	131	121	—	—	—	669	—	1266	1429
VI 562	29	211	132	122	—	—	—	886	—	1267	1430
STITVIT ////////////////////////////////// IN
SCRIPTA //////////////////////////////// TO
STATVAM ////////////////////////////////// NT
CVR L TITEDIO L F FAB PROCV *lin* O
PATRE ET L TITEDIO L F FAB PROCVLO
FRATRE · L · D · D · D

in latere dextro:

K · IVNIS
DEXTRO · II · C
TRASEA PRISC
MNESTHERAE
SYNCHAERONT
IIII · VIR

Summa cura contulit Walter Dennison, idem ectypa misit; lapidem ipse vidi. Edidit primus Tomassetti *bull. comunale* 1899 p. 289. 290, *notizie degli scavi* 1900 p. 51; deinde Ashby *papers of the British school at Rome* I 1902 p. 258; denuo, a se ipso recognitam, Dennison *American journal of archaeology* 1909 p. 125 seq.

Lapis bis scriptus est; ex priore scriptura, praeter pauca vestigia v. 1 et v. 7 (cf. infra), supersunt vv. 8—13, item inscriptio lateris; priore scriptura erasa, in partem basis superiorem intrusus est titulus Maximiani (vv. 1—7); deinde hic quoque abrasus est.

V. 1 in. ex scriptura priore superest initio L, et post IMP pars litterae M, v. 7 in. RP.

5. 6 videtur legendum esse *ordo Labican(orum) Q(uintanensium).* Eos igitur eo loco, ubi hic titulus repertus est, forum suum habuisse iam constat. Vetus oppidum Labicorum potest ibi fuisse ubi est Monte Compatri.

9. 10 *[aere colla]to statuam [ponendam censueru]nt.* — Inscriptio lateris ita videtur esse legenda: *k(alendis) Iunis*, *Dextro II*, *Trasea Prisc[o] c[os.]* (hoc vocabulum sane post prioris consulis nomen collocatum) — id est anno p. Chr. 196 —; *Mnestherae, Synchaeront[e] IIII vir(is).* (An vv. 2—5 ante nomina quae supersunt umquam aliquid scriptum fuerit, plane incertum est.)

Nomina quattuorvirorum mira (Συγχαίρων tamen aliquis reperitur Inscr. Graec. XIV 1473); pro *Mnestherae* scribi debuit *Mnestere.* In mentem venit superesse haec ex acclamatione quadam Graeca Latinis litteris scripta (μνησθῃ ..., συγχαιροντ ...), sed ea coniectura videtur abicienda esse.

---

723 fragmentum lapidis Tiburtini altum m. 0.55 latum m. 0.70 litteris altis m. 0.22. Rep. inter *Frascati* et *La Colonna, mentre si sistemava la moderna via nel punto che fronteggia la vigna di Imperatrice Saltarelli* prope rudera mausolei formae rotundae (cf. etiam Ashby *papers of the British school at Rome* I p. 257). Iam Frascati in museo.



Tomassetti *bull. comunale* 1899 p. 288, *notizie degli scavi* 1900 p. 50.
1 *[ex testame]nto a[rbitratu]* proposuit editor.

723a in silice inscriptum, litteris cm. 6, via Labicana, ad XIV fere miliarium, non multum a statione viae ferratae 'Monte Compatri-Colonna'.



Ashby *papers of the British school at Rome* I 1902 p. 255.

---

724 urna cineraria marmorea. Monte Compatri supra portam domus *via del Mercato n. 53.*

D · M
MACROTHYMIAE

Descriptam a Stevensonio mense Aug. 1890 edidit Th. Ashby *papers of the British school at Rome* I p. 262.
2 Μακροθυμίας nomen fortasse alibi nondum repertum, ductum a μακρόθυμος.

---

725 cippus, rep. *a Colle Mattia presso la stazione Monte Compatri-Colonna dalla ferrovia Roma-Napoli, poco oltre il miglio XIV della via Labicana antica.*

///ERNIVS PHILEROS
///CINIA P*hi*LEROTIS FECIT
SIBI ET VIRO SVO

F. Grossi-Gondi *bull. comunale* 1902 p. 323.
1 in. fortasse *[Caes]ernius.*

726 rep. a. 1899 sub Monte Compatri.

m POMPEI·M·F·C*ol asp*R*i*
VIXIT·ANN·IV·MENSIB·VI·DIEB·XI
FILIORVM
M·POMPEI·ATIMETI·ET
CINCIAE·SATVRNINAE

Tomassetti *archivio della soc. rom. di storia patria* 28, 1905 p. 117 not.

Initio fractam dedi coniectura; item v. 1 coniectura correxi id quod traditur: POMPEI·M·F·C////DR////, propter Corp. n. 2523.

M. Pompeius Atimetus, maritus Cinciae Saturninae, non diversus ab Atimeto M. Pompeii Aspri liberto, Cinciae Saturninae marito, qui patrono et suis posuit titulum notissimum Corp. n. 2523. Apparet hunc quoque titulum ad idem monumentum pertinuisse. Titulus Corp. n. 2523, primum descriptus in coenobio Cryptoferratensi, potest eo allatus esse ex vicinia Montis Compatri.

---

727 tabula lapidis Tiburtini, Colonna in horto ducis, inter lapides ex urbe Roma oriundos, fortasse et ipsa urbana.

S E N T I A
SATVRNINI
CN·L·SOTERIS
P·V·POST·AGROS
/////////POST AGROS

Tomassetti *archivio della soc. rom. di storia patria* 26, 1903 p. 183; descriptam mihi misit Raph. V. D. Magoffin Americanus.

V. 2 scriptum esse litteris multo minoribus (cm. 4) quam v. 1 (cm. 8) et v. 3 (cm. 7) cum testetur Magoffin, eum postea additum esse crediderim. — 3 fin. SOTERIS Magoff., SOTER Tomass. — 4 in. sic Tomass., TVTOST Magoff. — 5 sic Tomass., sed ipse dubitans, OECIA·/// (fortasse CEI vel CL·T) OST // (AP vel AD) HOS Magoff.

1—3 patronus huius Soteridis, Cn. Sentius Saturninus, aut is est qui fuit consul a. p. Chr. 4, aut is qui anno 41 (cf. Prosopogr. imp. Rom III p. 200 n. 295. 296). — Vv. 4. 5 nondum expediti.

---

728 cippus *(termine semicilindrico)* ex lapide Tiburtino rep. in territorio oppidi Colonna, *contrada 'Pasolina', in seguito di lavori di sterro per la costruzione della linea ferroviaria Roma-Segni.*

IN FRONTE P/////////////
IN AGRO /////////////////
P XXVII

Marchetti *notizie degli scavi* 1892 p. 24.

729 tubula magna marmorea in fundo E. Ciuffa *detto de' Mattei, od anche Collicola, a levante [ponente?] del paese di Colonna.*

ÆCIX

Tomassetti *notizie degli scavi* 1890 p. 89.
Notam marmorarii esse editor significavit.

GABII (Pantano-Castiglione). Corp. XIV p. 278. 493.

ad C. n. 2796. Est Vesontione in museo, *collection de M. Paris,* ubi descripsit O. Hirschfeld (cf. Eph. ep. 4, 781). — 3 fin. vere in lapide est TROIA|*no*. Idem error etiam alibi non raro invenitur; cf. Corp. III p. 2570 (ind.); XIV 3626; et potissimum Dressel Corp. XV p. 95 ad n. 313.

ad C. n. 2797. Extat *Casale di Pantano,* in opera positus, lapis altus m. 0.73, crassus cm. 31, litteris v. 1—3 cm. $4^1/_2$, v. 4 cm. $6^1/_2$: Th. Ashby *papers of the British school at Rome* III 1906 p. 205, qui ait v. 1 ante TRA litteram N errore incisam et postea erasam esse, praeterea inscriptionem recte editam esse.

ad C. n. 2812. A. 1893 auctione partis antiquitatum Borghesianarum facta nescio quo ablata est: *catalogue des collections du pavillon de l'horloge* (Romae 1893. 4°) p. 3 n. 14.

ad C. n. 2819 et add. p. 493. Accedit fistula rep. *nella tenuta di Pantano,* quam Frascati apud Panizzam vidit Tomassetti *bull. comunale* 1892 p. 360 n. 11 (edid. etiam Lugari *cronachetta Armellini* 1891 p. 179): T·STATILI FELICIO FEC (palma). — Dressel, qui vidit exemplum Romae in repositis municipalibus adservatum, Corp. XV 7868.

---

730 tabula marmorea, prope *Osteria dell' Osa* (cf. C. n. 2789), in sepulcro aetatis posterioris adhibita.

·D· ❦ ·M·
VERVS SACERDOS
LIBERI PATRIS·ITEM·SOLIS IN
VICTI·DOMVM AETERNAM·
BAEBIAE·BERAE MATRI·ET·BAEBIAE
TROFIMENI SORORI·ET·PACCIAE SAL
SAL·VISTIAE CONIVGI·SEVIVO SVIS
ET POSTERISQVE AEORVM·FECIT·

Lanciani *bull. comunale* 1899 p. 41 acceptam a Th. Ashby; is deinde ipse edidit *papers of the British school at Rome* I 1902 p. 180.
6. 7 intellege *Sallustiae* (SAL errore bis positum).

731 fragmentum marmoreum altum m. 0.12, latum m. 0.09, crassum cm. 1,6 litteris cm. 1½. Gabiis rep. in ruderibus ecclesiae S. Primitivi.

IDI
? *pl* OTIV *s*
a ELIV *s*
u OLVS *ius*
a VRE/ *ius*

Th. Ashby *papers of the British school at Rome* III 1906 p. 205; J. C. Egbert *supplementary papers of the American school of class. studies in Rome* II 1908 p. 273 cum imagine p. 274.

Sic Egbert; Ashby v. 1 om., item om. 5 fin. litteram L. — 1 inter primam litteram, omnino incertam, et IDI esse spatium vacuum indicat Egbert. In parte aversa extare M ait Egbert.

An fragmentum pertineat ad eandem tabulam fastorum consularium ad quam Corp. n. 2801. 4233, incertum; in fastis consularibus locum ei aptum nullum inveni.

---

732 fistulae plumbeae *a* rep. *tenuta di Pantano; b* fuit Frascati apud Alexandrum Fausti antiquarium, iam Romae in repositis municipalibus.

ATRIAE MOSCHARVS C F/

a Tomassetti *bull. comunale* 1892 p. 360 n. 12. Corp. XV 7831.
b Descripsit Dressel. Lanciani *bull. comunale* 1886 p. 103 n. 1157, titulum bis exhibens, alterum infra alterum positum. Corp. XV l. c.

Atriae Moscharûs c(larissimae) f(eminae). Μοσχαροῦς nomen (nom. Μοσχαρώ) alibi quantum scio nondum repertum; Μοσχάριον quaedam est Corp. VI 35633.

---

733 (= Corp. n. 2820) lapis Tiburtinus altus m. 0.60, latum m. 0.93. Gabiis *at the tower of Castiglione (serve per salire a cavallo* TOMASS.).

s EX·CLOVLIVS·P·F
FAL·V·A·LXXXXV
fu LVIA·CLOVLI·V·A

Nuper descripsit Th. Ashby *papers of the British school at Rome* I p. 194. Memorat etiam Tomassetti *archivio della soc. rom. di stor. patr.* 29, 1906 p. 73. Habent Amati et Sarti in schedis, cf. Corp. l. c.

1 in. partem E litterae solus habet Ashby. — 3 CLVIA Am., LVIA tam Sarti quam Ashby, hic supplens sic ut supra, recte puto. — 3 fin. numerum annorum non expletum fuisse in lapide iam apparet.

734 fragmentum tofaceum. Gabiis in macerie quadam prope templum Junonis.

ıDE

Ex schedis Stevensonii (f. 7) edidit Th. Ashby *papers* l. c. p. 197.
Ante DE fuit aut N aut A.

Inter Labicos Praeneste Gabios. Corp. XIV p. 285. 494.

n. 2829. V. 1 esse DMS (ut habet Cardinali) ait Tomassetti *archivio della soc. rom. di storia patria* 27, 1904 p. 463.

n. 2831. Exhibet etiam Fr. Ficoroni *osservazioni sopra le antichità di Roma descritte nel diario italico del Montfaucon* (1709) p. 62, qui ait se adfuisse a. 1692 cum effoderetur ad viam Latinam XVI mil. a Roma, seque dedisse marchioni Camillo Massimo.

n. 2841. Edidit etiam Cozza-Luzzi, cui Gallicani monstravit Pinci parochus et ectypum dedit, *giornale arcadico* ser. III vol. 5, 1900 p. 329 (v. 8 in. *d*IBVISTI, 8. 9 FAC*i*|AT); '*trov. giacente in fondo al campanile della chiesa*' Cozza-Luzzi.

n. 2842. Edidit etiam Tomassetti *archivio della soc. rom. di storia patria* 29, 1906 p. 75. De titulo 'Allii Timoleni' (rectius Aelii Timoxeni), quem memorat idem l. c., cf. Corp. XIV 288,1*.

Errore, de quo moneo ne latius serpat, Tomassettius *archivio della soc. rom. di storia patria* 29, 1906 p. 289 not. inscriptionem editam a Garruccio syll. inscr. Lat. aevi rei publ. n. 553 tribuit territorio oppidi Gallicani: Garruccius l. c. verba facit de inscriptione quadam Graeca ab ipso edita in libro *i piombi antichi* p. 59, iam repetita a Kaibelio Inscr. graec. XIV 954. Ceterum ne hanc quidem Graecam inscriptionem Garruccius, cum eam ederet, territorio Gallicani tribuit, sed repertam eam dicit *presso Gavignano (*non *Gallicano);* praeterea si re vera inscriptio ea intra fines veteris Latii reperta est, nihilo minus a Latio plane aliena est, pertinens scilicet ad vetus Agrigentum.

---

735 cippus marmoreus rep. *nella tenuta di Passerano, territorio di Gallicano.*

aquila

DIS · MANIBVS
C · ATTIO · C · LIB · BLASTO
LICT · III · DECVR
fasces QVI · IMP · ET · COS · ET · PR fasces
5 APPARVIT · ET
ATTIAE · FAVSTILLAE
PARENTIBVS · PIISSIMIS
C · ATTIVS
PLOCAMIANVS

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 131 ad ectypum acceptum ab Aemilio Cicerchia.

3 *lict(ori) trium decur(iarum), qui imp(eratori) et co(n)s(ulibus) et pr(aetoribus) apparuit.* Cf. Mommsen *Staatsr.* I[3] p. 344.

---

736 Passerano, *sotto il davanzale di una fenestra (della fortezza).*

····NIOR · AVGVR

Tomassetti *archivio della società rom. di storia patria* 29, 1906 p. 82.

---

737 cippus a dextra viae Praenestinae, inter Gallicano et Zagarolo, loco dicto *Colle del Pero*, XIX fere mil. pass. ab urbe, portae cuidam immissus.

C IVLIO C F PAL
SEVERO VIXIT
ANNIS XXVIII ET
C IVLIO·AVG LIB·
CRESCENTI CLARANO
PATRI IN FRO P L
IN AGR P LXV

Th. Ashby *papers of the British school at Rome* I 1902 p. 207.

5 fin. de lectione sua dubitat Ashby (fortasse sine causa).

---

738 tabula marmorea rep. *nella tenuta di Passerano, territorio di Gallicano.*

ANNIVS · PACCIVS · CALLISTHENE*s*
sibi ET ·
AN · PACC*io* GENNAEO
PACCIA*e se*X · L · NAIDI ·
ANNIO · PACC*io an*N · L · ARISTAEN*eto*

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 131 ad ectypum acceptum ab Aemilio Cicerchia.

In eodem sepulcro sine dubio stetit titulus saec. XVII sine certa originis nota prolatus, nunc in museo Vaticano adservatus, Corp. VI 11745 (= Inscr. sel. 7997): *d. m. reliqui(i)s Anni Pacci Aristaeneti* (cf. ibid. VI 23654).

1. 3. 5 *Annius* hic iusti praenominis Romani locum occupat. Notus est Cn. Flavius Anni filius ex scriba aedilis curulis (Gell. 7, 9, cet.); cf. praeterea quae congessit W. Schulze *lat. Eigennamen* p. 519 not. 1.

PRAENESTE (Palestrina). Corp. XIV p. 288. 494. Eph. 7 p. 379.

ad p. 291, IV. De sylloge Praenestina Iucundi iam cf. Ziebarth supra p. 234. 316.

n. 2849. 2851 aliasque nonnullas (n. 2872. 2886. 2889. 2921. 2930. 2946. 2978. 3002. 3336. 3344), a me vel a Rossio variis locis Praenestinae urbis visas, iam extare Praeneste in curia ait Magoffin *American journal of archaeology* 1910 p. 57. 58.

n. 2852. Legitur etiam, ut iam notavi in indice auctorum Corporis, in Iucundi codice Ashburnhamiano f. 117 (versus finem, multo post reliquas inscriptiones Latii; cf. Ziebarth supra p. 329).

n. 2860. Nuper denuo prodiit, extat in cavaedio musei, columella dimidia.

n. 2863. Imaginem exhibet etiam Froehner *collection Auguste Dutuit* (Paris. 1897) tab. 74 cf. p. 43 n. 77.

n. 2864. Romae apud antiquarium *via Montanara* vidit Th. Ashby a. 1907.

n. 2867. Cura Marucchii empta in museum Vaticanum, ubi extat *galleria lapidaria:* Marucchi *bull. comunale* 1904 p. 252 not. 2; idem imaginem exhibet *bull. comunale* 1907 p. 295 cf. p. 310.

n. 2876. Berolini in museo, cf. *Jahrb. des archaeol. Instituts* 1903 *Beibl.* p. 40.

n. 2888. Denuo prodiit anno 1896, ad aream quae extenditur retro basilicam S. Agapiti, operi ut videtur immissa (*'per sostegno di una piccola cordonata'*), extat in museo. Cf. Borsari *notizie degli scavi* 1896 p. 48.

n. 2890. Vidi Praeneste in museo (cf. Magoffin *Americ. journal* 1910 p. 58). — 1 in. |:, 1 fin. fortasse SEX|N vel SER|N (N in latere dextro, quam notaverunt etiam priorum aliqui, certa est).

n. 2899. Imaginem arae dedit W. Altmann *die röm. Grabaltäre der Kaiserzeit* p. 62 fig. 54 cf. p. 61 n. 2.

n. 2905. Iam Berolini in museo (reposit.). Watzinger *Jahrb. des archaeol. Inst.* 1903 *Beibl.* p. 40. — V. 4 in lapide est AQVILI (ut edid. Cicerchia).

n. 2907. Nuper prodiit eodem loco quo n. 2888. Borsari *notizie degli scavi* 1896 p. 49. In fronte cippi cerni figuras duas sustinentes sertum, suspensum inter dua columnarum capitula Copiae cornibus adornata, ait Magoffin *Americ. journal of archaeology* 1910 p. 58.

n. 2914. Pars intuenti dextra (v. 1 |N·CL, v. 2 |IANO cet.) nuper prodiit in ecclesia S. Francisci, ubi adhibita fuerat sepulcro recenti, et translata est in aedes municipales: Marucchi *bull. comunale* 1904 p. 249.

n. 2925. Iam mihi videor minus recte hanc Praenestinis inseruisse; cf. supra p. 424.

n. 2935. Nunc Berolini in museo. Imago edita est *Jahrb. des archaeol. Instituts* 1903 *Beibl.* p. 40.

n. 2958. Eandem inscriptionem multo ante Cecconium exhibent Grut. 565,8, missam a Gutenstenio ex schedis Ursini, et fragmentum codicis saec. XVI exeuntis, quod extat in schedis Marinii Vaticanis (cod. Vat. 9119): Romae collocat Gruter, quod potest tribui errori vel neglegentiae Gutenstenii, 'prope abbatiam Ferentilli' (i. e. *Badia di S. Pietro in Ferentillo* prope Spoletium)

codex saec. XVI (inde iam Corp. XI n. 4995); haec indicatio vix ficticia, sed potius vera, videturque Cecconius hanc inscriptionem, quam novit sine dubio ex Grutero (exemplum idem est, aliquanto diversum exemplum codicis Vaticani, cf. Corp. XI l. c.), nescio quo errore agro Praenestino tribuisse.

n. 2975. Imaginem ed. R. Delbrück *hellenistische Bauten in Latium* I 1907 p. 57 cf. p. 58.

n. 2992. Iam Romae in museo thermarum (ubi vidi a. 1905 in repositis.)

n. 2997. In hortis Barberiniis servari ait Magoffin *Americ. journal* 1910 p. 58.

n. 3010. Narrat Marucchi *giornale arcadico* ser. III vol. 2 (1898) p. 81 (cf. etiam *bull. di arch. crist.* 1898 p. 44) partem quae extat in aedibus Petrini a se emptam et e muro extractam esse, tunc apparuisse lapidem habere formam cunei, pertinuisse igitur sine dubio ad ipsum opus amphitheatri.

n. 3025. Vide infra n. 784.

n. 3046—3310. Vide infra p. 449. 450.

n. 3325. Berolini in museo, cf. *Jahrb. des archaeol. Instituts* 1903 *Beibl.* p. 40.

n. 3415 seq. Vide infra p. 463.

Reliquias fastorum Praenestinorum denuo edidit Mommsen Corp. I ed. 2 (part. 1, 1893) p. 230—239 (ubi p. 239 ad priorem eius editionem accesserunt fragmenta incertae sedis, a me Corp. XIV p. 294 not. edita). — Fragmenta pleraque (tabulae quae ad mens. Ianuar. Mart. Mai. Dec. pertinent) iam ex domo olim Stoppani in museum publicum thermarum Diocletianarum translata sunt. — Quae post a. 1893 prodierunt frustula, hoc loco componere visum est.

---

739 Praeneste rep., *contrada Madonna dell' Aquila*, *vigna del sig. Carlo Sbardella*, ubi repertae sunt etiam n. 768. 776 et ubi videtur fuisse forum antiquae civitatis.

RITIS
RVM · IDEM
? *sabino nom* INE · HASTA · CVRIS
I · DICANT QVIRINVM
stul T *or* VM FERIAE

Marucchi *bull. comunale* 1904 p. 277; A. Sbardella *notizie degli scavi* 1904 p. 393 cum notis Marucchii. Contulit Barthel.

1 fin. videtur fuisse ···RITIS vel ···CITIS. — 5 in. particulam litterae alicuius prominentis (sine dubio T) agnovit Barthel, confirmavitque misso ectypo.

Recte ad diem 17. Febr. rettulerunt editores. Initium (vel certe vv. 3. 4) spectabat ad diem festum Quirinalium; cf. Polem. Silv. latercul. ad d. 17. Febr.: *Quirinalia, quo die Romulus occisus a suis — Qui. ab hasta, quae a Sabinis curis vocatur — non apparuisse confictus est.* Ovid. fast. 2, 475 seq.: *Quirino; qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit: sive quod hasta curis priscis est dicta Sabinis.* — 5 cf. Ovid. fast. 2, 513. Festus p. 254 s. v. Quirinalia.

740 Praeneste ad occidentem oppidi loco dicto *Carrara publica, vocabolo Rocca Piana* sive *valle Losbrindo, tra un mucchio di rottami* repperit Agapitus Cesini Gatti (*presso la località dei Prati* repertum esse ait Marucchi *giornal. arcad.* 1898, 2 p. 121). Iam Romae in museo thermarum Diocletianarum.

*aegypt*VS · IN POTESTATEM · PO*puli*
romani redacta est
VICTORIAE · VICTORIAE
VIRGINI · IN PALATIO · SPEI IN
k aug NP FORO · HOLITORIO · FER EX *s c*
Q · E · D · IMP · CA*esar rempublicam*
tristissimo periculo liberauit

Gatti *Notizie degli scavi* 1897 p. 421 imaginem. Vidimus ego et Barthel.

1.2 supplevit Gatti. — 3.4 recte contulit Gatti Livium 35, 9, 6: *aediculam Victoriae Virginis prope aedem Victoriae M. Porcius Cato dedicavit.* — 5 seq. suppleri potuerunt ex hemerologiis Arvalium et Amiternino, cf. Corp. I ed. 2 p. 323.

---

741 fragmentum a principe Barberini dono datum museo Praenestino.

// OSCVMET · SAn
A · HRTIVS · C · CAES
T · NOSTROS · D

Misit Vaglieri a. 1909.

Hoc fragmentum et id quod sequitur non certum est sed probabile pertinere ad hemerologium Verrii. — 1 [*vocabulum*] *Oscum.* Verrium Flaccum saepius usum esse veriloquiis ex Osca lingua petitis apparet ex Festo. Cf. Paul. p. 130 Müll.: *Mamercus praenomen Oscum est ab eo quod hi Martem Mamertem appellant;* et similia passim. — 2 A. Hirtii mentio quo spectet, obscurum. Consulatum eius et Pansae (a. 711) significari non crediderim, fortasse fuit *A. H(i)rtius C. Caes*[*aris legatus*]. — 3 [*apu*]*t* (?) *nostros.*

---

742 fragmentum altum latumque m. 0.12, m. 0.10. Praeneste rep. *nel fondo denominato le Quadrelle.*

PROVENIEBANT ·

Gatti *Notizie degli scavi* 1897 p. 423; Marucchi *giornale arcad.* 1898, 2 p. 111.

Pertinere ad hemerologium Praenestinum coniecit Gatti.

743 Praeneste rep. cum plerisque sequentibus, fossionibus institutis a. 1907 in oppido, *piazza Savoia* sive *Regina Margherita*, ante seminarium (aedem Fortunae, secundum plerosque; sed cf. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 291 not. 1). Iam in museo quod instituerunt iuxta aedem cathedralem.

FORTVNAE · PR *imigeniae*
TI CLAVDIVS · ASINI///
DONVM · DEDI*t*

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 302 (inde pendet Marucchi *bull. comunale* 1907 p. 285 not. 2).

2 fin. *Asini[anus]?* (ASINI/ Vaglieri).

---

744 cippulus Praeneste rep. cum ea quae praecedit.

FLAMINIA
NAIS
FOR · PRI
V · S · L · M

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 302.

744[a] basis calcaria quae donarium sustinebat, alta m. 0.08 lata quantum extat m. 0.18, litteris, quae videntur esse liberae rei publicae (punctum in v. 1 quadratum) altis v. 1 cm. 3, v. 2 cm. 2. Praeneste rep., iam Berolini in museo (repos.).

P · LAEVIVS
FORTVN | *ae primig*

Descripsi. Watzinger *Jahrb. des archaeol. Instituts* 1903 *Beibl.* p. 40.

---

745 frons parvae basis lapideae. Praeneste rep. fossionibus a. 1907, ibi fere ubi n. 743. 744 (in cuniculo quodam, una cum n. 750. 755. 763), est in museo.

S · Q · L · PHILPV ·
*fortun*AE · PRIMOGEN · D · D · L · M

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 686 imaginem.

Puncta formae quadratae sunt. — 1 *Phil(i)p(p)u(s)*. — 2 M littera formae solitae (non M, ut est in imagine l. c. edita).

746 cippus marmoreus Praeneste rep. a. 1896 retro ecclesiam cathedralem, fossionibus institutis *col fine di mettere allo scoperto l'area sacra adiacente al santuario della Fortuna* [de loco — 'area sacra' — vide Marucchium *bull. comunale* 1907 tab. IX. X, Vaglierium *notizie degli scavi* 1907 p. 690], una cum n. 749, operi immissus. Servatur in aerario.

FORTVNAE
PRIMIGENIAE
M · TERENTIVS
SOZON
SIGNVM

Descripsi. Borsari *notizie degli scavi* 1896 p. 48.

---

747 Praeneste rep. prope ecclesiam cathedralem *nello sgombrare un pianterreno prossimo all' 'Antro delle sorti'* [cf. Marucchi *bull. comunale* 1907 tab. IX. X].

L · VATRONIVS · Q · F
BOLANVS
FORTVNAE · PRIMIGENIAE
DAT

Acceptam ab Alex. Sbardella ed. Gatti *notizie degli scavi* 1906 p. 344.

---

748 fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0.53 litteris cm. 5—4, rep. circa a. 1903 in campo quodam prope Praeneste; scholae Americanae Romanae dono dedit Olcott; ibi extat.

FORTV *nae*
primig ENIAE · S *acr*
VILIVS · I
AG · NAVA *lis?*
VOTO · SVS *cepto*
L M
l D · D · D

Contulit et ectypum misit A. W. van Buren. Olcott *American journal of archaeology* 1908 p. 38.

---

749 cippus marmoreus m. 0.24 × m. 0.18. Praeneste rep. una cum n. 746.

FORT · PRI *migeniae*
VOTO · SVS *cepto pro*
FEST O

Borsari *notizie degli scavi* 1896 p. 48.

750 fragmentum columnulae. Praeneste rep. a. 1907, una cum n. 745 cet.

PA/////////LARIVS
FORT · PRIM · D · D · L
M · SACRVM

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 686.

---

751 summa pars arae marmoreae, conversa in arcam ex qua gallinae vescuntur. Praeneste, *via della Fontana 12.*

FORTVNAE //////////
PRIMIGENIAE

Miserunt Magoffin et Th. Ashby; ille edid. *American journal of archaeology* 1910 p. 52.

V. 1 fin. legi nondum potuit (///N · VII/// Mag., VIRTVTIS, sed dubitans, Ashby).

---

752 fragmentum tabulae. Praeneste rep. a. 1907, ibi fere ubi n. 743 seq.

for T V N A *e*
N V M · I
sign V M · I O V *is pueri?*

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 479; Marucchi *bull. comunale* 1907 p. 285 not. 2.

---

753 fragmentum tabulae marmoreae. Praeneste rep., *Piazzetta dell' Erbe.*

fortuna E · P R I M *igeniae*
ex V I S V

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 692.

---

754 fragmentum tabulae. Praeneste rep. ibi ubi n. 752

I / \ V
fortu NAE · P *rimigeniae*
ANDA ·
I

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 479.

755 fragmentum tabulae. Praeneste rep. una cum n. 745 cet.

a

fortunae primi G E N I A *e*
TOR ·

b

E C

c

N S C H O
NTO

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 685.

---

756 basis marmorea Praeneste rep. ibi ubi n. 743 seq.

NVMINI · CAE
LESTI · FORTV
n AE · P R I M *i*
geniae

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 137.

---

757 fragmentum parvae basis marmoreae (m. 0.30×0.11). Praeneste rep. ibi prope ubi n. 746. 749 et non longe a loco ubi denuo prodiit Corp. n. 2888. Servatur in aerario.

M · OBELLI M · F · VO
AVRVFIC DE · SACRA · V *ia*
APELLA · L · F · P · D

Descripsi. Borsari *notizie degli scavi* 1896 p. 49.

2 ultima littera vocabuli AVRVFIC antiqua fortasse rasura temptata.

1 fin. tribus ut videtur vel etiam cognomen Obellii. — 2 *aurufic(es) de sacra v[ia].* — Incertum utrum significetur sacra via urbis Romae an via eiusdem nominis Praenestina.

---

758 Praeneste rep. (in museo Magoff.).

conleg... G · MAG · COIR *au*
alexa NDER · PLAVTIVS · L · M *s?*
NVS · CORDIVS · A · S · F · P *d d*

Ectypum misit Vaglieri. Ad apographum Cecconii dedi Corp. n. 2879. De visu Magoffin *American journal of archaeology* 1910 p. 58.

2 *[Alexa]nder* vel *[Mena]nder Plautius L(uci)* (et) *M(arci) [s(ervus)]*, 3 *...nus Cordius A(uli) s(ervus).* Similiter formata nomina servorum sive libertinorum reperiuntur in titulo Delio Corp. III 14203, 3 et in aliis quibusdam (vide Inscr. meas selectas n. 7821. 8566), cf. quae exposuit Oxé mus. Rhen. 1904 p. 108 seq.

759 basis lapidis calcarii, Praeneste, servatur in aerario.

CONL/////////////////
C·NVM////O////C·L·
P·CECCI ·Q·ETRILI
ANTIPO·OPPI·L·S·
SILVCVS·ALBINORV·S
TOVRISCVS CORDI·M

Descripsi lapidem et ectypum.

1 *conl[egium]*, cf. Corp. n. 2878. — 2 in. C·NVM/// potius quam *d*ONVM. — 4 *Antipo Oppi* — vel *Oppi(us)*, cf. ad eam quae praecedit — *L(uci) s(ervus)*. — 5 fin. *Albinoru(m) s(ervus)*, 6 fin. *Cordi(us?) M.* (servus). *Silucus*, *Touriscus* nomina servilia praeterea inaudita, fortasse originis Gallicae (*Tauriscus* servus in vasculis Corp. XI 6700, 504 aliusque Corp. XV 6105); libertinus nomine Gallico *Alaucus* est in titulo Praenestino, sane multum recentiore, Corp. XIV 3369.

---

760 fragmentum calcarium Praeneste *in una vigna presso colle Martino* vidit Marucchi. Iam in aerario.

d (O)NVM
O MAG·COIR
LTATORI SALT·
EL ATDICELI

Descripsi. Marucchi *notizie degli scavi* 1903 p. 63, *bull. communale* 1904 p. 247.

3 in. C potius (ut edidit Marucchi) quam L (quod praetulit Vaglieri apud Marucchium *bull.* p. 248).

4 ...*atrice*.. mihi videtur legendum esse (AIDICETDR Marucchi).

---

761 basis calcaria Praeneste rep. *fuori Porta del Sole, nei lavori per la costruzione di un mulino.* Nunc in museo.

TONARIES·MAG
VRECEMNI·L·L·SOTR
DA TESSL·ICV

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 696. Ego quoque vidi.

Sic excepit Vagl., lectionem incertam esse significans ('*di difficile lettura*'); ego haec tantum agnovi: 1 \\////ARIESM (vel NF)///, 2 //VRECIMNIL·ISOLK, 3 in. ⁻DA, 3 fin. SI·ICV. — 1 in. *[cen]tonaries* supplet Vagl.

762 fragmentum lapidis Tiburtini (m. 0.23×0.13). Praeneste repp. Attilius Sbardella *nelle vigna Rossi,* 300 m. a *porta del Sole.*

VS·L·C·L
HERCOL

E. Gatti *notizie degli scavi* 1903 p. 24.

762a parva basis marmorea. Praeneste in gradibus ducentibus ad partem inferiorem hortorum Barberiniorum.

IO · VI
OPTIMO
L · APONIVS
MITHERES
CVM PATRE
D D

Magoffin *American journal of archaeology* 1910 p. 51.

---

763 fragmentum tabellae latum m. 0.18 litteris cm. 1. Praeneste rep. una cum n. 745 cet.

fa TA · IOVEM · SVPERANT · ID
f TA · TRAHVNT · VRBÉS · S

Vaglieri et misit ectypum, et edidit *notizie degli scavi* 1907 p. 685; imaginem edid. Marucchi *bull. arch. comunale* 1907 p. 305.

1 in ·TA edidit Vaglieri, sed idem in litteris admisit TA (ectypum in incerto rem relinquit). — 1 fin. ID certum est. — 2 fin. S fortasse ectypum. Supplere temptavit Engelmann *Berliner phil. Wochenschr.* 21. Apr. 1909 p. 542 (1 *id[eoque ea summa vocantur),* 2 *s[eu bona sive mala]).*

---

764 fragmentum tabulae marmoreae litteris malis (ne suspicione quidem carentibus). Praeneste rep. *piazza Savoia* una cum n. 743 seq., est in museo.

VICTORIAEFC
GERM · LANIS
CT

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 303.

765 fragmentum columnae marmoreae Praeneste rep., *sotto la scala del seminario*, est in museo.

V S
C · VERGINIVS · PRIMVS
ET
MIA THV

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 473.

3 in. particulam praenominis enotavit Vaglieri, ego non vidi.

---

766 fragmentum trapezophori marmorei Praeneste rep., *piazza Savoia*, una cum n. 743 seq., est in museo.

PRO
AELIO · EROTE
COIVGE SVO
LVC · CAP · P · X ·
V · IDVS
MAIAS

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 303.

4 *luc... cap..* quid sit obscurum (de lucerna vel lucernis vix cogitandum); 4 fin. *p(ondo) X* sine dubio.

---

767 basis statuae rep. Praeneste *contrada S. Rocco*, *terreno Galeazzi*.

IMP · CAESARI · DIVI · NERVAE · F
NERVAE · TRAIANO · AVGVST
GERMANICO · PONTIF · MAX
TRIB · POTESTAT · COS · IIII · P · P — p. Chr. 101—102.

DECVRIONES · POPVLVSQVE

a sinistra:

DEDICATA XIIII K · OCT ·
TI · CLAVDIO ATTALO MAMILIANO
T · SABIDIO · SABINO · II · VIR ·

Barnabei *notizie degli scavi* 1894 p. 96 ad ectypum acceptum a Vinc. Cicerchia; Geoffroy *comptes rendus de l'Acad. des inscr.* 1894 p. 126.

3 PONT, 4 TRIB · POTESTATE · V · COS · III Geoffr.; in inscr. lat. 2 in. II (cum signo dubitationis), 3 SALIDIO idem.

Diem 18. Sept., quo haec basis dedicata est, diem natalem Traiani fuisse observat Barnabei. — 2 Mamilianus is, quem consulem suffectum fuisse circa haec ipsa tempora docent fasti feriarum Latinarum (cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 326 n. 92), fortasse non diversus fuit ab hoc duoviro Praenestino.

---

768 fragmentum tabulae marmoreae Praeneste rep. in vinea Caroli Sbardella, non longe ab aedicula *della Madonna dell' Aquila*, ubi forum antiquae civitatis fuisse putant.

xv VIR · SACRIS · FACIVND
VII · VIR · EPVL · SODALI · AVGVSTALI
L · NERIANVS · TERTIVS · PRAECO · APPARITO*r*
IPSIVS · ET · L · NERIANVS · VENVSTV*s*
SEVIRI · AVGVSTALES
FRATRES

Gatti *notizie degli scavi* 1903 p. 580. Contulit Magoffin *Americ. Journal of archaeol.* 1910 p. 59.

6 primam litteram super reliquas eminere notavit Magoff.

Vix hominis privati, nam privati in singula tantum ex quattuor collegiis amplissimis sacerdotum cooptabantur, fortasse Ti. Caesaris, qui in titulo Hispano Corp. II 2062 a. p. Chr. 26/27 et in urbano vel potius Antiate Corp. VI 903 a. p. Chr. 36/37 dicitur augur, XV vir sacris faciend., VII vir epulon.

3. 4 Nerianus nomen pro gentilicio adhibitum etiam in titulo Praenestino Corp. 3387; *Macrini, Neriani aed(ilium)* in tegula Praenestina Corp. 4091, 10.

---

769 fragmentum epistylii Praeneste rep., fossionibus institutis *piazza Savoia* (cf. n. 743).

uar RO □ LVCVL *lus*

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 293 cum imagine p. 294; vidi ipse.

Supplevit Vaglieri, qui probabiliter rettulit ad M. Terentium Varronem Lucullum, consulem anno u. c. 681; eum iussu L. Sullae coloniam Praeneste deduxisse, ut Pompeios eiusdem iussu coloniam deduxit P. Sulla (Cic. pro Sull. 21, 62).

---

770 fragmentum tabulae marmoreae Praeneste rep. eodem loco quo n. 768.

P · VE
PVP
ATTIAN
COS · PO *ntif?*

Gatti *notizie degli scavi* 1903 p. 580.

2 tribus Pupinia Praeneste non rara (Corp. 2924. 2930. 3004).

771 epistylium Praeneste rep. eodem fere loco quo n. 769, *sotto la scala del seminario.*

? *le* GATO · L

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 474 imaginem; vidi ipse.
Litterae diversae sunt a litteris inscriptionis n. 769, sed non minus antiquae.

---

772 fragmentum tabulae marmoreae Praeneste rep. ibi ubi n. 768.

pr OVINC
mac EDONIA *e*
AR · PRCCO *s*

Gatti *notizie degli scavi* 1903 p. 580. Vidit Magoffin *Americ. journ. of archaeology* 1910 p. 59.
1 OVINCIA Magoff.

---

773 Praeneste rep. ibi ubi n. 743.

R · TRIB
ae D · CVR

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 303.

---

774 fragmentum m. 0.20×m. 0.30×0.04. Praeneste rep. ibi ubi n. 768.

V
LIVS D
PROV · B
VICTR · E
PRAEF · AER · I

Sbardella *notizie degli scavi* 1904 p. 394.
5 *praef. aer. m[ilitaris].*

---

775 fragmentum tabulae marmoreae. Praeneste rep., *piazza Savoia* (cf. n. 743).

CEIV
? *c* OS · IT

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 138.

776 basis marmorea rep. sub Praeneste prope aediculam *Madonna dell' Aquila*, in vinea Caroli Sbardella. Iam Romae in museo thermarum Diocletianarum in xysto.

ar L/ENII

P · AELIVS · APOLLINARIS · ARLENIVS · NATVS · DIE
IIII · KAL · NOB · HONESTE VITA MORIBVS ADQVE
LITTERIS EDVCATVS CVM DIE · VIII · KAL · IVLIAS
AGENS ANNVM OCTAVVM DECIMVM CAELO
DESIDERATVS CORPOREO CARCERE LIBERA
RETVR PETIT ADQVE IMPETRAVIT A PVBLIO ·
*a*ELIO APOLLINARE V · P · PATRE SVO ACTORE CA
SARVM PRESIDE PROVINCIAE CORSICAE PRAE
FECTO VIGILIBVS VTI FVNDVM · Q̄ V Ā / DVAS CASAS
CONSTITVTVM TERRITORIO PRAENESTINORVM
DARET AC TRADERET COLLEGIIS PRAENESTI
nae CIVITATIS EA CONDICIONE VT ISDEM VEL
*qu*IQVE IN EORVM IVRA CORPVSQVE SVCCESSERIT
*a*BALIENANDI QVOCVMQVE PACTO POTESTAS
NON ESSET SED EX IPSIVS FVNDI FRVCTIBVS CON
*v*IVIA BIS ANNVA DIEBVS SVPRASCRIPTIS EXHI
BERENTVR · ET QVO AVCTIOR ESSET EIVSDEM
VOLVNTAS PETIT A SVPRADICTO PATRE SVO
VT QVINQVE MILIBVS FOLLIVM HORTI SIBE
POSSESSIO CONPARARETVR QVAE EORVM
IVRI ADQVE CORPORI CVM SVPRADICTA
CONDICIONE TRADERETVR · ADQVE ITA OB C (sic)
CAVSA S̄S̄ IN FVNDVM S̄S̄ ET HORTOS CONPARATOS
SVPRADICTO MODO PECVNIAE
OMNES COLLEGIATI INDVCTI SVNT · PROP
TER QVOD VENIFICIVM COLLEGIATI OMNES
STATVAM EIDEM TOGATAM ///////
IN FORO CONLOCARVNT

Gatti *notizie degli scavi* 1903 p. 576, *bull. comunale* 1904 p. 69, *studi e documenti di storia e diritto* XXV 1904 p. 81; Huelsen, qui vidit ectypum, *Roem. Mitth.* 1904 p. 148. Loca difficiliora a me rogatus contulit Barthel.

Inscriptionem in locum antiquioris erasae esse incisam, ex ea hic illic reliquias superesse putavit Gatti; valde dubitat de hac re Barthel.

10 inter Q̄ et Ā, item inter Ā et D singulae litterae erasae; priore loco videtur fuisse V, cuius pars inferior etiamtum cernitur, inter A et D quid fuerit, incertum (ADDVAS CASAS edid. Gatti, nempe ex foraminibus duobus, quae cernuntur inter A et D, inferior ei est visa esse D parva). — 11 in. sic Barthel,

addito CONSTITVT legi in litura (CON/INIVM Gatti). — 18 pro AVCTIOR, quod nunc cernitur, antea fuisse AVCSIOR putat Gatti (*notizie degli scavi* p. 578 not. 6), dubitat Barthel. — 23 fin. C abundat; quadratarius vocabulum quod sequitur in v. sequenti, hic inchoaverat (sic Barthel; C ex scriptura antiquiore superesse putat Gatti). — 28 fin. post TOGATAM vocabulum (scilicet errore positum) erasum.

[Ar]lenii. | P. Aelius Apollinaris Arlenius, natus die | IIII kal. Nob., honeste vita moribus adque | litteris educatus, cum die VIII kal. Iulias | agens annum octavum decimum caelo | desideratus corporeo carcere libera|retur, petit adque impetravit a Publio | [A]elio Apollinare v(iro) p(erfectissimo) patre suo, actore cau|sarum, preside provinciae Corsicae, prae|fecto vigilibus, uti fundum q(ui) a(ppellatur) duas casas | constitutum territorio Praenestinorum | daret ac traderet collegiis Praenesti|[nae] civitatis ea condicione, ut isdem vel | [qu]ique in eorum iura corpusque successerit | [a]balienandi quocumque pacto potestas | non esset, sed ex ipsius fundi fructibus con|[v]ivia bis annua diebus supra scriptis exhi|berentur; et quo auctior esset eiusdem | voluntas, petit a supradicto patre suo, | ut quinque milibus follium horti sibe | possessio conpararetur, quae eorum | iuri adque corpori cum supradicta | condicione traderetur, adque ita ob ⟨c⟩ causa(m) s(upra) s(criptam) in fundum s(upra) s(criptum) et hortos conparatos | supra dicto modo pecuniae | omnes collegiati inducti sunt; prop|ter quod venificium (intellege *benif-) collegiati omnes | statuam eidem togatam | in foro conlocarunt.*

Titulum aliquanto antiquiorem esse quam similem eodem loco repertum Postumii Iuliani (Corp. n. 2934), anno p. Chr. 385 positum, contra Gattium recte monuit Huelsen. — 8. 9 *actore causarum*: causas egerat, adovcatus fuerat (cf. Inscr. sel. 7744—7747); sic recte Huelsen. — 10 *fundum q(ui) a(ppellatur) Duas casas:* fundos duos huius nominis recenseri in libro pontificali, vita S. Silvestri, inter res a Constantino ecclesiis urbis Romae donatas, monuit Gatti: *fundum Duas casas, territorio Sabinense* (lib. pontif. I p. 170, 19 ed. Duchesne); *possessio in territorio Sabinense quod appellatur Duas casas, sub monte Lucreti(li)* (ib. p. 183, 17); sed utrumque diversum esse ab hoc fundo constituto intra territorium Praenestinum apparet.

---

777 tabula marmorea litteris optimis, altis v. 1 cm. $6^1/_2$, v. 2 seq. cm. 4, prope Praeneste, ut dicitur, rep., est New York, *Columbia University.*

L · CLODIO · P · F · CLA
INGENVO · PRAEF · COH
M A T T I A C O R
TRIB · MIL · LEG · I · ITALIC
TRIB · MIL · LEG · $\overline{V}$ · MACED
TRIB · MIL · LEG · $\overline{VII}$ · C · P · F

Ectypum misit Olcott, qui ipse edid. *American journal of archaeology* 1906 p. 157 n. 6.

In fine fractam fuisse non traditur (sed ex ectypo id apparere videtur. — 1 fin. A litteram ectypum non sistit).

778 frustulum parvum (altum latumque cm. 6) litteris cm. circ. $1^1/_4$. Praeneste, prodiit *nel giardino annesso al palazzetto Barberini.*

ti cae S A R I *i ii germanicus caesar iii* p. Chr. 18
SVF · L · SI *ius*
SVF · C · RV
TI · CAESAR *augustus x x* p. Chr. 19

Vaglieri misit ectypum. Edid. Gatti *notizie degli scavi* 1897 p. 423 acceptum a Vinc. Cicerchia.

2 fin. intellege *Se[ius]*.

Spectat ad eandem tabulam fastorum consularium, ex qua superest Corp. n. 2963, in qua unoquoque anno ante nomina consulum perscriptus erat is qui tribuniciam potestatem gerebat; nec videtur dubitari posse, quin recte hoc fragmentum a Gattio relatum sit ad annos p. Chr. 18. 19, vide supplementa supra adiuncta. Annus 18, testibus fastis Antiatibus (Corp. I ed. 2 p. 72), consules suffectos habuit primo L. Seium Tuberonem, deinde Regulum aliquem (non Acisculum, ut antea legebatur), postremo cum collega aliquo, cuius nomen plane interiit, ...ium Gallum (vel Gallicum; *Gall.* certum est). De gentiliciis horum non constat, potestque uni ex his fuisse nomen *C. Ru....* atque adeo cogitari potest de C. Rubellio Blando, consule suffecto aliquanto ante annum p. Chr. 21 (nec tamen id certum, cum Blandi huius collega videatur fuisse Pollio aliquis, cf. Corp. VI 14221. Q. Marcius Barea, T. Rustius Nummius Gallus consules, noti ex titulo Corp. VI 244, vix recte relati sunt ad annum 18; immo hi videntur consules fuisse temporibus aliquanto posterioribus, cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 336 n. 160).

---

779 fragmenta quattuor epistylii calcarii Praeneste rep., *vicolo della Cortina (costruendosi una chiavica alla profondità di m. 0.30 sotto il piano stradale* Borsari de tribus prioribus). Nunc in museo *(collezione municipale).*

C · AV | S · C · F · RAVCVS · HAEC · C | · SENATVS | REFICIENdVM

Descripsi. Fragmenta tria priora ed. Borsari *notizie degli scavi* 1902 p. 120 et Marucchi *bull. comunale* 1904 p. 246; quartum Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 692.

---

780 cippus marmoreus valde corrosus Praeneste rep., *piazza Savoia.* Nunc in museo

L FABRICIVS C F VAARVS
M SA////////// CANIES
AID //////// A ///

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 137.

2 M · SAVFE Vagl.; mihi videbatur aliud nomen fuisse, fortasse Sallustii. Cognomen eiusdem hominis quale fuerit, incertum. — 3 fin. IA Vaglieri.

781 fragmentum lapidis Tiburtini rep. Praeneste, *vigna Scavalli.*

ROM// //
PR/// //
DEM · PR////
OVVM · V

Misit Vaglieri. Ectypum quoque habui.
Corp. n. 2994 confert Vaglieri.

---

782 fragmentum epistylii lapidis Tiburtini Praeneste rep., *piazza Savoia.*

ce I|NSOR · FACIEN|*dum cur*

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 138.

---

783 fragmentum epistylii, ut iudicat Marucchi, *poi tagliato per formarne una specie di mensola.* Praeneste, *pietra adoperata in costruzione nell' alto di una stanza del palazzo baronale.*

ordo populu|S · Q · REFIC|*iendum coeravit*

Marucchi *bull. comunale* 1904 p. 246.

---

784 fragmentum cippi. Praeneste, *all' angolo di una casa in via delle Scalette.*

C VI · VIC \
/N · VIIII · KAL · FEBR\ 24. Jan.

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 304 not. Descriptam a de Rossio dederam Corp. n. 3025.
Sic Vaglieri; 1 om., 2 fin. VIC\, 3 in. |N · VIII de Rossi.

---

785 fragmentum cippi rep. Praeneste in vinea R. Scavalli-Borgia, *tra le vie di S. Lucia e della Madonna dell' Aquila.*

inscriptio frontis periit praeter unam litteram

C

in latere dextro

|AVG
? fe|LICIO

E. Gatti *notizie degli scavi* 1909 p. 134.

786 parva basis quae protomen sustinebat. Praeneste rep. ibi ubi n. 785.

ORA
RA

E. Gatti *notizie degli scavi* 1909 p. 134.

---

787 fragmentum tabulae lapidis Tiburtini, altum et latum m. 0.45—0.43, pars epistylii ut videtur, litteris altis cm. 11. Praeneste rep. ibi ubi eae quae praecedunt.

OPER

E. Gatti *notizie degli scavi* 1909 p. 135.

---

788 fragmentum tabulae marmoreae rep. Praeneste cum n. 743 seq., est in museo.

HIPPO v
STINO v

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 303.

---

789 fragmentum tabulae marmoreae, rep. et adservatum una cum n. 743 seq.

L ·
MINEP
OS
AO

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 303.

---

790 Praeneste rep. ibi n. 768. 770 cet.

NIEI
ET · EROS
L · F · ANNI

Gatti *notizie degli scavi* 1903 p. 580.

---

791 fragmentum abaci columnae Praeneste rep. extra oppidum, *essendosi allargata la via provinciale che da s. Rocco si dirige verso Palestrina.*


TAT · L · DINDIO ·

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 694.

792 fragmenta tria tabulae margine carentis *(lastrone scorniciato)* Praeneste rep. in vinea Scavalli-Borgia *vocabolo S. Rocco.*

a) 

b) 

c) 

Notizie degli scavi 1896 p. 331.

---

793 fistula plumbea rep. Praeneste a Joh. Bernassola in fundo ipsius, loco dicto *Colombella.*

PLOTIAE · L · F · PLOTILLAE

Gatti *notizie degli scavi* 1905 p. 122.

---

794 fistula plumbea (inscriptionis ter impressae partes extabant), Praeneste rep. eodem loco quo n. 793.

M · PRIMIG · ANTEROS FEC

Gatti l. c.

M. Primig(enius) Anteros fecit. Eundem plumbarium iam habuimus Corp. XIV 3040 (=XV 7891) (in qua fistula superfuit *..teros fec.)* et 3044[a] (=XV 7884), ubi traditur M · PRIMIG · ANTEROS · SOSIANI.

Collibertus Anterotis fuit *M. Primig. Abscantus* fistulae plumbeae Corp. XIV 3044 (= XV 7883). Liberti fuerunt Fortunae Primigeniae.

Inscriptionibus vetusti sepulcreti Praenestini numero plus CCL, repertis ante annum 1887, editis Corp. n. 3046—3310, iam accesserunt quae sequuntur. Repertae sunt sine dubio in eodem campo quo illae, quamquam id non de omnibus diserte traditur (quae anno 1905 innotuerunt, pleraeque delatae Romam in scholam Americanam, repertae esse dicuntur in fundo Bernassola, *in vocabolo Colombella,* cf. Gatti *notizie degli scavi* 1905 p. 122; plures etiam a. 1907 repertae sunt, *via Loreto vocabolo S. Rocco,* fossionibus institutis a societate archaeologica Praenestina, de quibus exposuit Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 19 seq. 138 seq.). — Inscriptiones usque ad annum 1906 repertas composuit Lommatzsch in editione altera voluminis primi huius Corporis n. 64—357 (p. 391 seq.). — Ex inscriptionibus dudum notis multae locum mutaverunt, non paucae delatae sunt Romam in institutum archaeologicum Germanicum, nonnullae pervenerunt Berolinum in museum; earum mutationum, quatenus nobis innotuerunt, elenchum hic subieci (quae Romae in instituto archaeologico

servantur, editionis secundae voluminis primi causa denuo relegit Huelsen; Berolinenses vidimus ego et Dressel)[1]).

3060. Berolini in museo.

3066. Romae in instituto archaeologico Germanico.

3076[a]. Berolini in museo; contulit Dressel.

3083. Haec ut videtur Baltimore apud H. L. Wilson professorem: edidit Magoffin *American journal of archaeology* 1910 p. 52 n. 4 sic: CAMELIA.

3092. 3099. Berolini in museo.

3101. Romae in instituto archaeologico Germanico.

3102. ibidem; contulit Huelsen, qui v. 2 fin. excepit <ꟼ, idemque cernitur in ectypo quod adhibuit Lommatzsch Corp. I ed. 2 n. 128; videtur intelligendum esse *C. f.*

3119. Berolini in museo (inventar. n. 1506); contulimus ego et Dressel. In fine est ARIS/F, scilicet paenultima littera erasa; ea videtur fuisse I longa.

3123. Berolini in museo.

3141. Haec fortasse, sed iam fracta, Praeneste in museo, ubi descripsit Vaglieri sic: SEX·GEMIN|.

3142. Berolini in museo.

3150. ibidem; contuli; in fine est <·F.

3163. ibidem.

3168. Romae in instituto archaeologico Germanico.

3175. Praeneste in museo (vidi a. 1908; initio excepi P).

3181. Romae in instituto archaeologico Germanico.

3187. 3188. 3191. Romae in museo Vaticano *(cortile del Belvedere).* Amelung *die Sculpturen des vat. Museums* II p. 117 n. 47[a], p. 109 n. 40[a], p. 116 n. 45 tab. XI.

3192. Charlottenburg in aedibus Mommsenianis.

3193. v. infra n. 814.

3198. Romae in schola archaeologica Americana.

3200. Charlottenburg in aedibus Mommsenianis.

3201. Berolini in museo.

---

[1]) Reieci ut debui inscriptiones complures, quas partim Praeneste, partim in America vidit R. V. D. Magoffin, ab eoque descriptas mihi misit H. L. Wilson (iam edidit eas Magoffin *American journal of archaeology* 1910 p. 51 seq.), quas recens incisas esse in basibus vel cippulis antiquis inscriptione carentibus, vel certo constat vel suspicio est; sunt autem hae:

1) L·CARMO P.S — 2) D·MAGNIVS — 3) T·VRIFITE (Praeneste apud privatum quendam). Edidit Magoffin l. c. p. 52 n. 5, p. 53 n. 12, p. 55 n. 22.

4) ALBINIVS — 5) C·FABIVS — 6) M·MASSESIS·V (Baltimore in museo universitatis Johns Hopkins) — 7) T·VIBVLIÆ (possidet ipse Magoffin). Edid. Magoffin l. c. p. 51 n. 3, p. 52 n. 8, p. 53 n. 13, p. 55 n. 23. Harum etiam ectypa misit Wilson, additque n. 5 et 7 sibi videri esse posse antiquas; mihi nulla ex his certae antiquitatis videtur.

8) G·IREИIA·P·S — 9) L·C·LIBERTI (possidet J. L. Moore, Vassar College, Poughkeepsie, N. Y.). Ectypa misit possessor. Edidit Magoffin l. c. p. 52 n. 9, p. 53 n. 11.

3202. Postea fuit Romae in villa Borghesia, ubi viderunt Zoega ms. Havn. 480, 19 et Amati ms. Vat. 9737 f. 52'. — Quattuor primas litteras (ORCE) non vidit Zoega. — Anaglyphum, memoratum a Petrinio, memorat etiam Zoega (*'processione di cinque piccole figure'*), describit Amati ('magistratus, tribus lictoribus praecedentibus, quorum extremus dextra virgam tenet; pone magistratum alter, qui sellam humeris gestat'). — Apparet vix recte a nobis (iam Corp. I ed. 1) titulum antiquissimis his sepulcralibus insertum esse.

3221. Berolini in museo.

3226. Romae in schola archaeologica Americana.

3228. Berolini in museo; contuli; in fine est ⊾·⊾.

3233. 3236. Romae in instituto archaeologico Germanico.

3243. 3263. Iam dono principis Barberini Praeneste in museo: descripsit Vaglieri.

3265. Romae in instituto archaeologico Germanico; contulit Huelsen, qui legit <· (non ⊾) TAMPI·D·F.

3268. Praeneste in museo, quo venit dono principis Barberini; sic descripsit Vaglieri: P·///TAMPIO, de prima littera non certus.

3277. Berolini in museo (punctum post T non adest).

3295. Berolini in museo; contuli; v. 1 est VERGEI⊾IA (ut habet Garruccius), v. 2 in. una littera potest periisse.

3299. v. infra n. 866.

3310. Romae in instituto archaeologico Germanico, ubi Huelsen descripsit sic: /////\A.

---

795 in basi quadrata [Romae in instituto archaeologico Americano].

⊾·ACVTI⊾IO·⊾·I'

Descripsit Huelsen.

Utrum fuerit F an ⊾ in fine, non diiudicat Huelsen.

---

796 in pede pineae [Praeneste in museo].

ADTICONIA·<·I'

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

---

797 *'basetta circolare'*.

C·AEPVLCI·C·F

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 141.

---

798 in pede pineae [Praeneste in museo].

ANICIA·SERTO·F

Vidi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 141.

799 in pede pineae [Romae in instituto arch. Americ.].

L·ANTONI·STRATO

Descripsit Huelsen. Gatti *notizie degli scavi* 1905 p. 123.

---

800 in pede pineae [Romae in instituto arch. Americ.].

Q· ATI

Descripsit Huelsen.

---

801 in basi quadrata [Praeneste in museo].

L·AVIL·IO·L·L

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 25.

Punctum inter AVIL et IO casui debetur.

---

802 in pede pineae [Praeneste in museo].

AVILIA·OPI F

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 24.

1 fin. lectio non prorsus certa; non videtur fuisse OPPI, dubitari potest inter OPPF et OPIF, hoc praeferendum (*Opi* praenomen etiam Corp. 3247).

---

803 in basi quadrata [Praeneste in museo].

L·AVLIO·L·F

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 25.

---

804 in pede pineae [Romae in Instituto arch. Americ.].

CAEDICIA

Descripsit Huelsen. Gatti *notizie degli scavi* 1905 p. 123.

Litterae tres priores profunde incisae, reliquae scariphatae sunt.

---

805 in pinea.

A·CAN

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

---

806 in pede pineae [Praeneste in museo].

C·CANIO·M·F

Vidi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

---

807 in pinea.

M · CANI · C ·

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

---

808 in pede pineae [Praeneste in museo].

M · CANIO · M · F

Vidi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

---

809 in pede pineae [Praeneste in museo].

CANIA · M · F

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

---

810 in pede pineae [Praeneste in museo].

PAVLA · CANIA · C · F

Vidi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

---

811 in margine superiore basis pineae [Romae in instituto arch. Americano].

L · CARVILIO · L · F

Descripsit Huelsen.

---

812 in pede pineae [Romae in Instituto arch. Americ.].

L · CESTI · L · F

Descripsit Huelsen.

---

813 in pede pineae [Praeneste in museo].

M · CIISTIO · M · L

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

---

814 (= Corp. n. 3193) in margine inferiore pedis cippuli [Romae penes instit. arch. German.].

POPO · CEST\

Descripsit Huelsen.

'Intellege *Pupus Cest[ius]*' Lommatzsch (Corp. I ed. 2 n. 120). Fortasse *Po(m)po Cest[ius]*. — Priores (cf. Corp. l. c.) legerunt: P · OPIO · CEST.

815 in pede pineae [Praeneste in museo].

CIISTIA · M · F

Descripsi. Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

816 in pinea.

V · CINCI · A · L

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 142.

817 in pede pineae ordinis corinthii [Romae in instituto arch. Americ.].

ΓACIA · CLAVDIA

Descripsit Huelsen.

818 in plintho quadrato [Romae in Instituto arch. Americ.].

M · CORIARIO

Descripsit Huelsen. Gatti *notizie degli scavi* 1905 p. 123.

819 in margine superiore pedis cippuli [nunc Berolini in museo (inventar. n. 1512)].

COVTIO · C · L

Inscriptiones n. 943 seq. antiquitus stetisse in hac regione minime constat; praesertim n. 943 et n. 944 facile ex urbe Roma ab operariis afferri potuerunt. — In eadem ecclesia, vel in abbatia adiuncta, dicitur descriptus esse titulus suspectus Corp. XIV 429*.

De vestigiis antiquitatis prope Palombaram extantibus cf. Ashby l. c. p. 76 seq.

Monte Rotondo. Corp. XIV p. 439.

ad n. 3933. Pro *Pacxea* (v. 3) non *Paccia* scribendum, sed intellegendum *Paxaea*, quod nomen gentilicium reperitur, ut monuit Huelsen, Corp. VI 36058.

ad n. 440*. Titulum a Ligorio in voluminibus Neapolitanis Ereto, i. e. Monte Rotondo tributum vindicavit et genuinum, licet interpolatum, demonstravit Huelsen egregio commentario edito *Ausonia*, *Rivista della società ital. di archeologia e storia dell' arte* II 1907 p. 71. Sed hic repetere non debui, quoniam illa indicatio loci vix vera fuit; ipse Ligorius variavit, in voluminibus Taurinensibus titulum tribuens modo urbi Romae modo Mediolano (cf. Corp. V n. 648*); videtur titulus stetisse alicubi in urbe Roma.

---

946 ad XXVII. chil. viae Salariae rep., *tenuta Tor Mancina, riserva detta Ontaneto.* Locum fuisse intra territorium Ereti (= Monterotondo) ait Tomassetti.

HERCVLI · SACRVM

P · AELIVS · HIERON · AVG · LIB · AB · ADMISSIO| *ne*

Tomassetti *notizie degli scavi* 1906 p. 213, *bull. comunale* 1906 p. 88.

NOMENTVM (La Mentana). Corp. XIV p. 440. Eph. ep. 7 p. 379.

Frustula actorum fratrum Arvalium nuper prope Mentanam reperta hoc loco indicare sufficit (Corp. VI n. 32395). Nec magis e re visum est repetere 'defixiones' plumbeas repertas prope Mentanam intra ollam cinerariam, delineatas a Borsario *notizie degli scavi* 1901 p. 207—210 (repetivit Audollent defixion. tabell., Paris. 1904, p. 189 seq. n. 133—135; nonnulla emendavit Wünsch *Berliner philol. Wochenschr.* 1905 p. 1078, cf. etiam Audollent *revue des études anciennes* Bord. 1909 p. 367).

ad n. 3941. A. 1893 auctione partis antiquitatum Borghesianarum facta nescio quo ablata est: *catalogue des collections du pavillon de l'horloge* (Romae 1893. 4°) p. 84 n. 541.

ad n. 3943. Apographum minus perfectum reperitur in schedis, de quibus v. infra ad n. 947 (excerpsit Ashby); in eo apographo ex *a* vv. 1 et 2 tantum adsunt; in *b* v. 1 deest, v. 2 ƆXXVI (pro XXXVI).

ad n. 3947 (videtur extitisse in parte aversa tabulae n. 3943, non 3942, ut errore impressum est). Reperitur in eisdem schedis in quibus n. 3943, et una cum hac. Apographum non differt ab Amatiano, nisi quod *b* 1 est VIGILV.

ad n. 3952. Postea fuit Romae apud Pellegrinium, deinde in museo Kircheriano amplificato, iam est in museo thermarum in repositis; descripserunt olim Pellegrini, postea Gatti.

ad n. 3955. Legitur etiam, ut iam notavi in indice auctorum Corp. p. XVI, in Iucundi codice Ashburnhamiano f. 92; cf. Ziebarth supra p. 328.

ad n. 3971. Apographum minus perfectum in schedis, de quibus v. infra ad n. 947 (1 FVRIVS omisso apice; 2 OGNOS reliquis omissis).

ad n. 3988. Est tessera eburnea Corp. I n. 726.

---

947 Nomenti rep. una cum Corp. n. 3943. 3947.

PAVLLAI
RVTILEIAI · Q · F ·

Ex actis aerarii pontificii (*'atti del camerlengato'*), iam servatis in archio publico, enotavit Ashby.

Paulla Rutilia Q. f., M. Iuni Iunci Maioris (uxor) est etiam in fragmento urbano Corp. VI 3837 = 31751.

---

948 cippus lapidis Tiburtini rep. circ. 1 chil. a Mentana *(dalla parte di nord-est, località detta Imaginella).*

ITER
PRIVATV

Borsari *notizie degli scavi* 1901 p. 205.

---

949 cippus lapidis Tiburtini rep. non longe a n. 948.

CORNELIA
SP · F · SPONSILLA
L · PONTIVS
L · L · VICTOR
IN · F · P · XIIII · IN · A · P · XV ·

Borsari *notizie degli scavi* 1901 p. 206.

---

950 cippus lapidis Tiburtini rep. ibi fere ubi is qui praecedit.

MARCIA
QVARTA
IN · FR · P · XXI
IN · AGR · P · XVII

Borsari *notizie degli scavi* 1901 p. 206.

951 tabula marmorea prope Mentana ibi ubi n. 948 rep.

C · PETRONIO · C · F · SER
LABEONI
C · PETRONIO · LABEONIS · LIB ·
QVARTIONI · PATRI · PATRONO
SABINVS · ET · SABINA · FECERVNT

Borsari *notizie degli scavi* 1901 p. 205.

951[a] ibi ubi n. 947.

DEN ·
ATTVS ·
VMNO
NI

Traditur una cum n. 947, ubi vide.

Tor Mastorta.

952 cippi marmorei pars dimidia, iacet in campis prope *Tor Mastorta* (orientem versus), prope cippum quem inter Tiburtinos dedimus Corp. n. 3711. — De loco cf. supra p. 471 ad n. 3711.

aquila
protome muliebris
////ENO/////
/////N TYRAN
////////////
////////////

Th. Ashby *papers of the British school at Rome* III p. 108.

1. 2 cogitavi de M. Vareno Clari liberto Tyranno tituli Praenestini Corp. n. 3010, cuius collibertus memoratur in titulis Tiburtinis Corp. n. 3687. 3688.

FICVLEA (la Cesarina) Corp. XIV p. 447. Eph. 7 p. 380.

De loco, ubi situm fuerit oppidum, post me egit Ashby *papers of the British school at Rome* III p. 61 seq.

Memorari debet epistula Innocentii I pontificis Romani (a. 411—417), recepta in Dionysii Exigui aliasque canonum collectiones, editam a Coustant epist. Rom. pontif. I p. 914 aliisque (Migne Patrolog. Lat. XX 606. LXVII 251. LXXXIV 655), qua pontifex ille Florentinum episcopum Tiburtinensem admonet, ne inconsulto Urso nescio cuius loci vicini episcopo sacra faciat in Nomentana

sive Ficeliensi paroecia ads dioecesim huius pertinente (pro *Ficeliens-* in optimo codice collectionis Dionysianae est *Faciliens-*, vulgo legitur *Feliciens-*; Ficuleam significari vidit Tomassetti *archiv. della soc. rom. di storia patria* 12, 1889 p. 56, probavit de Rossi *bull. crist.* ser. V vol. 3, 1892 p. 46. *Ficelia* dicebatur Ficulea etiam temporibus antiquis, vide locos Martialis et libri coloniarum Corp. p. 447 allatos).

Inscriptiones nonnullas in fundo Coazzo repertas, a me omissas et ab Henzeno inter urbanas receptas (Corp. VI 2164. 2165. 8937), hoc loco repetere nolui, quippe vere urbanas, neque ullo modo ad Ficuleam pertinentes. Contra recepi frustula nonnulla in fundo Olevano reperta, nondum in Corpus inscriptionum recepta, quamquam pari iure et haec et reliqua sepulcralia in hac regione reperta urbana iudicanda sunt, cf. quae dixi Corp. XIV p. 447 b.

ad n. 4001. In enumeratione inscriptionum, quae una cum hac ab Amatio exhibentur (*'Borghesiane, Ficulesi, Aprile 1826'*) pro 'n. 4009. 4018. 4036. 4037. 4048. 4051. 4052' scribi debuit 'n. 4009. 4020. 4039. 4040. 4051. 4054. 4055'. — Praeter Nibbyum (immo ante eum) verba *Fanum Bonae deae* ex hac inscriptione (v. 5) citat etiam Coppi *dissert. della pontif. accad. di archeol.* 5, 1835 p. 253 ex *notizie del giorno* 11. Mai. 1826, q. n. v. (inde, sive etiam ex Coppio, sine dubio Nibby).

ad n. 4002 (= Eph. 7 n. 1266). Fugit me, partem inscriptionis illatam in museum Vaticanam editam esse Corp. VI 2314 (cf. add. p. 3318).

ad n. 4012. Plenius quam in libro edito *analisi* Nibbyus in schedis, quas servat Ashby, egit de effossionibus quibus haec inscriptio debetur, et quidem duobus locis, sched. I 117 et III 36: edidit eas narrationes Ashby *papers of the British school* III p. 60 not. Locus, quo inscriptio reperta est, distabat *a casale La Cesarina* plus D pass. sept. versus; repertam eam esse loco non suo Nibbyus in schedis diserte indicat (*'sembra essere stata inserita in un muro'*).

ad n. 4014. Fragmenta *b c d* errore edita sunt inter inscriptiones Tudertinas Corp. XI 4664, propter indicationem schedarum Marinianarum *'nello scavo del Todino'*.

ad n. 4015. Photographice edidit Clemens Herschel in editione aquarum Frontini (*the two books on the water supply of the city of Rome*, Boston [1899]) p. 270.

ad n. 4016. Repetivit Dressel Corp. XV 7460. Propter hanc Funisulani Vettoniani fistulam titulus originis incertae Corp. VI 29703, quo Funisulani complures Augustales pondera et mensuras (rei publicae sine dubio alicui) dedicaverunt, Ficuleae attribuitur ab Ashby *papers of the British school* III p. 54.

ad n. 4017. Repetivit Dressel Corp. XV 7534.

ad n. 4018. E prioribus etiam Dressel Corp. XV 7626. De loco cf. Ashby l. c. p. 49.

ad n. 4031. Ex *giornale arcadico* etiam Corp. VI 23110.

ad n. 4039. 4040. Praeter Nibbyum has memorat etiam Coppi una cum n. 4001 (vide supra ad eam), ex *notizie del giorno* 1826.

ad n. 4054. 4055. Tractavit de Rossi *bull. crist.* 1892 p. 46 seq., qui praeter Amatii adhibuit etiam Settelei schedas, adservatas a marchionibus Ferraioli.

953 cippus marmoreus, *Casale Tor S. Giovanni* (inter viam Nomentanam et Salariam, 10 fere mil. pass. ab urbe), non longe inde orientem versus dicitur rep.

D M
ANNIAE · TYCHE
urceus M · ANNIVS patera
IVVENALIS
CONIVGI · B · M · F

Th. Ashby et misit nobis et edid. *papers of the British school at Rome* III, 1906 p. 50.

954—956 rep. a. 1861 *nel pavimento della chiesa scavata nella tenuta di Olevano.*

954
D | *m*
CASS
M · VII
FIL CA *riss*
P

955
VIX
EPICT
CARIS
SIBI
L·POMP
MERC

956
D M
ARINO ·
i ANVAR ·

Descripsit de Rossi.

---

957 rep. una cum Corp. n. 4011. 4033.

PAVLV *s*
ANNOR
VIII · D
M · OSCIV *s*
LONGV *m* ..

Ex schedis Nibbyi, quas servat, edidit Th. Ashby *papers of British school at Rome* III, 1906 p. 59.

5 sic Nibby altero loco (nam duobus schedarum locis inscriptionem exhibet), LONGI altero.

958 rep. una cum n. 954 seq.

pila

TERMINALI · b · M
QVI VIXIT ANNV

Descripsit de Rossi.

---

959 *Tor S. Giovanni* (cf. n. 953).

\NO
ATRO
ALAE
CILO

Descripsit de Rossi.

---

960 Ficuleae Amati. Romae in museo Kircheriano.

mulier manibus passis inter duos leones	SABVCIVS MAGNVS VIXIT ANNIS LX DEF	columba cum ramusculo oleae

de Rossi *bull. crist.* 1892 p. 49 qui citat Amatii schedas Vat. 9749 f. 45.

FIDENAE. Corp. XIV p. 453. Eph. ep. 7 p. 381.

Memorari debet titulus nuper prope Aecas *(Troja)* Apuliae repertus: *T. Terentius T. f. Taravos,* | *vixit annos LXXXIIII;* | *T. Terentius T. f. Cla. Taravos* | *dictator Fidenis quater;* | *T. Terentius T. f., vixit annos XXI;* | *T. Terentius T. f., vixit annos XXVII (notizie degli scavi* 1903 p. 349).

Episcopos Fidenates nullos videri fuisse exposuit, Marinium (cf. infra ad Corp. n. 4058) secutus, Rossius *bull. crist.* ser. V a. 3, 1892 p. 45 seq.

Graecas inscriptiones in regione Fidenate repertas edidit Kaibel I. G. XIV 1346. 1440 (has duas memorat etiam Nibby *analisi* II p. 303, errore tamen alteram Latinam dicens, indicatque repertas esse *presso la Buffalotta*, qui locus situs est inter vias Salariam et Nomentanam, a *Castel Giubileo* orientem versus, cf. Ashby *papers of the British school* III p. 47 cum tabula adiecta). 1688. 1689 (has ex schedis Amatii edidit etiam de Rossi *bull. crist.* ser. V a. 3, 1892 p. 50; n. 1689, nunc in museo Kircheriano adservatam, delineavit idem l. c. tab. II cf. p. 51).

ad n. 4058 (not., fin.). Commentarium Marinii ad hanc inscriptionem, quem frustra quaesiveram, servari in bibliotheca Vaticana (cod. 9116) ait Rossius l. c.

ad n. 4059. Cf. Eph. ep. 7, 1267.

ad n. 4060. Lancianius *bull. comunale* 1891 p. 327 ex ectypo sic excepit: *tr* MIL · QVAESTORI.

ad n. 4062. Sarcophagus, sed sine operculo, in quo inscriptio extabat, nunc extat Clieveden in Britannia, cf. Robert *Journal of hell. studies* 1900 p. 97.

ad n. 4065. Inscriptio Aeliae Caeciliae Philippae iam est I. G. XIV 1440 (cf. supra, ubi vide etiam de loco, ubi ea reperta est); inscriptio Naeviae Spendusae adhuc ignota manet.

ad Eph. ep. 7, 1269. Extat Romae in museo thermarum Diocletianarum, cf. *Guida del museo nazionale* ed. 1896 p. 10 n. 17.


ad Eph. ep. 7, 1271. Ex Amatio etiam Dressel Corp. XV 7473. De loco, ubi haec fistula reperta est (*'nel grande scavo detto alla Bella Donna'* AMAT.) cf. Ashby *papers of the British school* III p. 49.

ad Eph. ep. 7, 1272. Ex Amatio etiam Dressel Corp. XV 7711 (initio mutilam fuisse non indicat Amati).

ad Eph. ep. 7, 1273. Ediderunt etiam Lanciani *bull. comunale* 1891 p. 326 et Gatti *notizie degli scavi* 1904 p. 402. — 1 ATRONIO (pro APRONIO) Gatti.

---

961 (= Eph. ep. VII n. 1268) fragmentum vasis quadrati; litterae inscriptae in labro vasis aliae extrinsecus, aliae intus. Rep. (a societate viarum ferratarum) ibi ubi fuerunt Fidenae (*espropriata dal sig. Giov. Rotti una parte del monte di Villa Spada*, ad XII chil. viae ferratae Roma Hortam ducentis, *nello ampliamento dell' area per la nuova stazione della Serpentara).* Nunc Romae in museo thermarum Diocletianarum (repos.)



Descripsit Huelsen. Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 109 (inde Eph. ep. l. c.).
[Opi? Dianae?] opifer(ae) sac(rum). D. . . [R]ufus.

Repetivi, quoniam cognomen dedicantis plenius quam antea lectum est ab Huelseno.

---

962 urna marmorea rep. Fidenis, inter fontem *(fontanile)* villae Spadae contiguum et Torre Serpentara.

DIS · MANIBV*s*
GRANIAE · VRBANA *e*
P · GRANIVS
VRBANVS

Descripsit Huelsen a. 1889. Lanciani *bull. comunale* 1891 p. 328.

963 (= Corp. n. 4071) fragmenta duo (*a* longum m. 0.92, *b* m. 0.86) litteris magnis et bonis. Castel Giubileo *sulla bocca della cisterna.*

a	*b*
|· L · SALVIVS|	|OSÍÍIA|

Contulit Huelsen. Tomassetti *archiv. della soc. rom. di stor. patr.* 14, 1891 p. 124 not. 1 cf. p. 114 not. (= *campagna rom. nel med. evo* 3 p. 86. 77). Antea edid. Nibby, cf. Corp. l. c.

b lapidem admittere COSITIA ait Tomass.

---

964 basis parva marmorea, una cum n. 962 vidit Huelsen.

D M
M · SEIO · M · F
SECVNDIANO
FILIO DVLCIS
SIMO IMMATV
RA MORTE ERE
PTO POLYTIMVS
ET HERMETIL
LA PARENTES

Descripsit Huelsen a. 1889.

AQVAE VRBIS ROMAE. Corp. XIV p. 456. 500.

De cippis aquariis urbis Romae iam egit plenissimumque recensum eorum dedit Huelsen huius Corp. vol. VI (4, 2) p. 3124—3130. Ego, ut antea Corp. XIV, ita nunc quoque eos tantum recipio qui intra fines oppidorum veteris Latii reperti sunt; horum antea repertos habes Corp. XIV 4074—4085. 4278; iam procedunt pauci qui post a. 1887 in lucem prodierunt.

---

965 rep. *nei lavori di costruzione del secondo acquedotto della Marcia*, sub Roviano, *a m. 300 a monte del ponte di Anticoli-Corrado, a m. 200 di distanza dal bivio delle vie Valeria e Sublacense.*

MAR
IMP · CAESAR
DIVI · F · AVGVSTVS
EX · S · C
⋈CCXV · P · CC⅃

Borsari *notizie degli scavi* 1890 p. 164 (inde huius Corp. vol. VI n. 31562*f*).

Inserendus est hic cippus inter Corp. n. 4074 et 4075.

966 cippus, circ. 300 metr. a Tibure, *nel versante sud del monte Ripoli, fra la strada di Carciano e la provinciale romana, proprietà Fumaroli.*

M A R
I M P C A E S A R
DIVI·F·AVGVST·EX·S·C
D C C C X V I·P·C C X ⊥

Brigante-Colonna *notizie degli scavi* 1892 p. 52.

---

967 (= Corp. n. 4082) in sacello Deiparae Virginis iuxta villam marchionis Sanctae Crucis Tibure Lesl.

. . . .
DIVI·F·AVGVST·EX *s c*
ↀ CCCIII·P·CC *x l*

Sic Lesley in schedis (cf. supra p. 468) n. 13 melius quam Anonymus apud Lupium cod. Vat. 9143 p. 83.

1 fin. AVGVSTI, 2 fin. lacunam non indicat Anon.

---

968. 969 cippi duo, quos ab oriente oppidi Gallicano, loco dicto *Valle Serra* (iacet ea vallis inter *Colle Grotta dell' Acqua* et *Colle Caipoli)*, suis locis (n. 969 in latere vallis quod Romam vergit, n. 968 *nel versante opposto, cioè dalla parte dei monti tiburtini)* invenit Lanciani.

968

ani
i M P C A E S A R
D I V I·F·AVGVST·EX·S·C·
d C X ⊥ V·P C C X L

Lanciani *bull. comunale* 1899 p. 38; vidit Ashby a. 1900.

3 fin. S *c* Lanc. — 4 in. sic Ashby; ···XIV Lanc. (qui hanc inscriptionem non ipse excepit, sed ab aliis habuit).

969

Λ N I
im P C A E S Λ *r*
d I V I·F·AVG·EX·S *c*
ↀ CXXVI·P·CCX⊥

Lanciani *bull. comunale* 1899 p. 38, cf. etiam *Athenaeum* 22. Apr. 1899 (p. 505).

Pertinent ad Anienem veterem, ut cippi in eadem regione reperti Corp. XIV 4083. 4084 (= VI 31570 *a b*).

---

970 cippus ex lapide Albano rep. prope Grottam ferratam, *contrada Squarciarelli, nel letto della Marrana, verso la presa seconda dell' acqua della Mola grande;* translatus Grottam ferratam in abbatiam.

i VL
imp. CAESAR D *i*
VI·F·AVGVSTV *s*
PONTIF MAXIM
tr IB POTEST·XXXVII — p. Chr. 14
EX·S·C
II

Rocchi *notizie degli scavi* 1893 p. 240 (inde Corp. VI 31563 *c*).

In eadem regione repertus est alius cippus eiusdem aquae Iuliae, quem dedi Corp. XIV 4278 (= Corp. VI 31563*b*; Tomassettius edidit eum etiam *museo ital. di ant. class.* II p. 496). Tertius similis cippus repertus est multo propius Romam, Corp. VI 31563*a*. — Ceterum in hoc solo cippo aquario Augustus appellatus est pontifex maximus, tribunicia potestate; scilicet positus est hic cippus multo post reliquos illos, circa tempus mortis Augusti vel fortasse iam defuncto eo.

VIAE. Corp. XIV p. 457.

971 columna ex lapide Tiburtino, litteris quae videntur esse prioris partis saeculi ab u. c. VII. Repperit Ashby ad viam Praenestinam, paullo ultra Gabios, inter miliarium XIII et XIV ab urbe, *nel tratto che va dall' osteria dell' Osa verso il Ponte di Terra, a destra della strada, distante da questa circa 25 metri, presso il ramo sinistro del fosso di Corzano.* Iam Romae in museo thermarum.

x III
M · POPILLI · M · F
I CAECILI · Q · F ·
CVR

Edidit Th. Ashby *Rendiconti della R. Accad. dei Lincei* ser. V vol. 9, 1900 p. 217 cum imagine p. 218 (ex. I); denuo *papers of the British school at Rome* I 1902 p. 198 (ex. II); tertium, una cum Huelseno, eod. loc. III 1906 p. 206 (ex. III).

1 fuit sine dubio XIII (vestigia numeri alicuius ante III observavit Ashby III). — 2 M·PODILLI ex. II, I POPILI ex. I. — 3 praenomen aut L aut Γ fuisse videtur (N SA⁻CILI ex. II, ////I CILI ex. I). — 4 ante CVR vestigium litterae L exhibent ex. I. II; vestigium eius nullum cerni iam adfirmatur.

4 supplendum fortasse: *[aediles] cur(ules).* Vias suburbanas per aliquod tempus ab aedilibus curatas esse etiam ex aliis titulis constat (cf. Mommsen Corp. X p. 1019 ad columnam antiquissimam viae Appiae Eph. ep. 8, 676. 900 = Inscr. sel. 5801).

972 columna, *dentro le mura dell' Ariccia romana, pochi metri oltre la porta che guarda Albano* videtur vidisse Lanc. Nunc in hortis Chisiorum Aricinis.

IMP · D · N ·
M · AVR · VAL ·
MAXENTIO
PIO · FELICI ·
IN · VICTO · AC · sic
PERPETVO ·
AVG
XVI

Descripsit H. L. Wilson. Edid. Lanciani *bull. comunale* 1891 p. 329.

Non recepi miliarium Maxentianum viae Latinae ab Ashby prope Artenam descriptum *(papers of the British school* I p. 278), quippe ultra fines volumini XIV statutos repertum. — Etiam miliarios repertos sub Roviano, 200 metr. a cippo aquario n. 965, ad bivium viarum Valeriae et Sublacensis, numero XXXVI inscriptos, editos *notizie degli scavi* 1890 p. 160 seq., hoc loco memorasse sufficit, aliquando edendos in Addendis ad Corporis inscr. vol. IX.

INSTRVMENTVM DOMESTICVM.

Tegulae Ostienses et litoris Laurentini. Corp. XIV p. 459,

De tegulis Ostiensibus iam conferendus est Dressel huius Corp. vol. XV 2156—2223.

ad n. 4089, 5 (Corp. XV 716 inter urbanas). Alterum exemplum prodiit in ruderibus villae Laurentinae, cf. Lanciani *monumenti della R. Accad. dei Lincei* XVI 1906 p. 260.

973, 1

a Ostiae [ibi in museo].

b in ruderibus villae litoris Laurentini Lanc.; *proviene da Castel Porziano,* dono regis in museo thermarum Romano Ghisl.

c [Romae apud antiquarium quendam.]

◡ EX OFIC L TVT · IANVARI
FIG SCAVR L T L · P
nux pinea

a Descripsimus ego Corp. XIV 4089, 21 parum accurate, melius Dressel Corp. XV 2158.

b Lanciani *monumenti della R. Accad. dei Lincei* XVI 1906 p. 261; Ghislanzoni *notizie degli scavi* 1906 p. 408.

c Amati ms. Vat. 9755 p. 78.

1 punctum inter TVT et IANVARI, et huius vocabuli ultimam litteram, quae in ex. *a c* deficiebant, exhibent Lanc. et Ghislanzoni.

973, 2 Ostiae.

◡ EX FIG SEM PETRONIORV
MAMER · TE · SEP†M

a C. L. Visconti ms. (inde ego Corp. XIV n. 4089, 20; Dressel Corp. XV n. 2159).
b c d Vaglieri *notizie degli scavi* 1909 p 129, 1909 p. 167, 1910 p. 110.

1 lacunam inter SEM et PETRONIORV indicat Viscontius in ex. *a*, nullam lacunam ibi fuisse apparet ex ex. *b c* (SE////// ex. *d*). — 1 fin. sic lectum est in ex. *a* (///////V ex. *d*, PETRON ex. *b*, PETR//// ex. *c*). — 2 sic ex. *d*, nec aliter *a c* (in fine SEPTI legit Visc. in ex. *a*, SEP/// Vaglieri in ex. *c*; |RESEPT·N| legit Vaglierius in ex. *b*).

Fistulam aquariam Petroniorum Mamertini et Septimiani, quam memoravi Corp. XIV l. c., iam edidit Dressel Corp. XV n. 7511.

973, 3 rep. in praedio Castel Porziano (*b* certe: *tenuta della Capocotta)*, iam dono regis in museo thermarum.

b intra coronam lauream
lineis rectis

○ CASTI
CAESARIs

a Ghislanzoni *notizie degli scavi* 1906 p. 408 cum imagine p. 409 sed parum perspicua. — *b* idem ibid. 1908 p. 478.

Sic exemplum *b*; in ex. *a* ex v. 1 tres tantum ultimae litterae supererant, 2 fin. S non apparebat.

Casti, Caesaris (servi).

973, 4 rep. in praedio Castel Porziano.

intra coronam ex hedera aliisque frondibus compositam
lineis rectis

○ AVGVST
CASTVS

Ghislanzoni *notizie degli scavi* 1906 p. 410 cum imagine p. 409.

Augusti (servus) *Castus.*

973, 5 *a* rep. in praedio Castel Porziano. — *b* [Velitris in museo Borgiano antea, iam Neapoli in museo].

intra coronam lauream
lineis rectis

○ CASTI
CÆS · ARIS
AVGV

a memorat, non edidit, Ghislanzoni *notizie degli scavi* 1906 p. 409 (*'mattone frammentato col bollo edito C. I. L. XV 919')*; *b* descripsit Dressel Corp. XV n. 919. Habet etiam Marini *iscr. dol.* n. 293 a Raponio.

'Pro litterarum ac sigilli forma tegula videtur esse saeculi I fere medii' Dress. — 2 'punctum in media voce *Caesaris* positum centrum est sigilli circularis' idem.

973, 6 Ostiae.

▭ corona (?) CASTI · C|*aesaris augusti*

Vaglieri *notizie degli scavi* 1909 p. 178.

Q·CASTI·C| ed. Vaglieri, sed addit Q fortasse esse coronam.

973, 7 Ostiae.

◡ EX · OFICINA EGRILI
EVTYCH

Vaglieri *notizie degli scavi* 1906 p. 447.

Egrilii Eutychi complures in inscriptionibus Ostiensibus (v. indicem s. v., Corp. XIV p. 512).

973, 8 Ostiae.

◡ ? *nas*|ENNI · EYTYCH|*i*

Vaglieri *notizie degli scavi* 1906 p. 447.

Nasennii multi in inscriptionibus Ostiensibus.

Tegulae Lanuvinae.

974, 1

a Civita Lavinia in aedibus Seratrice.

b rep. inter Asturam vel potius inter San Donato, ubi reperti sunt tituli Eph. ep. 8, 648, 650, et Circeios (S. Felice), in ruderibus antiqui aedificii, a *lago di Caprolace* inter sept. et orient. versus circ. 100 metr.; deinde *Casale di Fogliano.*

▭ *b* SACRA · LANVIO
a *sacra la*|NVIO

a Descripsi.

b Th. Ashby *mél. de d'École franç. de Rome* 25, 1905 p. 203.

Pertinuerunt ni fallor hae tegulae ad aedem sacram celeberrimam Iunonis Sospitae Lanuvinam (cf. Corp. XIV p. 192). Ut Dianam Tifatinam (cf. Mommsen Corp. X p. 367, item inscr. meas selectas n. 3240/1), ita etiam Iunonem Lanuvinam habuisse patrimonium suum inde colligi potest, quod ab ea a. u. c. 718 pecuniam mutuam sumpsit Caesar Octavianus (Appian. bell. civ. 5, 24). In agris igitur deae Lanuvinae dicatis has tegulas factas crediderim. *Sacra* vocabulum puto significat rem sacram, in patrimonio deae constitutam. Conferendae

sunt tegulae Campanae inscriptae *Mefitu sacra* (Corp. X p. 976 ad n. 3811 = Inscr. sel. 4027 not.). (Etiam in titulis votivis quibusdam antiquissimis adscriptum reperitur *sacra*, ubi expectaveris *sacrum;* vide Inscr. meas select. n. 3096 not. 2, 3681 not. 1). — *Lanv-* pro *Lanuv-* non raro reperitur, cf. Corp. XIV p. 191 not. 2. — Locus, ubi reperta est tegula *b*, sine dubio fuit extra territorium Lanuvinum, sed non ita longe a finibus eius.

974, 2 rep. et adservata cum n. 974,1 *b*.

▭ M̲ · LEPIDI

Th. Ashby l. c.

Fortasse Manius Aemilius Lepidus consul a. p. Chr. 11.

Tegulae agri Tusculani et Albani. Corp. XIV p. 461.

Cf. Dressel huius Corp. vol. XV n. 2224—2290.

ad n. 4090, 2. Cf. infra n. 975, 1.

ad n. 4090, 44. 45 (cum add. p. 498) (Corp. XV 1239). *Iduarius* cognomen est etiam Corp. VI 17686. — Ex alio exemplo huius sigilli superfuit fragmentum quod loco *i Pallotta,* inter Frascati et La Colonna, descripsit Stevenson (sched.), unde edidit Ashby *papers of the British school* I p. 275 not. 2, sic: DVARI.

ad n. 4090, 66 (Corp. XV 2277). De loco, ubi inventum est exemplum Tusculanum, egit Grossi-Gondi *Civiltà cattol.* 1904 vol. 3 p. 427, vol. 4 p. 435; monet ille, nequaquam certo constare de loco, et minus recte a quibusdam locum eundem putari atque eum quo sunt aedes villae Rufinellae (cf. eiusdem *il Tuscolano nell' età class.* p. 89); idem ait *(Civilt.* l. c. 4 p. 436 not. 2, item *il Tuscolano nell' età class.* p. 151 not. 3), exemplum hoc, etiam Dresselio visum in museo Kircheriano, iam servari in museo thermarum Diocletianarum. — Simile, non idem, videtur fuisse sigillum repertum Terracinae a. 1894: ƵLI (*notizie degli scavi* 1894 p. 102).

975, 1 Albani in catacumbis ut videtur rep.

leg ĪĪPS

G. Schneider *nuovo bull. crist.* 12, 1906 p. 155.

Est aliud exemplum tegulae Corp. n. 4090, 2, in fine plenius ut videtur. *[Leg(ionis)] II P(arthicae) S(everianae?).*

975, 2 *in territorio di Colonna, contrada Pasolina.*

▭ Q · LEPIDI

Marchetti *notizie degli scavi* 1892 p. 25.

Fortasse superfuit ex una tegularum in hac regione reperiri solitarum, *Q. Lepidi Hilari*, *Q. Lepidi Hermia(e)*, *Q. Lepidi Iduari* (Corp. n. 4090, 9. 43—45); cf. etiam tegulas solo *Lepidi* nomine inscriptos Corp. XV 1237.

Tegulae Praenestinae. Corp. XIV p. 465. 498.

Tegulas Praenestinas post me composuit Dressel huius Corp. vol. XV n. 2291—2376.

n. 4091, 3 (Corp. XV 2293). Alia duo exempla prodiisse *nel fondo de Prosperis contrada la Conserva* narrat V. Cicerchia *notizie degli scavi* 1900 p. 635.

n. 4091, 14 (Corp. XV 2303). Aliud exemplum huius sigilli, in quo clare cernitur NAVT, prodiit Gabiis in ruderibus ecclesiae S. Primitivi, impressum in eadem tegula, in qua praeterea sigillum infra editum n. 976, 1; memorat Ashby, edid. I. C. Egbert una cum n. 976, 1 ubi vide.

n. 4091, 15 (Corp. XV 2304). Quartum exemplum Praeneste repertum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 302. 694; quintum prodiit prope Frascati, *villa Mondragone*, loco dicto *la Riserva:* cf. Grossi-Gondi *bull. arch. comunale di Roma* 1898 p. 337.

n. 4091, 17 (Corp. XV 2306). Alia exempla recensent E. Gatti *notizie* 1903 p. 25, Vaglieri ib. 1907 p. 694.

n. 4091, 19 (Corp. XV 2308). Aliud exemplum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 694.

n. 4091, 21 (Corp. XV 2310). Aliud exemplum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 694. Praeterea Dressel (Corp. XV l. c.) huc trahit etiam n. 4091, 36.

n. 4091, 24 (Corp. XV 2313). Aliud exemplum Praeneste repertum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 302. 688. Exemplum repertum ad XIV miliarium viae Labicanae edid. Grossi-Gondi *bull. comunale* 1902 p. 324.

n. 4091, 26 (Corp. XV 2314). Alia tria exempla recenset E. Gatti *notizie* 1903 p. 25.

n. 4091, 29 (Corp. XV n. 2316). Fortasse ex eiusdem sigilli alio exemplo superest fragmentum repertum in agro Tusculano (viam Labicanam versus), *località Grotte Dama,* quod edidit sic Grossi-Gondi *bull. comunale* 1902 p. 106: P·CENSORINI.

n. 4091, 31 (Corp. XV 2318). Aliud exemplum, inter Praeneste et Genazzano ut videtur a. 1859 repertum, ex actis curatoris antiquitatum pontificii citat Dressel Corp. XV l. c.; aliud prope S. Cesario in ruderibus dictis *riserva della nave* repperit Tomassettius *archiv. della società rom. di stor. patria* 27, 1904 p. 462 not. 1.

n. 4091, 34 (Corp. XV 2321). Alia exempla memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 302. 688.

n. 4091, 36. Cf. supra ad n. 4091, 21.

n. 4091, 40 (Corp. XV 2327). Aliud exemplum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 694.

n. 4091, 41 (Corp. XV 2328). Huc pertinet fragmentum editum a Vaglierio *notizie* 1907 p. 592: |STITVTI.

n. 4091, 42 (Corp. XV 2329). Alia exempla memorant E. Gatti *notizie* 1903 p. 25, Vaglieri ib. 1907 p. 694.

n. 4091, 43 (Corp. XV 2330). Aliud exemplum Praeneste repertum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 302, unum Gabiis repertum Th. Ashby *papers of the British school at Rome* III p. 196.

n. 4091, 45 (Corp. XV 2331). Aliud exemplum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 694.

n. 4091, 58 (Corp. XV 2340). Aliud exemplum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 302.

n. 4091, 60 (Corp. XV 2342). Aliud exemplum exhibet E. Gatti *notizie* 1903 p. 25.

n. 4091, 64 (Corp. XV 2346). Alia exempla memorant E. Gatti *notizie* 1903 p. 25, Vaglieri ib. 1907 p. 694.

n. 4091, 67 (Corp. XV 2349). Aliud exemplum Praenestinum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 688. Praeterea duo exempla Gabiis reperta ex schedis Stevensonii edid. Th. Ashby *papers of the British school at Rome* I 1902 p. 197 sic: CP EI SABINI.

n. 4091, 68[a] (Corp. XV 2350[a]). Aliud exemplum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 302 not.

n. 4091, 68[b] (Corp. XV 2350[b]). Exemplum repertum prope Genazzano edidit Borsari *notizie* 1901 p. 514.

n. 4091, 71 (Corp. XV 2353). Alia exempla prodierunt Gabiis — cf. Th. Ashby *papers of the British school at Rome* I p. 194 — et loco agri Tusculani dicto *Grotte Dama;* edid. id Grossi-Gondi *bull. comunale* 1902 p. 106.

n. 4091, 72 (Corp. XV 2354). Aliud exemplum Praeneste repertum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 302. 694; aliud Berolini in museo adservatum, quo venit inter res a Kollero collectas, Dressel Corp. XV l. c.

n. 4091, 78 (Corp. XV 2359). Aliud exemplum memorat Vaglieri *notizie* 1907 p. 688.

n. 4091, 89 (Corp. XV 2369). Alia duo exempla ed. Gatti *notizie* 1903 p. 25.

976, 1 Gabiis in ruderibus ecclesiae S. Primitivi rep.; in eadem tegula etiam sigillum M. Nautii quaestoris (Corp. XIV 4091, 14, cf. supra).

▭ C · GEM · RVF · Q

Th. Ashby *papers of the British school at Rome* III 1906 p. 205; I. C. Egbert *supplementary papers of the American school in Rome* II p. 275 imaginem.

In una eademque tegula et hoc et Nautii sigillum impressum esse indicat Egbert et clare ostendit imago ab eo edita; tacet de ea re Ashby.

976, 2 Praeneste.

▭ C · MINVCI · C · F
Q

Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 694.

Haec et quae praecedit accedunt ad tegulas quaestorum Praenestinorum dudum notas Corp. 4091, 12—14.

976,3 Praeneste.

○ ///ENI · SECVNDI · ·
palma

Vaglieri *notizie* 1907 p. 694.

976,4 Praeneste.

▭ SENTIb TYtAN

a E. Gatti *notizie* 1903 p. 25.
b Vaglieri ib. 1907 p. 694.
T. Sentidii Prisci tegulas Praenestinas habes Corp. 4091, 71.

Tegulae Tiburtinae. Corp. XIV p. 471.

ad n. 4092, 16 (Corp. XV 2385). Revillas hanc et Corp. XV 1061, 5. 1075, 23 fortasse habuit a Silvestro Petronselli cive oppidi S. Gregorio (cf. supra n. 896. 901), cuius epistulas de ruderibus *Colle Faustiniano* agri Tiburtini detectis, datas ad illum d. 7. et 13. Sept. 1739, citat Th. Ashby *papers of the British school at Rome* III 1906 p. 132 not. 3; memoratur autem ibi tegula in qua QSE tantum litterae videntur legi potuisse.

977 prope Tibur (trans Anienem) in horto monasterii quod fuit S. Antonii.

traditur:	*lege:*
▭ CAECINA EXOCHI	CAECI *li* A *e* EXOCH *es*

Th. Ashby *papers of the British school at Rome* III p. 162.
Paene eodem loco (nam a *S. Antonio* paucis passibus distat *Quintiliolo)* reperta est tegula CÆCILIÆ | EXSOCES (Corp. XIV 4092, 11 = XV 2383); unde correxi.

Vascula fictilia Praenestina.

978,1 in vasculo fictili nigro *(piccola coppa di terra nera, ombelicata)*, intus scriptum colore albo. Praeneste.

ƆEMENI · CORDI

Gatti *notizie degli scavi* 1905 p. 123 (inde Lommatzsch Corp. I ed. 2 n. 457).
Gemna Cordia Praenestina est Corp. n. 3105. — Similis litterae G forma in aere Praenestino Corp. n. 2863.

978, 2 in fundis vasculorum nigro colore obductorum impressum. Praeneste rep. (*a* nunc in repositis musei thermarum Diocletianarum; *b* fuit apud Garruccium).

a	*b*	*c*
M · ᑎKCI · M · |	M · ORCIIVI	M · ORCIIVIVS

a Descripsit Dressel Corp. XV n. 6095. Stevenson *bull. dell' Inst.* 1883 p. 29.
b Garrucci *bull. dell' Inst.* 1886 p. 25, syll. n. 2230.
c Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 143.

a: M. Orci M. [f.] intellegit Dressel; sed fortasse collatis *b* et *c* praestat explicare *M. Orci(vi) M. [f.]* (vel etiam *M. [s.]*); Orcevii passim reperiuntur in inscriptionibus antiquissimis Praenestinis (Corp. XIV ind., p. 520; supra n. 830—832).

Specula aenea Praenestina. Corp. XIV p. 473.

Speculorum et vasculorum aeneorum Praenestinorum inscriptiones Latinas in posterum reperies in editione nova voluminis primi Corporis inscriptionum Latinarum p. 428 seq. n. 547—570, quam curat Ernestus Lommatzsch.

ad n. 4104. Koerte *etruskische Spiegel* V tab. 151 cf. p. 197.

---

979 speculum male habitum. Praeneste rep., est ibi in museo.

a
NOCIORV///
L//VALERI

b
TO●⌒OᑭOS

phallus (?)
taenia cinctus (?)

senex calvus sedens — cygnus — *c* AᑭCIS — femina stans

Delineavit Vaglieri *notizie degli scavi* 1907 p. 480 cf. p. 479; vidi ipse.

a NOCI videtur incisum esse, deinde ORV potius quam OPV.

b TO//DOFOS Vaglieri; ex D littera, si vere fuit D, particula tantum superest. Ut figurae, ita etiam inscriptiones neglegentissime incisae.

a 2 *L. Valeri* (nam sic videtur legendum esse) artificis fortasse nomen; ac possis conicere (cum Vaglierio), *a* 1 latere *[h]oc opu[s]*, vel etiam *b* fin. intellegendum esse . . *opos.* — *c: Ancis* pertinere videtur ad figuram feminae stantis; *Acila* vocabulum, in speculo Corp. n. 4104 adscriptum ad figuram puellae, contulit Koerte.

Figura supra cygnum delineata phallum significari taenia cinctum dubitans coniecit Koerte; '*idoletto primitivo con fiocchi o tintinnaboli?*' Vaglieri.

980 speculum Praeneste rep. [Parisiis fuit apud comitem M. Tyszkiewicz].

iuvenis et puella in abaco ludentes

supra iuvenem — retro puellam

OΓEINOD — DEVINCAM · TED

Comparetti *rendiconti della R. Acc. dei Lincei* 1889 I p. 253; Froehner *collection Tyszkiewicz* (Monach. 1892) tab. 28 cf. p. 26 seq., *coll. d'antiquités Tyszkiewicz* (catal. auct. Paris. 1898) p. 45 n. 131; Koerte *etrusk. Spiegel* V tab. 146 cf. p. 191. Lommatzsch Corp. I ed. 2 n. 547.

Loqui videtur iuvenis: *opeinor* (scriptum *opeinod*, fortasse littera *r* ad *d* vicinam adsimulata, ut in titulo Falisco Corp. XI n. 3081, de quo monuit Froehner, est *pretod de*), *devincam ted.*

Vascula aenea Praenestina. Corp. XIV p. 475.

n. 4109. Imago, confecta a. 1872, edita est *monumenti dell' Instituto*, suppl. (1891) tab. XV. XVI cf. p. 3.

n. 4110. Iam Lugduni in museo; cf. *catalogue sommaire des musées de la ville de Lyon* [1899?] p. 233 n. 72.

n. 4112. Inscriptionem accuratissime delineavit B. Graef apud Benndorf *Wiener Vorlegeblätter für archaeol. Uebungen*, 1889 tab. XII fig. 1ª.

Inscriptiones vasculi aenei Praeneste reperti, in quo caelati sunt coqui cenam praeparantes numero septem (Duvau *mélanges de l'Ecole franç. de Rome* X. 1890 tab. VI cf. p. 303 seq.; Engelmann *Jahrb. des archaeol. Instituts* VI 1891 p. 174; Froehner *collection Tyszkiewicz* 1892 tab. XXIX cf. p. 27, *coll. d'antiquités Tyszkiewicz* 1898 tab. XII fig. 132 cf. p. 45), hoc loco non repetivi, receptas in voluminis primi Corporis inscr. Lat. editionem quae paratur alteram p. 430 n. 560.

Tabulae lusoriae. Corp. XIV p. 479.

981 tabula marmorea, rep. *vigna Gentilini*, cf. supra n. 680. 681.

VALENS | VINCAS

Lanciani *bull. comunale* 1905 p. 142.

Scr. VALEAS.

AD FALSAS.

ad n. 209*. F. Grossi-Gondi *le ville tusculane nell' epoca classica e dopo il rinascimento* (Rom. 1901) p. 305, item *il tusculano nell' età classica* (Rom. 1908) p. 116, monuit Hannibalem Caro in epistula data Frascati d. 14. Sept. 1565 narrare, villulam a se extrui *nel tusculano nel loco proprio di Lucullo, che così mi hanno chiarito i vestigi degli grandi monumenti e d'alcune lettere che vi ho trovate (Lettere inedite di Annibal Caro* vol. III, Mediol. 1830, p. 117). Ex his epistulae de vestigiis aliquarum litterarum verbis Grossi-Gondi collegit, Luculli nomen in lapide antiquo a Caro lectum esse; indeque fidem adstruit 'inscriptionibus quorundam lapidum' (sic Kircher) teste Kirchero Frascati in villa Ludovisia inventorum: *L. Lucul. Luc. f.;* locum villulae a Caro extructae non diversum esse a villa Ludovisia, iam Torlonia. — Speciosa haec, sed valde incerta. Fama villae Luculli tam saeculo XVI quam saec. XVII efficere potuit, ut modo poeta aliquis, ut Caro, modo homo doctus sed ingentis socordiae, ut erat Kircher, in lapide Luculli nomen legere sibi persuaderet.

ad n. 284*. Babelon et Blanchet *Bronzes antiques de la Bibliothèque nationale* p. 734 n. 2420.


ad n. 440*. Cf. supra p. 485.

H. Dessau.

DE TEGVLIS QVIBVSDAM IN BAETICA REPERTIS.


A *a* Carteiae *(el Rocadillo)* rep., a. 1860: servabat Gibraltare Iosephus Salazar tonsor.
b c Hastae Regiae *(Mesa de Asta)* rep., deinde ut videtur Cadiz.
d e Ilipae *(Alcalá del Rio)* rep.

a



litteris v. 1 cm. 1, 2
v. 2 cm. 1, 4

b



litteris cm. 1, 2

c *m. (?) petr* |VCIDIVS · M · F
leg *pr* |ƆPR · M · LICI

d *m. (?) pe* TRVCIDIVS
leg PRO · PR

e PR · PR

a Repraesentavi ad ectypum, quod ex Hispania reportavit Huebner. Edidit Huebner *Monatsberichte der k. preuss. Akademie* 1860 p. 635, Corp. II 4967, 1[a]. — Huius ipsius exempli pars, continens utriusque versus dimidiam partem posteriorem (v. 1 |IDIVS · M · F, v. 2 |PR · M · LICI), videtur esse fragmentum, a. 1865 in Britanniam translatum, quod, descriptum ab Haverfieldio, edidit Huebner Corp. II suppl. p. 1004; nam etiam aliae res antiquae, ab eodem tonsore collectae, in Britanniam migrarunt (Huebner *Monatsber.* l. c.).

b Repetivi imaginem quam edidit Fita *bol. de la R. Acad. de la Historia* LVI 1910 p. 74. Antea edidit Marianus Pescador in ephemeride mihi non visa *Boletín de la Comisión de Monumentos históricos de Cádiz* an. II, 1909 p. 228.

c Fita l. c. p. 75 edidit imaginem; antea edidit Pescador l. c.

d e ex schedis Patricii Gutierrez Bravo presbyteri Hispalensis (defuncti a. 1793), qui acceperat ab amicis, edidit Huebner Corp. II n. 4967, 1 *b c*.

b d e possunt pertinuisse etiam ad genus B (vel ad aliud adhuc ignotum); minime enim certum est, in harum v. 2 fuisse M · LICI, cf. infra.

Praenomen Petrucidii utrum *Marcus* an *Manius* fuerit, non certum; M legit Huebner in ex. *a*; sed imago exempli *b* edita a Fita clare exhibere videtur |V, id est litterae M hastas quartam et quintam (atque etiam in prima editione loco praenominis est V), in ectypo autem exempli *a* hasta quinta adest quidem, sed ita tenuis, ut eam casui potius attribuerim.

B Italicae rep., servat Almendraleji marchio de Monsalud.



litteris v. 1 cm. 1,4
v. 2 cm. 0,8

[M. (?) Petr]ucidius M. f.
[leg. pr]o pr., Alex. St.

Repetivi ad ectypum optimum, missum mihi a marchione de Monsalud, qui ipse edidit *bol. de la R. Academia de la Historia* L 1907 p. 251 n. 9. Supplevit editor.

Tegularum harum alterum genus dudum notum, postquam ante quinquaginta annos exemplum eius unum integrum ex taberna tonsoris Gibraltarensis protulit Huebner; alterius exemplum fractum nuper edidit marchio de Monsalud. — Huebnerus, qui recte propter formam litterarum statuit tegulas esse aetatis Augusti vel etiam antiquioris, putavit in iis memorari Petrucidium legatum pro praetore M. Licinii proconsulis Baeticae. Sed praeterquam quod Baetica proprium proconsulem accepit demum sub finem vitae Augusti, per omnem paene principatum Augusti recta a legatis Augusti pro praetore provinciae Hispaniae ulterioris[1]), M. Licinium proconsulem omnino expulit tegula B, in quo loco

---

[1]) Veterem quaestionem, quando Baetica senatui tradita proprium proconsulem acceperit (Marquardt *Staatsverw.* I ed. 2 p. 253), diremit anno 1889 repertus titulus statuae aureae pondo centum, quam imperatori Augusto patri patriae, id est post a. u. c. 752, Romae in foro Augusti posuit ipsa provincia, *beneficio eius et perpetua*

nominis *M. Lici(ni)* scriptum est *Alex. St.* Apparet tam M. Licinium quam Alexandrum St.... (cf. infra) fuisse inter eos qui iussu vel auctoritate Petrucidii legati pro praetore per varia Baeticae oppida tegulas faciendas vel potius opera quaedam struenda curaverunt. Quomodo autem factum est, ut legatus pro praetore in tot oppidis Baeticae, Italicae, Ilipae, Hastae, Carteiae nescio quae aedificia extruere vel reficere iuberet? Ambitione quadam commotus hoc ille fecit, an favore et liberalitate erga municipia provinciae? Nisi valde fallor, mira haec operositas legati non pacis tempore orta est, sed bello, vel potius cum bellum immineret, et quidem civile bellum (nam aliud bellum illis temporibus Baetica vix perpessa est), cum moenia oppidorum certatim contra adversarios reficerentur. Bello civili a. u. c. 707. 708 duces partium Pompeianarum in Africa, Attius Varus et Considius Longus, *leg(atus)* uterque *pro pr(aetore)*, Curubis oppidi moenia exaedificaverunt, teste titulo, quem illustravit Mommsen Herm. 30, 1895 p. 456, repetivi ego Inscr. sel. 5319 (legati propraetore dici voluerunt duces illi Metelli Scipionis, qui iis tunc temporis 'unus erat imperator populi Romani', bell. Afr. 4). Similiter legatus aliquis Sex. Pompeii, L. Plinius L. f. Rufus, a. u. c. 715 vel paullo post Lilybaei portam et turres faciendum curavit, teste titulo Lilybaetano, quem edidit Mommsen l. c. p. 460. Petrucidium legatum pro praetore crediderim fuisse Cn. Pompeii filii, qui, cum a. 708 ex Ebuso insula in Hispaniam traiecisset[1]) et apud Carthaginem novam imperator acclamatus esset[2]), mox pleraque Baeticae oppida occupavit[3]). Sed cum multi essent in provincia etiam Caesaris fautores, prope essent Caesaris legati Fabius Maximus et Pedius[4]), denique ipsius Caesaris adventus expectaretur, Pompeius omnibus viribus singula oppida, quae ei se dederant, tutari debebat. Carteia, ubi una ex tegulis Petrucidii reperta est, Pompeio dudum se dederat eoque ille se recepit, cum apud Mundam victus fugam capesseret (bell. Hisp. 36). Hasta quoque, ubi repertae sunt tegulae A *b c*, memoratur inter civitates, quae Pompeii fuerant et post proelium apud Mundam factum Caesari se dederunt (bell. Hisp. l. c.). Denique Italica et Ilipa non potest dubitari quin Pompeii fuerint, cum vicina Hispalis etiam post Mundense proelium defensionem contra Caesarem temptaret (bell. Hisp. 35. 36). — Petrucidius, quem iussu Pompeii oppida illa munisse coniicio, plane ignotus; sed item nobis non notus nisi ex nummis, quos in Hispania cudit, alius legatus eius pro praetore M. Poblicius[5]); pariter non notus nisi ex nummis quaestor eius M. Minatius Sabinus; apparetque quam recte olim iudicarit Mommsenus (*Roem. Münzwesen* p. 657): *dass*

---

cura pacata (Inscr. sel. 104 = Corp. VI 31267), sine dubio eo ipso tempore quo ab Augusto, utpote 'pacata', senatui reddita est, non multis annis postea. Cf. Kornemann *Festschrift O. Hirschfeld* (1902) p. 232.

[1]) Drumann III ed. 2 p. 566.

[2]) Imperatorem eum dictum esse constat ex nummis (Eckhel 5, 281; Babelon II p. 344 seq.), ita appellatum eum esse, cum Carthaginem obsideret, videtur colligi posse ex Dione Cassio 43, 30 (στρατηγὸν αὐτοκράτορα αὐτὸν ἑλόμενοι). Cf. Willers *Roem. Kupferprägung vom Bundesgenossenkrieg auf Claudius* (1909) p. 92 (paullo aliter Borghesi opp. 1, 157).

[3]) De bello civili anni 705 cogitari non potest, quoniam eo bello Baeticam tenebat legatus Pompeii M. Terentius Varro.

[4]) Drumann l. c. p. 568.

[5]) Mommsen, Röm. Münzwesen p. 651. Babelon II p. 344 seq.

sowohl der Proquästor M. Minatius Sabinus als der Proprätor M. Poblicius anderweitig völlig unbekannt sind, ist bezeichnend für die abenteuernde und von den leitenden Männern der Partei preisgegebene Expedition des jüngeren Pompeius. Ceterum Petrucidius legatus non solum ipse ignotus, sed etiam nomen eius paene inauditum, praeterea repertum nisi fallor in solo titulo agri Piceni Inscr. sel. 6132^{b} = *Notizie degli scavi* 1895 p. 414[1]). Fortasse Petrucidius legatus Pompeii oriundus erat ex regione illa, veteribus Pompeiorum clientelis referta (Vell. 2, 29, 1; cf. Drumann ed. 2 III p. 387). — *M. Lici(nius)* et *Alex(ander)* sive *St(atii)*, sc. servus, sive *St(atius)*, sive quo alio nomine fuit, cuius condicionis homines fuerint, non liquet; M. Licinius potest fuisse praefectus aliquis militaris; Alexandri nomen indicat servum vel certe libertinum. Iam quomodo post proelium Mundense Hispalim oppidum contra Caesarem acerrime defendit, auxiliis etiam ex Lusitania accitis, Philo aliquis (bell. Hisp. 35. 36), quem libertinum fuisse nomen indicat, ita Italicae, ubi tegula Alexandri nomen inscriptum habens reperta est, potest libertinus moenia contra Caesarianos refecisse. Sed magis crediderim tam Licinium quam Alexandrum fuisse conductores operarum vel opificum praefectos, a legato pro praetore ad munimenta facienda adhibitos, illum in oppidis maritimis vel orae vicinis Carteia et Hasta, hunc in oppido mediterraneo Italica[2]). Atque adeo fieri potest, id quod probabiliter suggessit O. Hirschfeld, ut in tegula B litterae ST non cum Alexandri nomine coniungendae sint, sed simpliciter intellegendum sit: *Alex(ander) st(ruxit).*

[1]) Etiam cognatum Petrusidii nomen videtur fuisse Picenum, certe reperitur in titulis Piceni Corp. IX 5777. 5778 (praeterea semel Romae I. G. XIV 1958, semel Antii Corp. X 6742, qui tituli de origine horum hominum nihil docent). Etiam in titulo agri Piceni supra citato propter peculiaritatem quandam scripturae non *Petrucid-* sed *Petrusid-* intellegendum esse coniecit Pascal *Notizie* l. c. p. 415, nescio num recte. — Ceterum de his et similibus nominibus regioni illi Italiae propriis cf. Schulten, *Beitr. z. alten Geschichte* [Klio] III 1903 p. 240 seq.

[2]) Ilipenses tegulae A *d e*, utrum post Petrucidii nomen Licinii habuerint an Alexandri an aliud nobis ignotum, non constat.

H. Dessau.

ADDITAMENTA QVINTA AD CORPORIS VOLUMEN VII.

Septimo Corporis volumini a. 1873 emisso supplementa adiecimus Huebner a. 1876. 1877. 1879 (Eph. epigr. III. IV), ego anno 1889 (Eph. epigr. VII). Quod iam prodit supplementum quintum, proventum inscriptionum Britannicarum annorum 1890—1911, item quae ad titulos dudum editos addenda videbantur continet. Contuli huius supplementi causa non solum titulos novos fere omnes, sed etiam antea repertos permultos; praeterea ex schedis quae in bibliothecis latebant studiose conquisitis multa enotavi. Contra novorum titulorum editiones non paucas sprevi, quippe quae alia ab alia pendeat, dum imperitus imperitum expilat. Cum autem viderem scripta permulta apud nos edita, lectu vere digna, exteris fere ignota esse, de rebus Romanis Britanniae interdum fusius egi quam huius Ephemeridis consuetudo ferebat.

Occubuerunt fere omnes supplementi mei prioris adiutores, C. R. Smith et Ioh. Clayton a. 1890, Ioh. C. Bruce a. 1892, Iac. Raine a. 1896, A. W. Franks a. 1897, R. S. Ferguson a. 1900; denique inde ab a. 1903 auxilio caremus Mommseni, summi viri. Novos amicos, quorum auxilio usus nova haec additamenta paravi, infra suis locis nominavi; hoc loco gratias agere liceat amico docto Scotico, Georgio Macdonald, et Hermanno Dessau, qui mihi in edendis titulis operam navavit; nonnulla me habuisse a Domaszewskio et Ritterlingio libenter confiteor.

Additamenta haec absolveram a. 1910; titulos postea repertos et nonnulla quae ad titulos editos pertinebant, dum opus imprimitur, addidi; novissima in mantissa (p. 683 seq.) adieci; emisi tandem opus mense Sept. a. 1912.

I. DVMNONII *(Cornwall, Devon).* Corp. p. 12. Eph. 3 p. 114; 7 p. 275.

Cornubiae metalla ceterasque antiquitates Romanas strictim tractavi *proc. soc. antiq. Lond.* XVIII 117 et *Mélanges Boissier* (Parisiis 1903) p. 249: de metallis vide infra Cap. LXXVI. Antiquitates in Devonia repertas qui recensere conatus est R. N. Worth *(transactions Devon association* XXIII 77) rem parum bene gessit.

---

982 *Winsford Hill*, in confinibus Somersetiae et Devoniae, a. 1890 detectus lapis rudis magnus.

CARACI

NEPVS

Descripsit Rhys: ediderunt J. Ll. W. Page *Exploration of Exmoor* (Lond. 1890) p. 91, Rhys *Academy* m. Aug. 1890 p. 179 cf. Sept. p. 201 et *Archaeologia Cambrens.* 1891 p. 29 cum tabula; inde ego *Victoria Hist. of Somerset* I 369.

Titulus est Celticus potius quam Romanus, saeculi fortasse quarti vel quinti; verbum *nepus* (i. e. *nepos*) hic gentem vel stirpem significare Rhys demonstravit, confer titulum Camulodunensem infra n. 1005.

II. DVROTRIGES *(Dorset).* Corp. p. 13. Eph. 3 p. 311; 4 p. 195.

983 prope *Dorchester*, ubi Durnovaria sive Durnonovaria (Itin. Ant. 468) fuisse putanda est, in vico suburbano *Fordington* rep. dum ecclesia a. 1908 instauratur, lapis fractus 35 dig. altus, 28 dig. latus, marmoris Purbeckiani, litteris bonis.

////////

G · A R I//

C I V I S D O M

A N [illegible] L

R V F I N V S E T

[illegible] A R I N A E T

A V I T A F I L I E I V S

E T *r* O M A N A · V X C *r*

Ioh. Wordsworth, episcopus Sarisburiensis, descripsit; W. H. Hope imaginem photogr. misit. Edita est, non recte, *assoc. journ.* 1908 p. 145; *Antiquary* 1908 p. 154.

Initio periit fortasse unus versus. — 2 *civis Rom(ani)* [nisi fuit *civis Dom* · · · ·].

III. CLAVSENTVM *(Bittern* prope *Southampton).* Corp. p. 15.

Reliquias Clausentanas tractavimus ego *Vict. Hist. Hampshire* I 330—339, G. E. Fox *proc. soc. antiq. Lond.* XIX 56.

ad C. n. 4. Contuli: v. 5 lege SMAN≡: asservatur in Hartley College, Southampton. — De miliariis hic repertis vide infra p. 632 n. 1249 seq.

IV. *Hants.* VENTA BELGARVM *(Winchester).* Corp. p. 15. Eph. 7 p. 275.

Antiquitates in comitatu Hants repertas tractavi *Victoria History of Hampshire* I p. 265—348; de Venta dixi ibid. p. 285—293.

984 Apud *Clanville*, prope *Appleshaw* et *Andover* (cf. infra n. 1300 a b), a. 1897 inter rudera villae rusticae rep. cippus rudis quadrangulus, 12 dig. latus, 14dig. altus: titulus integer est.

MAVR
K λRINO
NCAES

Descripsi: edidimus G. H. Engleheart *Archaeologia* LVI 2, ego *Victoria Hist. Hampshire* I 297.

Lapidem, miliariis saeculi tertii exeuntis haud dissimilem, cum quattuor fere chil. a via romana repertus sit, miliarium fuisse non crediderim. Cf. infra p. 636 (ad C. n. 1165).

V. CALLEVA ATREBATVM *(Silchester).* Corp. p. 16.


Oppidum Romanum totum, forum, templa, balnea, ecclesiolam Christianam, aedificia privata, portas denique et moenia oppido circumdata fossionibus laudabili constantia per viginti annos 1890—1909 continuatis G. E. Fox, W. H. Hope M. Stephenson, alii, patefecerunt parique diligentia de rebus quotannis repertis in *Archaeologia* rettulerunt. Quibus in relationibus omnia quae ad aedificia et artem aedificandi spectant, plenissime tractaverunt, ceteras res tantum attigerunt. Imaginem oppidi quantum quidem a. 1899 patebat, expressimus Fox, Hope, ego *Vict. Hist. Hampshire* I 271—284, 350—372: titulos ibi pp. 281 seqq. adiectis tabulis composui. Tantis fossionibus tantulam inscriptionum segetem prodiisse non est mirum. Nam Britannia meridionalis paene tota lapides aedificando idoneos nullos gignit, ita ut quos homines aetatis Romanae cippos arasque posuerint, seriores avide abripuerint.

Nomen oppido Callevam Atrebatum fuisse et antea certum erat et nunc titulo n. 986 demonstratum est.


Quae Callevae in effossionibus reperta sunt (praeter n. 985—988 vide infra inter titulos instrumenti domestici), fere omnia Reading in museo publico prostant. Titulum Celticum (Ogam) hic repertum necessario praetermitto: vide Rhys *Archaeologia* LIV 233 (cf. p. 441), *Vict. Hist. Hampshire* I 279, adiecta tabula.

985/987 *Silchester* a. 1907 inter rudera aedis parvae, n. 985. 986 in cella aedis, n. 987 extra eam, rep. tres laminae fractae marmoris Purbeckiani, n. 985: 7 dig. lata, 15 dig. alta; n. 986: 15 dig. alta, 13 dig. lata; n. 987: 8 dig. alta et lata, eleganter exaratae, litteris parvis (3.3—4.2 cm.).


985



986



987




Descripsi edidique *Archaeologia* LXI 215 tab. XXIV.

Distingui possunt nomina hominum, n. 987: *Marti[alis* (nisi fuit *deo] Marti),* n. 985: . . . *l(ib?) Attici*, praeterea fragmenta formulae in omnibus exemplis fere eiusdem, *collationibus* et *missum sibi a collegio* (n. 986 *conl-*) . . . *grinorum Callevae [? consistenti]um* — n. 987 fortasse *c(ivitatis) C(allevensium)*, coloniae enim hic nullum adhuc vestigium repertum est. Collegium puto fuisse *peregrinorum:* collegia eiusdem nominis, C. XIII 4679, 6451, 6453, 6540, 8808 in Germania inferiori, ubi potius de hominibus plena civitate carentibus quam de mercatoribus fortasse putandum. Nec sane ita celebris erat Calleva ut copiam negotiatorum et commeatuum ibi quaereres.

Tamen Ritterling in litteris ad me datis fortasse recte coniecit, n. 985 v. 1 fuisse ··· *[Vo]l. Attici* (cf. Corp. XII n. 1854), v. 2 *[trib. mil. leg XXI R]apacis.*

---

988 fragmenta in effossionibus detecta, *a—e* litteris parvis, marmoris Purbeckiani aut in foro aut iuxta rep., *f* lapis arenaceus litteris 5 dig. altis, inter fundamenta aedificii (ut videtur) privati.



Descripsi. *a—e* edidi *Vict. Hist. Hampshire* I 281 adiectis tabulis; *a* Fox *Archaeol.* LIII 282 (cf. *Arch. journ.* XLIX 182); *f:* Hope *Archaeol.* LVIII 422.

Et haec et quae prius rep. sunt fragmenta marmorea (C. n. 9. 1338a) cum fere omnia ex foro veniant, recte fortasse Joycium secuti in fr. *a At[rebatum]*, in fr. *c [civit]ati[s]* mentionem reperiemus. Nec recte Huebner C. n. 9 pro sepulchrali habuit.

VI. REGNI *(Chichester)*. Corp. p. 17. Eph. 3 p. 114, 7 p. 275. — Accedit *Worthing*.

ad C. n. 12 = Eph. III, p. 114. Titulus a. 1740 repertus est. In actis ineditis (*'minutes'*) societatis antiquariae Londinensis (vol. IV p. 19, sub d. 18. Sept. 1740) sic legitur, missa praesidi societatis Folkes a duce de Richmond, exemplo satis accurato:

NERONI
CLAVDIO · DIVI
claudi f g ERMAN *ci*
caes n EPOTI · TI
caes p RONE ▸ POTID IV *i*
aug abn ▸ CAESARI · AVG
t R · P$\overline{IV}$ · IMP · IV · COS · $\overline{IV}$
S · C V A

Supplementa vv. 1—7 nos adiecimus. — Hoc exemplum, a me missum, edidit H. Stuart Iones *Revue archéol.* 1904 I p. 265, qui errore v. 7 posuit IMP·$\overline{V}$. — Novit hoc exemplum etiam Gough (Camden I p. 277), duos illos viros diserte memorans, sed in tabula adiecta tab. XV fig. 2 repraesentare se dicit exemplum, quod olim habuerat Bowyer; in textu (p. 277) autem secutus est restitutionem Galii, cuius citat epistulam datam ad Joh. Clerk (editam *Family memoirs of W. Stukeley, Surtees Society Publ.* LXXX, 3 p. 230), supplementa a traditis non distinguens (idem errore factum est Corp. n. 12). Galii exemplum, a nescio quo ei missum, extat Reliq. Gal., ap. Nichols *Bibl. topogr. Brit.* III (1784) 461, et in schedis quibusdam meis f. 459; praeterea habuit Stukeley a Tibbinsio quodam (cf. *Family memoirs of W. Stukeley* 3 p. 228 seq.). Exempla haec (Tibbinsianum non est editum) a Folkesiano vix differunt (v. 7 init. TR·P·$\overline{IX}$ Stukeley p. 232, manifesta coniectura; deinde IMP·P$\overline{IV}$ Gough in tabula, errore ut videtur incisoris; solus Gale v. 4 pro IMP·IV exhibet IMP·$\overline{V}$). Si vere in lapide fuit *t*R·P·$\overline{IV}$·IMP·IV·COS·IV, quadratarius erraverit necesse est; nam *trib. pot. IV* Nero fuit d. 13. Oct. 57—58, consul quartum processit anno demum 60; cf. Stuart Iones l. c.

---

989 *Worthing* in *Herschel Lodge* a. 1902 inter rudera aedificii Romani rep., lapis 40 dig. altus, 21 dig. latus, 7 dig. crassus.

D I V I
CONSTANT
P I I A V G
F I L I O

Descripsi edidique *Sussex Archaeol. Collections* XLVI 155 adiecta tabula.

Est Constantini Magni aut miliarium aut monumentum honorarium: viae in hac regione cum nullum prodierit vestigium, potius honori destinatum erat.

VII. CASTELLA LITORIS SAXONICI. AGER CANTIANVS.

De castellis litoris Saxonici Cantianis scripsit Fox *arch. journ.* LIII 352; de castello Porchester egi *Vict. Hist. Hampshire* I 328; de nomine Portus Adurni egi *Sussex archaeol. Collections* XXXVIII 217—221 (= *proc. soc. antiq. Lond.* XIV 112). Effossiones nuper factae sunt in duobus castellis, Rutupiis (Richborough, nn. 990. 1257) et Pevensey (Anderida, infra n. 1276. 1281).

ad C. n. 18. Contuli. V. 3 init. lego L. — L. Aufidium Panteram aut eundem esse credo qui Sassina oriundus a. p. Chr. 133 alae I Ulpiae contariorum praefuit (*Prosopogr.* I n. 1158; C. III S. pag. 1978) aut adfinem eius. V. 7 nullus est.

---

990 Rutupiis *(Richborough)* effossionibus a. 1900 rep. in medio fere castello inter alia fragmenta operis marmorei; nunc Canterbury in museo.

? opus consumm AT

Descripsi edidique *Antiquary* m. Nov. 1900 p. 334. Ioh. Garstang de effossionibus dixit *Archaeol. Cantiana* XXIV 271, adiecta tituli huius imagine. Massam argenteam una rep. habes infra n. 1257.

---

991 Shorne Warren, inter Rochester et Gravesend, haud ita longe a via Romana quae Londinio Rutupias ducit a. 1907 detectus, lapis rudis 45 dig. altus, 22 dig. latus, et ipse evanidus et titulo recenti super vv. 4 5 superinciso turbatus: servat Bernardus Arnold, *Milton Hall*, *Gravesend.*

D D N I
A V A L
SEVEROE I
C I L · V A L
A X I M I
O · N O B L

Descripsi cum G. L. Cheesman.

D(ominis) n(ostris) [Fl]a(vio) Val(erio) Severo e[t] [Ga]l(erio) Val(erio) [M]aximi[n]o nob[i]l(issimis)? [Caes(aribus)?], a. p. Chr. 306. Fortasse miliarium.

992/3 *Greenwich Park*, ad portam *Vanbrugh gate*, in summo colle prope viam Romanam quae ducebat Londinio Durovernum, a. 1902 rep. inter rudera aedificii parvi, fragmenta duorum titulorum, n. 992 lapidis arenacei, 6 dig. lati, n. 993 frustulum marmoreum: una rep. sunt fragmenta quatuor, apices tantum litterarum ostendentia. Nunc in museo Britannico.

992 *aes* CVLAP
IATVS

993 NV
CV
MO
SV

Descripsi.

VIII. LONDINIVM. Corp. p. 21. Eph. 4 p. 195, 7 p. 276.

Antiquitates Romanas Londinii repertas, sane infinitas, colligere conati sunt Smith, Reader, Walters *Vict. Hist. of London* I 1—145: titulorum mentionem tantum fecerunt.

ad C. n. 27. Exemplar diversum, idque paulo fortasse antiquius, servavit Tyrwhitt in schedis (cod. Bodleian., Clar. Pr. d. 50, f. 181); ibi est (id quod requiritur) v. 2 VALENS, 3 LEG.

ad C. n. 32. Denuo comparuit; Welch imaginem photographicam misit. — 5 est V S F, *v(ivus) s(ibi) f(ecit).*

ad Eph. 7 n. 816. Titulum statuasque una ut dicitur repertas tabulis illustravi *Archaeologia* LX 47. Confer etiam Cumont *Mystères de Mithra* II p. 389.

IX. AQVAE SVLIS *(Bath)* cum vicino agro. Corp. p. 24. Eph. 3 p. 114, 7 p. 277.

Antiquitates Romanas tam Aquis quam in toto comitatu Somerset repertas composui adiectis imaginibus *Vict. Hist. Somerset* I 206—371. Aquas ibi pp. 219—288 tractavi, titulos Aquenses denuo collatos pp. 265—285. Antiquitatum Aquensium maior pars in museo novo balneari servatur.

ad C. n. 38, 39. N. 38*a*, quod fragmentum numquam reperiri potuit, fortasse non diversum est a n. 39*c* init., et litterae D···|V··· Englefieldii aut errori aut incuriae debentur. — N. 38*b*, litteris magnis exaratus, a n. 39 plane diversus est. Tituli n. 39 fragmenta ab Huebnero non recte ordinata sunt. Pertinent ea aut ad titulum unum in duas partes divisum aut ad duos titulos iuxta incisos, incisa autem erant in muro quodam parastaticis columnis et figuris quattuor temporum anni exornato, ita ut titulus alter, sive tituli unius pars superior, epistylium impleret (hic pones *d*, *e*), alter (*c*) infra per intercolumnia curreret. Vide quae dixi l. c. p. 267 (fig. 14—18. 41); imaginem monumenti restituti habes ibid. p. 238.

ad C. n. 45 (cf. p. 306). Imaginem edidi *Vict. Hist.* l. c. tab. ad pag. 276 fig. 49. — Repetivit Dessau inscr. sel. 4920, qui auctore Mommseno in fine legendum proposuit: *centurio reg(ionarius).*

ad C. n. 49. 50. Habet etiam Al. Lesley (def. a. 1758) in codice bibliothecae Victorii Emanuelis quae est Romae, 506 n. 75. 83.

ad C. n. 51. Rep. est a. 1752 inter alia sepulcra Romana praeter viam quae Londinium ducit: eodem loco prodierunt etiam C. n. 48—50. 59. — 1 lege SER · A ... G ○ NVS, *A[nti]gonus.* Nicopolis haec fuerit Actia Nicopolis Epiri.

ad C. n. 60. Non diversum puto fragmentum c. a. 1803 in *the Borough Walls* (id est, in muro septentrionali oppidi Romani) repertum, quod ita legebant imperiti (*Duffield's Bath Guide* p. 35, inde ego *Vict. Hist. Som.* I 279):

CARNƎIV

ad Eph. VII n. 827. Tabulam alteram plumbeam denuo inspeximus ego et J. G. C. Anderson, litteras certas nullas vidimus. Lectionem quam Edwardus Nicholson in libello suo *Vinisius to Nigra* (Lond. 1904) proposuit, veram non esse pro certo habebamus.

ad Eph. III p. 114 fin. In nullo lapide Bathoniensi ala Proculeiana nominatur. Significabat Watkin constitutionem mil. Eph. VII 1119 editam.

---

994 (= Eph. VII n. 828) ara est parva 12 dig. lata, a. 1879 in balneis rep.

Q · POMPEIV*s*
ANICETVS
SVLI

Descripsi. Edidi *arch. journ.* L 283, *Vict. Hist. Som.* I 270.
3 *Suli* (in priore editione v. 3 omissus erat.)

---

995 Aquis in balneis c. a. 1880 detectus, diu neglectus, cippus inornatus 21 dig. altus: nunc ibi in museo balneari (n. 10).

PRISCVS
TOVTI · F
LAPIDARIV*s*
CIVES · CAR*nu*
TENVS · SV*li*
DEAE · V*s l m*

Descripsi edidique *bulletin historique du comité des travaux hist. et archéol. (procés verbaux)* 1900 (Ian.) p. XXIV (inde Dessau inscr. sel. 4661) et *Vict. Hist. Som.* I 271.

---

996 Aquis in balneis ante aliquot annos repertum, sed diu neglectum, nunc ibi in museo (n. 11), fastigium parvi monumenti.

. . . VES · VII · C . . . a. 76

Descripsi edidique *Vict. Hist. Som.* I 269 fig. 40.

Vicinia Aquarum. Corp. p. 29.

ad C. n. 62. Edidi cum imagine *Vict. Hist. Somers.* I 311. Cum titulus in villa certe rustica, una cum plumbo Eph. IV n. 707 p. 209, repertus sit, principia haec vix militaria putanda sunt; fortasse pertinuerunt ad sedem procuratoris.

ad C. n. 63. Nunc Bristol in museo. Edidi *Vict. Hist. Som.* I 291 cum imagine fig. 73 (ad p. 316).

Charterhouse-on-Mendip. Eph. III p. 121.

ad Eph. III n. 73—75 p. 121 (ins. post C. n. 64, non post n. 178). Tituli perierunt: ectypa n. 73 servat societas antiquaria Lond. evanida sane, n. 74. 75

societas antiq. Scotiae Edinburgi: inde edidi *Vict. Hist. Som.* I 340. In n. 73 v. 2 lege AVG (ara fuit fortasse Iovi optimo maximo et numinibus Aug. dedicata); v. 5 TVC·NI.. N. 74 lege.

DOMN
imp. l. SEPTMI *severi*
arab AD *iab*

De vestigiis metallorum hic repertis dixi *Vict. Hist.* loc. cit.; de massis plumbeis inde prolatis cf. infra p. 642.

X. DVROCORNOVIVM *(Cirencester).* C. p. 29. Eph. VII p. 280.

Musei Bathurstiani catalogum sed tabulis carentem edidit qui olim curator erat A. H. Church (Cirenc. ed. nov. 1910). Huic veteri museo accessit museum novum, non minus praestans, quod condidit Wilfridus Cripps, tuetur vidua eius.

ad C. n. 66 = Eph. VII n. 834. Corrige praeterea v. 5 fin. EX·TESTAME (pro ER TESTAME) (*arch. journ.* L 285). — Ad imaginem photographicam a me missam edita est in Mommsenii opusculis vol. V tab. ad pag. 352 Fig. 1 (cf. p. 385 not.).

ad C. n. 68 (cf. Eph. VII n. 835). 69. Ad imagines photographicas ib. fig. 2. 3.

997 Cirencester, *in the Victoria Road* (intra oppidum Romanum ad portam meridionalem) a. 1891 rep., nunc in museo Bathurstiano, basis ex lapide arenaceo 18 dig. alta, 17 dig. lata et crassa, tribus lateribus inscripta (quartum periit) litteris aetatis sequioris. Lectio certa est praeter *a* v. 5.

a in fronte

·I·O *m*
L·SEPT *imius....*
V·P·PR·I *ritann. primae*
RESTI *tuit*
C·IVFS

3 *v(ir) p(erfectissimus) pr(aeses) [Br(itanniae) primae.* — 5 neque punctum inter C et I certum, nec quid fuerit inter V et S (locus detritus; fortasse ibi cernitur F evanida).

b in latere intuenti sinistro.

sig NVMET
e ECTAM
p RISCARE
(?) *li* GIONECO
lu MNAM

c in latere (intuenti) dextro.

SEPTIMIVS
RENOVAT
PRIMAE
PROVINCIAE
RECTOR

Contuli. Hübner *Correspondenzblatt der westdeutschen Zeitschrift* 1891 p. 89 (misit Bellows); ego *arch. journ.* 1893 pp. 284. 308 et *archaeologia Oxoniensis* 1894 p. 215, cum tabulis; inde Bowly *transact. Bristol and Gloucester archaeol. soc.* XVII 63 et Church catal. mus. p. 45. Buecheler carm. epigr. n. 277.

Basis summa columnae inserendae cavata est. Eam columnam anaglyphum dei gigantem deicientis sustinuisse Huebnerus recte observavit. Quod monumenti genus, in Germaniis notissimum, in Britannia hic primum detectum est. Britanniam in quattuor provincias, quarum uni nomen erat primae, sub Diocletiano divisam esse constat: hic titulus igitur qui provinciam Primam commemorat, aperte saeculi est quarti — id quod forma etiam litterarum suadet. Prisca autem ea religio cum videatur Romana esse religioni Christianae tacite opposita, monumentum ipsum quarto saeculo, Iuliani fortasse temporibus, renovatum esse iure existimes: cf. C. III 10648 cuius Domaszewskius me monuit. Fines tamen provinciarum huius saeculi, antea omnino ignotos, nec hic quidem titulus satis illustravit.

b. c hexametros duos esse nemo non vidit. Cum *rĕlĭgĭonĕ* cf. Paulinum Pellaeum *eucharist.* 462.

[Sig]num et [de]rectam [p]risca regione co[l]umnam Buecheler, metri scopulos evitans. Sed inter RE et GIONE aliquid excidisse ex collocatione litterarum probabile fit. — Si re vera ita scripsit Septimius, ut voluit Buecheler, fortasse significare voluit, columnam renovatam plane eodem loco statutam eodemque modo contra caeli regiones derectam fuisse ac veterem.

---

998 *Cirencester*, loco dicto *Ashcroft* a. 1899 una cum anaglyphis duobus Matrum aliisque lapidibus caelatis reperta, ara 23 dig. alta, 12 dig. lata: nunc in museo Crippsiano.

SVLEIS
[S]VLINVS
BRVCETI
V·S·L·M

Vidi. Cripps misit ediditque *proc. soc. antiq. Lond.* XVIII 178 adiecta imagine et *transact. Bristol and Gloucester archaeol. soc.* XXII 70.

Idem Sulinus Bruceti filius *scul(p)tor* (ita dicitur in titulo Aquensi) iisdem Suleviis etiam Aquis Sulis aram dedicavit (C. n. 37). Durocornovii officinam eum habuisse ex lapidibus cum hac ara repertis Cripps collegit: mallem de aedicula Matrum Suleviarum cogitare.

999 *Cirencester* extra portam meridionalem oppidi Romani a. 1902 rep., nunc in museo Crippsiano, ara 10 dig. alta et lata, evanida.

SVLEVI
IMV

Descripsi.

1000 *Cirencester* ex puteo quodam extractum frustulum tituli sepulchralis 10 dig. altum et latum, nunc in museo Crippsiano.

CL
CV
vi XIT

Descripsi.

1001 *Cirencester* in vico suburbano *Watermore* a. 1868 inter rudera Romanae aetatis rep., frustulum operis tectorii Romani litteris bonis scariphatum: nunc in museo Bathurstiano, ubi vidi.

ROTAS
OPERA
TENET
AREPO
SATOR

Edidi adiectis tabulis *arch. journ.* LVI 1899 p. 319 et *journ. anthropological institute* 1899 p. 306: male nescio quis in Archaeologiae Cambrensis ser. 4 tom X p. 106 in tegula scriptum esse dicit. Primus edidit Church in catal. musei; inde Ward *Antiquary* 26, 1892 p. 152, et alii.

Cum et res ipsa et litterae Romanae esse videantur et inter rudera Romana rep. esse testetur locuples auctor (Church catal. p. 37), hoc exemplum carminis medio aevo notissimi Romanae aetati tribuendum est. Fortasse unicum ex ea aetate exemplum superest (de Corp. XII n. 202* dixi *archaeol. journ.* l. c.; neque Graeca exempla, quae attulerunt Sayce *Recueil d. travaux . . philol. égypt. et assyr.* XX p. 176 et Deonna *Revue des études grecques* 1907 p. 365, antiquiora esse videntur).

XA. GLEVVM COLONIA *(Gloucester)* cum vicino agro *(Gloucestershire)*.

Glevi tituli reperti sunt hi: C. n. 67 (cf. p. 306, Eph. 4 p. 195), 1339, Eph. IV n. 664. 665, tegulae ibidem n. 699 et aliae infra (n. 1283 seq.) edendae, aenea supellex C. n. 1278. 1281. Hiberna legionis II Augustae hic olim fuisse, scilicet circa a. 43—70 p. Chr., multi coniecerunt, nemo probavit: coloniam sub Nerva constitutam esse ex C. VI n. 3346 constat. *R(es) p(ublica) G(levensis)* legitur in tegulis infra editis. Spatium murorum, quos partim Bellows, partim nuperrime Baddeley indagare conati sunt, adhuc incertum est, sed coloniae incongruens esse non videtur; neque absona sunt quae intra muros casu reperta sunt (tegulae, cf. infra, pavimenta, cet.).

Ager Glevensis.

1002 (= Eph. IV n. 666 p. 196, ins. post C. n. 72) Glevi in museo.

VIXI *t*
sic ONOS XX
INGENVIN
a ON VNX

Contuli. Edidi *arch. journal* L 285.

. . . *vixi[t] an(n)os XX. Ingenuin[a co]n[i]unx.* Origo tituli in dubio est. Servabat certe Purnell in museo suo in Stancombe Park. Sed ibi multa erant Cirencestrensia (Buckman et Newmarch *Corinium* pp. 23. 105 cet.), multa quae videbantur ex villa rustica vicina extracta.

---

ad C. n. 73. Evanidum esse ait Baddeley qui inspexit; Martem Olloudium habes C. n. 166. 167.

ad C. n. 74. Ita legit Baddeley: DEO ROM/// ///AVG VELOEPIVS DONAVIT IVVENTI≡VS FECIT (*Transact. Bristol and Glouc. Archaeol. Soc.* XXIX 173), sed lectionem incertam esse recte monet. Ego a. 1912 v. 1 perquam evanidum sic excepi: DEO ROM//O|CVLIOETIVS.

ad C. n. 77. Rem (de qua nuper dubitavit Domaszewskius, *Westd. Zeitschr.* XXIV 77 not. 23 = *Abh. z. roem. Relig.* p. 126 not. 1) Lysons clare exposuit. In pavimento quadrangulo quatuor inerant tabulae octangulae mutilae. Ex una supererant tantum crura hominis, ex altera crura viri et feminae, ex tertia solae litterae BIINIIC . .; quarta fere integra litteras BONVM EVENTVM et pueros duos corbem tenentes exhibebat. Lectio videtur certa fuisse: qui tradidit Lysons auctor optimus est.

ad Eph. VII 813 (ins. post C. n. 77). Contuli in Easton Grey apud T. Graham Smith. Est lapis 16 dig. longus, 14 dig. altus, in speciem aediculae rudis sculptus: in aede figurae tres, quarta sedens (dea, ut puto, indigena): supra est titulus

CIVILIS FECIT.

XI. Mediterranea Britanniae.

Angliae mediterranea vestigiis aetatis Romanae fere carere exposui *Victoria Hist. Warwickshire* I 228. Antiquitates quae in comitatibus Warwick, Worcester, Northants, prodierunt, in voluminibus eius operis qui ad illos comitatus pertinent composui. Titulos ibi hos tractavi: C. n. 78 = *Northants* I 182; Eph. VII n. 842 = ibid. 176; C. n. 1156 = ibid. 170 (infra p. 634); C. n. 1157 = *Worcester* I 210; Eph. IV 714 p. 211 = *Warwick* I 248.

ad C. n. 83. Asservatur in *Broome Park* prope Canterbury: ectypa habui non bona. Vv. 4—7 lectionis omnino certae; nec de vv. 1—3 videtur dubitari posse quin recte editi sint. — Lapis in vico Oxoniensi Dorchester in media fere Anglia rep. est, ubi exercituum Romanorum vestigia nulla inveniri solent. Positum fuisse sub Claudio aut Nerone dum Romani hanc regionem pacant aliquis fortasse coniciat, sed obstant et numina Aug. et litterarum

formae. Putaverim potius, cum is locus sit Dorchester ad quem lintres fluvium Tamesim facile ascendant, Romanos in bellis saeculi secundi tertiive ineuntis fluviatili itinere usque ad Dorchester, inde terrestri ad castella nonnunquam usos esse. (Via recta Londinio Iscam, ad quam hunc titulum stetisse coniecit Domaszewskius *die Benefiziarierposten u. die roemischen Strassennetze*, *Westd. Zeitschr.* XXI p. 192, ea via numquam extitit. Tabula Kieperti Corpori inserta et hanc et alias vias non recte exhibet. Vide tabulas Britanniae antiquae a me ipso editas *Archaeologia* tom. LVII 1901 tab. 56 ad p. 382 et *Cambridge Medieval History* I tab. 13.)

1003 *Wilcote* prope *Charlbury* ad lineam viae romanae q. d. *Akemanstreet* a. 1892, dum aedificatur bubile, reperta pars tabulae aeneae litteris graecis inscriptae, $4^1/_2$ dig. longa: servat Dawkins ibidem.




Descripsi (misit Niall D. Campbell) edidique adiecta tabula *proc. soc. antiq. Lond.* XVIII 9.

1 si πτολέμοισιν legendum est, carmen fuit hexametrum.

Locus ubi reperta est hodie infrequens est: vix crediderim, tabulam recentiore aetate in locum illum delatam ibi delituisse, donec e bubili denuo prodiret.

1003a ad *Amerden* prope *Bray*, ex fluvio Tamesi extracta, nunc in mus. Brit. (M. 2838), urnae nigrae pars, in qua post cocturam incisae sunt litterae Graecae.



Descripsi. Walters *catal. of Roman pottery in the Brit. Museum* (Lond. 1908) p. 436, non recte.


Lectio videtur certa esse. Sepulchralem esse puto ... *antii* cuiusdam; v. 2 numerus annorum significatus erat. Aliae quoque litterae supra in eadem urna conspiciuntur, sed evanidae: cum his videntur non cohaerere.

Fragmentum hoc ex Oriente recenter advectum esse posse non negaverim.

XI[A]. VERVLAMIVM *(S[t] Albans)*.

Partem ut videtur fori et basilicae W. Page a. 1898—9 effodit, cf. *transact. S[t] Alban's arch. society* I (1901) 201. 396. Prodierunt frustula quaedam marmoris Purbeckiani apicibus litterarum distincta, nunc ibi in museo; eorum maximum hoc, litteris magnis inscriptum:

1004



Vidi; inserui ne municipium certe olim amplum testimoniis omnino careat.

XII. CAMVLODVNVM *(Colchester).*

Corp. p. 33. Eph. ep. III p. 116, IV p. 196, VII p. 282.

Coloniam tribui Claudiae attributam esse docuit titulus a. 1879 Carnunti repertus (C. III 11233): *T. Statius T. (f.) Cla. Vitalis Camuloduni* cet.

1005 Colchester, extra muros coloniae Romanae meridiem versus in loco ubi olim fuit coemeterium monachorum S. Iohannis, a. 1891 rep. tabula aenea 8 dig. longa, $3^5/_8$ dig. alta, litteris punctim scriptis: nunc in museo Britannico.

DEO · MARTI · MEDOCIO · CAMP
ESIVM · ET · VICTORIE · ALEXAN
DRI · PII · FELICIS · AVGVSTI · NOSI
DONVM · LOSSIO · VEDA · DE · SVO
POSVIT · NEPOS · VEPOGENI · CALEDO

Descripsi edidique *proc. soc. antiq. Lond.* XIV 108 (conferatur Rhys ibidem p. 184—187) et *archaeol. journ.* XLIX 188. 215; Dessau inscr. sel. 4576. Confer praeterea Rhys *proc. soc. antiq. Scot.* XXXII 326.

l. 2 *deo Marti Medocio* — sic sine dubio legendum — *Campesium*. Campeses qui sint nescio. Fortasse CAMPESTRIVM scribi debuit; certe v. 3 fin. NOSI scriptum pro NOSTRI.

Qui vidimus omnes, A. W. Franks, Ioh. Evans, C. H. Read, ego, alii, titulum genuinum esse credidimus. Quae in textu offendunt, non fraudem indicant sed hominem barbarum ex Caledonia, sive is Celtica gente fuit sive, ut Rhys maluit, Pictus. Verba *nepos Vepogeni* Vepogeni vel gentilem vel agnatum significare videntur, vide supra n. 982: parentela est non Romanorum sed Celtica.

1006 Colchester in fundamentis ecclesiae sancti Runwaldi, in media fere urbe Romana, a. 1891 repertum fragmentum 12 dig. altum, 6 dig. latum, nunc ibi in museo.

imp cae S · M
PIO
trib · PC *t*

Descripsi.

1007 Colchester a. 1910 prope *the Grammar School*, id est, in sepulcreto Romano occidentali unde etiam C. n. 90 provenit, rep. lamina marmoris Purbeckiani 14 dig. lata, 8 dig. alta.

ACRI
VS · EQ R · VIX
· XX · AL · FRON
TINA · CONIVVX
ET · FLOR · COGITA
TVS · ET · FLOR · FIDE
LIS · FECERVNT

Descripsi ex imaginibus photographicis et ectypis ab Henrico Laver suppeditatis. Imaginem habes *Essex Review* XIX (1910) p. 165.

1008 Colchester extra coloniam meridiem versus *in the Abbey Wall* a. 1906 detectum, fragmentum marmoris Purbeckiani, 5 dig. longum et latum: nunc in museo.

V
D · XXVI
R N A
S V L L

Descripsi.
2 fortasse *anno(rum)*.

ad C. n. 94. Contuli urnam certe Saxonicam Liverpoolii in museo (M. 6383), edidique cum tabula *Vict. Hist. Norfolk* I 312 fig. 27. Me quidem iudice titulus sine dubio fictus est.

XII A. VENTA SILVRVM *(Caerwent)*.

Constat inter omnes Ventam Silurum (Itin. Ant. 485. 9, Rav. geogr. 426, 18), novem fere m. p. ab Isca Silurum orientem versus distantem, ibi sitam fuisse ubi nunc in vico Caerwent moenia portaeque oppidi Romani cernuntur. Cuius cum partes minutae a. 1855—6 et 1893 temptatae essent, fossiones amplas A. T. Martin, T. Ashby, alii, a. 1899 instituerunt et per duodecim deinceps annos impigre continuaverunt. Horum studio et industria, impensis vero praecipue vicecomitis Tredegar, fere totum oppidum antiquum, quantum non recentibus aedificiis tegitur, iam patefactum est. Habemus oppidum magnitudine quidem Callevae dimidiatae vix aequum, alioquin simile, foro et basilica, balneis, aedificiis privatis, amphitheatro parvo similiter ornatum. Legionis II Augustae quoque apparent vestigia (n. 1013), sed haec fortasse rectius inde explices quia propinqua est Isca Silurum. Confer etiam tegulam infra p. 645 edendam. Ceterum perpauca tantum Ventae reperta sunt, quae Vespasiani temporibus antiquiora sint.

De effossionibus a. 1899—1910 scripserunt Ashby, Martin, alii *Archaeologia* LVII 295, LVIII 119. 391, LIX 87. 289, LX 111. 451, LXI 565, LXII 1. 405. Res minores, nummos, suppellectilem tam cretaceam quam reliquam vix extremis digitis attigerunt: de nummis Hudd *Clifton Antiq. Club Proc.* v 170 strictim dixit.

1009 *Caerwent* intra urbem prope portam meridionalem a. 1904 reperta, basis 21 dig. longa, 17 dig. alta, litteris non magnis.

pedes hominis
(Martis?) et avis (anseris?)

M A R T I · L E N o
IVE OCELo · VELLAVN · ET NVM AVG
M · N O N I V S · R O M A N V S · O B
I M M V N I T A T · C O L L E G N
D D S D
GLABRION ET H////N//V LO · COS · X · K · SEPT — a. p. Chr. 152.

Descripsimus ego et Ashby: is postea ectypa misit. Edidimus, ego *Correspondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift* 1905 p. 16, ille *Archaeologia* LIX 293 fig. 3. Lectio certa est, praeter v. 4 ex., ubi inter E et I et inter N et N iure haesites: ipse, diu dubius, E deinde N malo.

Deo] Marti Leno [s]ive Ocelo Vellaun(o) et num(inibus) Aug. M. Nonius Romanus ob immunitat(em) collegni (i. e. *collegii) d(onum) d(e) s(uo) d(at), Glabrion(e) et H[o]mulo cos. X k(alendas) Sept(embres).*

Mars Lenus sive (ut saepius appellatur) Lenus Mars, deus Treverorum (C. XIII 3654. 3970. 4030 cet.) hic primum in Britannia inventus est; Mars Ocelus redit Luguvallii (infra n. 1219); Mars Vellaunus, et ipse aperte Celticus, mihi ignotus est. Mercurius agnomine Vellaunus adest in titulo regionis Allobrogicae Corp. XII 2373. Nonium credo, natione Treverum, patria patrio more relicta (C. XIII p. 584) Britanniae incolam factum deum Gallicum deumque ut ita dicam adoptivum una hac formula coniunxisse.

4 *collegni* (sive *colligni*) est *collegii*: vide C. XII n. 22, fortasse etiam VII 1069. 1070. Collegium credo Martensium fuisse. Minus placet Martini (*Classical Quarterly* 1909 p. 114) coniectura *colleg(ii) n(autarum)*. Quippe ad Caerwent nec portus est nec fluvius navicularum capax, nec talis collegii in hac regione ulla lia mentio est.

6 *Homulo* pro *Homullo* redit C. XIV 250.

1010 *Caerwent* effosionibus a. 1910 rep. ara 29 dig. alta, 11 dig. lata.

D E O
M A R T I
O C E L O
V E L · A G V S
T I N V S O P
V · S · L · M

Descripsi. H. L. Jones imagines photographicas misit. *Archaeologia* LXII 431 tab. 59; *Proceedings soc. antiq.* London XXIII p. 360.

5 fin. *op(tio?)*; noli solvere: *o(peri) p(raefectus).*

1011 *Caerwent* rep. extrema pars dedicationis, 3 dig. alta, 8 dig. lata.

V
O·DSD

Descripsi.

1012 *Caerwent* prope forum inter rudera monumenti magni a. 1903 rep. cippus 50 dig. altus, 22 dig. latus; litterae saeculo tertio ineunti conveniunt.

I A V L I N O
LEG·LEG·II
AVG·PROCONSVL
PROVINC·NAR
R B O N E N S I S
LEG AVG·PR·PR·PROVI
L V G V D V N E N
E X D E C R E T O
O R D I N I S·R E S
P V B L·C I V I T
S I L V R V M

Descripsimus Th. Ashby et ego: edidimus ego *Correspondenzblatt der Westd. Zeitschrift* 1903 p. 203 et *Athenaeum* 1903 II p. 420 (26. Sept.) adiecta imagine, ille *archaeologia* LIX 120 et tab. XII.

4. 5 R littera errore bis posita, deinde altero loco (v. 5) sublata.

. . . [P]aul[i]no, leg(ato) leg(ionis) i[i] Aug(ustae), proconsul(i) provinc(iae) Narbonensis, leg(ato) Aug(usti) pr(o) pr(aetore) provi(nciae) Lugudunen(sis), ex decreto ordinis, respublica civit(atis) Silurum.

Nominabatur, puto, Ti. Claudius Paulinus, legatus (ut antea noveramus) Britanniae et Lugudunensis saeculo tertio ineunte (Prosopogr. I p. 391 n. 758, item infra ad C. n. 1045). Usitatum enim erat Romanis eundem virum primum legioni alicui Britanniae, postea ipsi provinciae praeponere.

Titulus docet Britannos, si non omnes at certe meridionales, eadem fere civitatium administratione qua Galli trium provinciarum usos esse. Vide quae dixi *Romanization of Roman Britain* p. 21.

1013 *Caerwent* a. 1900 rep. fragmentum tabellae ansatae, 7 dig. altum, 6 dig. latum. Titulus fuit quinque versuum: supersunt tantum initia vv. 3—5.

M
II
H

Descripsi. Memorat Ashby *arch.* LVII 310.

Nominabatur, puto, legio II Augusta; confer tegulam eodem loco repertam, infra edendam.

1014 *Caerwent* inter rudera aedium privatarum, a. 1900 rep., columna his litteris scariphata.

A B C D

Vidi. Memorat Ashby *arch.* LVII 303 adnot.

1015 *Caerwent* in ruderibus aedium privatarum, in opere tectorio scariphata, *a* fractum et incertae lectionis, *b* frustulum tantum.

a

OMIT
VI ISVO
PV NI NNIN

b

TITI

a Ashby *arch.* LX 128 adiecta tabula: supplet Hülsen (exempli causa) *Domitilla Victori suo* et *puniamini.* *b* Descripsi.

XIII. ISCA SILVRVM *(Caerleon).*

C. p. 36. Eph. III p. 117, IV p. 197, VII p. 282.

Locum cura dignissimum diu negligebant antiquarii, donec a. 1908—9, consilio et impensis societatis Liverpooliensis ad antiquitates Cambriae explorandas institutae, pars aliqua castrorum et amphitheatri castrensis effossa est, opus ut spero a. 1911 continuabitur. Prodiit nuper musei catalogus parvus, scientiae epigraphicae omnino inutilis. Titulos ibi servatos paene omnes contuli. De castris ipsis monuerim, nummos vasa similia Vespasiano antiquiora hic paucissima reperiri.

ad C. n. 97. Imaginem lapidis photographicam edid. Domaszewski *Westd. Zeitschrift* XXIV p. 74 *(Abhandl. z. roem. Religion* p. 122*)*.

ad C. n. 98 (cf. Eph. IV p. 197). Exemplum autographum factum ab Aubrey, a quo pendent editiones, servatum Bibl. Bodl. Oxon. ms. gen. top. c. 24 f. 219, hoc est:

IOVI · O · M · DOLICHV
I · RONI · o · AEMILIANVS
CALPVRNIVS
RVFILIANVS · E · C
AVGVST · O · P · M
MONITV

4 pro RVFILIANVS etiam RVPILIANVS legi posse adnotavit Aubrey. — Aliud exemplum, factum ab amico quodam Thomae Ashmole, d. 1. Mart. 1653, ut adscribitur, reperitur in codice eiusdem bibliothecae *Ashmolean ms.* 826 f. 35 (cf. Eph. IV l. c.): id ab illo non differt, nisi quod v. 2 init. est FRONI · O · Apparet titulum ex multis fragmentis compositum fuisse; 1 fin. fortasse pertinuit ad litteram N vocabuli DOLICHeNo. — 2 in. videtur fuisse FRONTO, gentilicio dedicantis omisso. — 4 fin. 5. 6 *[l]e[g]. Augustorum, monitu* (sc. dei), ut iam Huebnerus recte intellexit.

ad C. n. 100. 101. Nomen dedicantis (n. 100 vv. 2. 3, n. 101 v. 5) lege SALLIENVS (non *Saltienus*). [*P. Sallienus Philumenus* aliquis Corp. III p. 857 dipl. mil., alii Sallieni vel Salieni: bell. Afr. 54, 5; Corp. X 2925, XI 4236. 4257. H. D.]

ad C. n. 103, Eph. III p. 117. — Reperta est, ut videtur, in mediis fere castris. Fragmenta duo tituli frontis in musei hypogeo repperi,

a ex parte priore (vv. 1—5), 24 dig. altum, 7 dig. latum,

b ex parte inferiore (vv. 12—14), 18 dig. latum:

a

N
G G
N I O
G
V G

b

S// ///
P ▲ P
D ▲ D

Descripsi. Ex meo apographo Domaszewskius *Religion des röm. Heeres* p. 77. Edita est primum, sed pessime, *Gent. mag.* 1800, II 1095. Titulus frontis ita intellegendus videtur esse: *N(uminibus)* (sic iam Hübner Eph. III) *Aug(ustorum) Genio leg(ionis) II Aug(ustae) in honorem [aquilae]* (sic recte ut videtur Domaszewskius l. c.) . . . *p(rimus) p(ilus)* (item Domasz.) *d(ono) d(edit)*. — In latere consules anni 244 agnovit Mommsen ('p. C. 224', C. n. 103, errore typographi).

ad C. n. 104. Lapis est 17 dig. latus, 42 dig. altus; pars superficiei periit, margo fere integer est. Nunc in museo, ubi vidi.

DEDICAT
? *v* IIII
OCT
V P NIO
MAXIMO II
ET VRBANO
COS

a. p. Chr. 234

Titulus frontis quem edidit Manby (cf. Eph. IV p. 197), fidem non meretur. — 2. 3 videtur esse dedicata eodem die (*VIIII kal. Oct.*) quo decem annis postea titulus C. n. 103; fortasse is dies (natalis Augusti) fuit etiam natalis legionis. — 4. 5 *[P]up[ie]nio Maximo.* Coniectura Borghesii (opp. 5, 496), Maximum hunc dictum fuisse Pupien(i)um nec diversum ab eo qui a. 238 imperavit, nunc demum testimonio antiquo firmatur. Ad monumenta eius viri etiamtum privati iam accedit titulus Ephesius editus a Domaszewskio Festschr. f. Gomperz p. 234 = Dessau inscr. sel. 8839.

ad C. n. 115 nomen centurionis lego PIAN.

ad C. n. 120, v. 4 est INI·V·L·II·A·

ad C. n. 126. In lapide est I·VALLAVMVS sed litterae restauratae sunt.

1016 *Caerleon* in coemeterio ecclesiae, id est, in mediis fere castris, a. 1908 rep., 7 dig. latum: nunc in museo.

anaglyphum dei Mercurii mutilum: pedes dei et avis supersunt.

DEO · MERCVRIO
:VR · D · D · SEVERP

Contuli. G. E. White *Report of Liverpool committee for excavation in Wales* I 72.

2 nihil periit praeter partem primae litterae.

1017 *Caerleon* in muro amphitheatri castrensis a. 1909 rep., lapis centurialis, bonis litteris. Nunc in museo.

COH · IIII >
RVF · N PRIMI

Ectypum vidi. Bosanquet *Manchester Guardian* 10. Iul. 1909. Inde memoratur *Antiquary* Aug. 1909 (p. 285).

1018 *Caerleon*, prope deversorium *Hanbury Arms*, in ripa fluminis, a. 1903 detecta, pars lapidis centurialis ansati 13 dig. longa.

q VINTINI

G. E. White ectypum misit.

1019 *Caerleon* extra castra occidentem versus prope *the Lunatic Asylum* a. 1909 una cum urna sepulchrali casu repertus, lapis magnus 35 dig. latus. Nunc in museo.

D · *m*
T · FL · NATALIS
VETERAN*u*S
VIXIT · AN LXV CVRATVM
5 PER · FL · NGENVINVM · ET · FL
FLAVINVM FL ET · FL
VEDICCAM CONV

Descripsi.

6. 7 *Fl[a]v(iam) Lediccam.* — Ledicca, puto, nomen est Celticum: confer *Leduccus*, C. XIII 855, cet.

Una repertum est fragmentum duas tantum litteras continens.

XV. CAMBRIA. C. p. 43. Eph. ep. III p. 119, IV p. 197, VII p. 284.

Cambriam a Romanis dicioni suae totam esse subditam nemo hoc tempore spero negabit. Dominationis Romanae documenta habes castella cohortibus alisve apta septemdecim certa, alia incerta. Fusius de iis tractavi in libello nuper edito *Military Aspects of Roman Wales* (ex *Transactions of the Honourable Society of Cymmrodorion 1908/9*, Lond. 1910 p. 53—187 seorsum expresso): —

(1) *Hope* sive *Estyn* prope *Caergwrle*, cf. *Milit. Aspects of Roman Wales* p. 24 seq. (tegula C. n. 1225*a*). Ipsius castelli situs adhuc incertus est.

(2) *Caerhyn* (Canovium) prope *Conway*, cf. l. c. p. 28 seq. (miliarius Eph. VII 1099 cum not.; tegulae ib. n. 1225).

(3) *Carnarvon* (Segontium), cf. l. c. p. 31 seq. C. n. 142, vide infra.

(4) *Tomen-y-mur*, prope *Festiniog*, cf. l. c. p. 38 seq. (inscriptiones ibi repertas vide infra n. 1020—4).

(5) *Pennal* in aestuarii litore prope *Machynlleth*, cf. l. c. p. 46.

(6) *Llandovery* inter flumina *Towy* et *Bran*, cf. l. c. p. 60.

(7) *Caergai*, lacui *Bala* imminens, cf. l. c. p. 43 seq. (Eph. VII 863, cf. l. c. p. 45, ubi adieci imaginem in tab. adiecta fig. 15).

(8) *Caer Flôs*, prope *Montgomery*, cf. l. c. p. 51 seq.

(9) *Caersws*, prope *Moat Lane*, cf. l. c. p. 48 seq. (tegulae C. n. 1243 aliaeque infra edendae).

(10) *Castell Collen*, prope *Llandrindod Wells*, cf. l. c. p. 53 seq. (Eph. VII n. 862, contuli, cf. l. c. p. 54; imaginem habes Arch. Cambr. 1911 p. 87). Frustulum tituli imperatorii ibi nuper deprehensum in mantissa dabo.

(11) *Llanio-i-sa*, inter *Lampeter* et *Tregaron*, cf. l. c. p. 54 seq. (inscriptiones ibi repertas vide infra n. 1025—9).

(12) *The Gaer*, prope *Brecon*, cf. l. c. p. 63 seq. (C. n. 152. 153; illam vidi, haec periit, de lectione utriusque cf. l. c. p. 70. 71; Eph. ep. IV n. 670 cf. l. c. p. 69, ubi contuli et edidi cum imagine photographica).

(13) *Coelbren* in summo monte inter *Brecon* et *Neath* (Nidum). Morgan a. 1906 patefecit: tituli prodierunt nulli (Arch. Cambr. 1907 p. 129). Cf. l. c. p. 97 seq.

(14) *Pen-y-daren*, prope *Merthyr Tydfil* (F. James, Arch. Cambr. 1906 p. 194). Cf. l. c. p. 91 seq.

(15) *Gellygaer*, inter *Merthyr* et *Cardiff*, infra n. 1031—4.

(16) *Cardiff*, vide l. c. p. 102 seq.; Ward *archaeologia* LVII 335, Arch. Cambr. 1908 p. 29.

(17) *Abergavenny* (Gobannium), cf. l. c. p. 75 seq. (tegula C. n. 1222*c*).

(18) His accedit *Usk* (Burrium, itin. Ant. 484) inter Gobannium et Iscam, cf. l. c. p. 11. 77 seq. (Eph. IV n. 671 cf. infra p. 530; tegula Eph. IV n. 693), quod utrum castellum auxiliariorum fuerit an aliquid maius, adhuc incertum.

Haec loca, exceptis n. 1 et 13, omnia adii certiorque factus sum castellorum vestigia, sive rudera et aggeres sive titulos militares, ubique satis inveniri. Addenda sunt vestigia aliquot castellorum minus certa, velut ad *Neath*, ubi fuit Nidum, cf. l. c. p. 101 seq., *Loughor*, ubi fuit Leucarum, cf. l. c. p. 108, *Dolaucothy* prope *Caio* infra ad C. n. 151. In summa, tota fere Cambria (excepta tantum ea parte quae ad meridiem et occidentem vergit) castellis custodiebatur. Praesidia castellorum minus comperta sunt: auxiliares certe apud *Carnarvon*, *Llanio, Brecon*.

fortasse ubique tendebant; neque tegulae legionariae compluribus locis repertae repugnant. Illud tamen confidentius affirmari potest, castella haec plerumque primo iam saeculo constituta esse — sive ea posuit Ostorius, sive Frontinus et Agricola —, id quod, deficientibus titulis, nummi et vasa Gallica quae multis in locis vidi satis demonstrant. Secundo vero saeculo, fortasse sub Hadriano Piove valla septentrionalia munientibus, nonnulla vacua relicta sunt: velut apud *Gellygaer* nihil Hadriano posterius prodiit, apud *Llanio* cohors secunda Asturum quae tendebat, postea vallum Hadriani tuebatur (C. n. 732. 1228).

Oppida in Cambria, regione et montuosa et pluviali, pauciora fuisse consentaneum est: vestigia tamen ad *Carmarthen* (Maridunum, *Military Aspects* p. 110), fortasse etiam ad Segontium videntur superesse, nec desunt in meridionali Cambriae parte villae rusticae duae vel tres (ibid. pp. 73. 107, adnot.). Sed in his tituli nulli reperti.

Admisi in hoc caput titulum unum notabilem aetatis sequioris (n. 1030). Praeterea lege geographica coactus relliquias prope Holt nuper patefactas, quamquam aptius cum Deva coniungerentur, inclusi. Omisi lapidem prope Nevern (Pembrokeshire) rep., quem Westwood Lapid. Walliae p. 104, tab. 51 (4) pro Romano habuit: est enim me iudice nomine Thomae Williams inscriptus.

ad C. n. 142 (cf. Eph. III p. 119, VII p. 284 n. 850). Nunc *Carnarvon Castle* ubi vidi. In fragmento *b*, supra litteras DVCTIVM, cernuntur vestigia versus erasi: periit ergo inter *a* et *b* versus tertius cum nomine Getae. — *b* v. 2 ex. lege SVNC·REStT· Vv. 3. 4 perierunt. Imago bona in Arch. Cambrensi 1905 p. 74 edita est; hanc repetivi *Military Aspects of Rom. Wales* ad p. 32.

ad C. n. 146. 147, cf. Eph. VII n. 855. Contuli (cf. *Military Aspects* p. 75): 146 lege >VALENTIF i. e. *Valentis*, linea casu addita.

ad C. n. 151. Contuli (cf. *Milit. Aspects of Roman Wales* p. 59): lapis est 12 dig. longus, 8 dig. altus, integer, ut nomen centurionis periisse parum probabile sit. — De vestigiis aurifodinarum apud Dolaucothy dixi *Transact. Carmarthenshire Antiq. Soc.* XV n. 222: inde *Mining Journal* 21. Aug. 1909. — Tegulas in vico vicino *Caio* circa a. 1830 repertas esse ait Lewis (*Topogr. Dict.* s. v. Caio: inde Westwood lapid. p. 100) ita inscriptas H MI et IVV; eas vidi in Dolaucothy House servatas: ƆH et MI distinguebam. Castellum in hoc loco nondum detectum est, nisi balneum a. 1830 erutum eo referas (cf. *Military Aspects* l. c.).

ad Eph. IV 671. Lapis in Usk repertus, asservatur Iscae in museo, ubi vidi: 14 dig. altus est, 10 dig. latus.

vi \ · A N · I I I
I N O V E
re C V Ɔ · F · E
II · A/G · F c P
· M · F I L ∘ F M

Puto genuinum esse sed interpolatum, litteris noviciis additis. Castellum in Usk fuisse ostendunt tegulae (Eph. IV n. 693): id primo saeculo excitatum fuisse declarant vasa Gallica eius aetatis ibi reperta, nunc Iscae in museo.

1020—1024 *Tomen-y-Mur* rep., nunc *Harlech Castle*, lapides centuriales.

1020 (= C. 144)

Ɔ PERPE
TVI
P·XX

1021 (= C. p. 306 n. 1339a, Eph. VII n. 851)

Ɔ IVLI
PERPETVI
P·XXI

1022 (= Eph. VII n. 852)

Ɔ PERPETVI
P XXII

1023 (= Eph. VII n. 853)

Ɔ IVLI
PERPETVI
P·XXXIX

1024

Ɔ PERPE
P XX

Descripsi ad imagines photographicas suppeditatas a D. H. Parry, edidique *Military Aspects of Roman Wales* p. 41. 42 cum tabula adiuncta. Priores auctores vide ll. cc.; n. 1024 nondum editus erat.

1023 v. 3 XXXIX potius quam XXXV, quod antea editum erat. — 1024 v. 2 numerus incertus est.

Alii lapides eodem loco reperti: C. 143 (tres sunt tituli, errore a Westwood coniuncti; extant *Tan-y-bwlch Hall;* cf. *Military Aspects* p. 41 not.; nuper a me rogatus R. W. Vaughan lapides inspexit); C. 145 (nunc *Harlech Castle*, cf. *Military Aspects* p. 42 et tab. adiunct. ad p. 41); Eph. IV n. 669 (cf. *Milit. Aspects* p. 42 et p. 41 not.). — Eph. III 67 non diversus est a C. 151, errore alieno loco repetitus.

1025—1029 *Llanio-isaf* (sive *-i-sa*) rep., ibi extant n. 1025. 1028. 1029 muris villarum immissae, n. 1026 *Llan-ddewi Brefi* in muro ecclesiae, n. 1027 *Lampeter* in bibliotheca collegii.

1025 (= C. 150, Eph. VII n. 859)

COH·II·ASTVR
//////////////

1026 (= Eph. VII n. 860)

M·BVS
coh. i IAST ·

1027 (= C. 148, Eph. VII n. 856)

> ARTI M
ENNIVS
PRIMVS

1028 (= Eph. VII n. 857)

ƆARTI

1029 (= C. 149, Eph. VII n. 858)

Ɔ VERIONI | *s?*

Descripsi edidique *Military Aspects of Roman Wales* p. 57 cf. p. 56 not. Priores vide ll. cc.

1030 In comitatu Carmarthen, olim *Castell Dwyran*, iam *Llanfallteg*, lapis rudis magnus, c. 80 dig. altus, 42 dig. latus, litteris tam Latinis quam Celticis (Ogam) inscriptus.

MEMORIA
VOTEPORIGIS
PROTICTORIS

Ediderunt Laws et Rhys *arch. Cambr.* 1895 p. 303. Imaginem bonam habes apud Traill et Mann *Social England* (Lond. 1901) I 173.

Litteras Celticas Rhys ita interpretatur: *Votecorigas.*

Notus est apud Gildam de excidio Britanniae c. 31 (chron. min. ed. Momms. III p. 43) rex Demetarum Vorteporius; praeterea in stemmate Celtico, quod citat Rhys l. c. p. 311, recensentur *Guortepir* et (inter maiores huius) *Protec* et *Protector.* Regem Gildanum in hoc titulo commemorari negabat Mommsen (chron. l. c. p. 727), credunt plerique. Mommseno fere omnes assentimur affirmanti protectorem non patris nomen esse sed appellationem militarem, ab imperatore Romano fortasse homini semi-barbaro honoris causa datam.

XV a. *Gellygaer.*

Gellygaer vicus est parvus loco edito situs, fere medius inter *Cardiff* et *Merthyr Tydfil.* Vestigia castelli hic superesse diu noveramus: tandem a. 1900—1 impensis societatis archaeologicae *the Cardiff Naturalists' Society* Ioh. Ward castellum totum, cohorti (ut videtur) quingenariae aptum, patefecit et postea a. 1909 balneum militare extra portam meridionalem situm: opus, ut spero, a. 1911 continuabitur. De castello videatur Ward *Transactions Cardiff Naturalists' Soc.* tom. XXXV (1903), seorsum ed. *The Roman fort at Gellygaer* (Lond. 1903), praeterea quae ipse exposui *Military Aspects of Roman Wales* p. 79 seq.

1031 *Gellygaer* a. 1909 rep. in fossa castelli extra portam meridionalem fragmentum 22 dig. altum et latum, litteris bonis.

imp. ca ES DIVI
ner(vae)f. n ER · TRAIANO
aug. ge RM · DAC · PONT
max. t RIB · P · P · P · COS V — p. C. 103–111.

Descripsi edidique *Military Aspects* p. 86. Edidit etiam Slater *Classical Review* 1910 p. 34 (non recte).

5 seq. fortasse fuit *[leg. I]I* | *[Aug.]*.

1032 fragmentum eodem loco ac tempore rep., 7 dig. altum, 7 dig. latum, litteris eiusdem formae $2^1/_2$ dig. altis).

ge R dac.
p. m. TRB·P·I p.
P

Ward inspiciendum misit: descripsimus ego et Ioh. G. C. Anderson. Edidi *Military Aspects of Roman Wales* tab. ad p. 87.

Est, puto, Traiani: v. 3 aut PMI (sive L) aut PAV (aut etiam PAN) fuisse ex apicibus conicere licet.

1033 *Gellygaer* circa a. 1822 rep., lapis (ut videtur) centurialis.

>DEMIO

Ex schedis Ioh. cuiusdam Jenkins, eius olim viciniae, excerpsit J. T. Jones parochiae rector (inde edidi *Roman Wales* p. 88).

Centurionis nomen male lectum.

1034 *Gellygaer* in balneo a. 1909 rep. fragmentum litteris minutis scariphatum.

ANIOSV

Descripsi.

Anglesea insula.

ad C. n. 1340 (ins. post C. n. 153). Lapis, ut iam suspicatus erat Hübner, quarto saeculo multo recentior est. Collatis quae legerunt a. 1802 Skinner (cod. mus. Brit. addit. 33636 fo. 92, arch. Cambrensis 1908 suppl. p. 54), a. 1907 antiquarii Cambrenses (ibid. 1908 p. 83), extrema ita interpretor: . . . *omn*|*ium civium adquae* (= atque) | *parentum*, *exem[plis]* | *et moribus, dis*|*ciplina ac sapientia⟨e⟩*.

XV^B. *Holt.* Eph. VII n. 1125c.

In extremo margine Cambriae, duodecim fere chilom. a Deva meridiem versus, fluminis Dee sinistrae ripae vicus Holt adiacet. Ibi a. 1908—9 Arturus Acton aedificia satis magna Romana patefecit, magnamque tegularum vasorumque vim inde extraxit. Haec vestigia esse figlinarum legionis XX Devensis, quanquam fornaces ipsae nondum prodierunt, idcirco conieci quia et argilla bona ibi affatim suppeditat et inter Devam et Holt flumen semper lintrium patiens fuit, et tegulae eadem matrice impressae in utroque loco inveniuntur, exempla denique tegularum imperfecta, a figulis ipsis aperte reiecta, in Holt reperiuntur. De loco nondum effosso dicebat A. N. Palmer *arch. Cambrens.* 1906 p. 223, confer Watkin *Roman Cheshire* p. 305.

Titulos, sane brevissimos, hic habes tres, praeter tegulas legionis XX infra edendas. Descripsi omnes.

1035 lapis centurialis ansatus, 16 dig. latus, 6 dig. altus.

ↃRVFI · SABI

ϘNATKV

V. 2 non intelligitur.

1036 lapis 7 dig. altus et latus, litteris parvis.

M ↃS

FOCUA

IIO

1036ª in margine molae lapideae, litterae rudes.

ʔ∩PΓ

Fortasse *(centuria) Apa*... Cf. C. n. 689 et Devensem infra n. 1042.

XVI. VIROCONIVM *(Wroxeter).*

C. p. 45. Eph. ep. III p. 119. VII p. 286.

De antiquitatibus oppidi Viroconii Cornoviorum scripsimus M. V. Taylor et ego *Victoria Hist. Shropshire* I 220—256: titulos ibi pp. 242—252 composui, additis imaginibus. Qui de aedificiis oppidi scripsit G. E. Fox *arch. journ.* LIV 123—173 titulos non tetigit. Tituli novi nulli prodierunt. In prius repertis nonnulla sunt corrigenda: contuli omnes.

ad C. n. 154. V. 1 fin. lego: T·POL·FA‖: una vel summum duae litterae perierunt. Supple: *T. Fl]aminius T(iti)* sc. filius *Pol(lia tribu) Fa[v(entia)].* Miles cognomine caret, ut C. n. 155 Petronius Vicetia oriundus. — V. 2 lege XXXXV. — 3 AQ in lapide est. — Vv. 4 seq. tractavit Buecheler carm. epigr. n. 806. Vide quae dixi *Vict. Hist.* I. 244.

ad C. n. 158, Eph. VII 864 Pleniore luce adiutus v. 1 fin. et 2 in. dispicere mihi visus sum: TIR (aut TER) | NTIVS: legi potest *Tirintius*, i. e. Tirynthius.

1037 (= C. n. 1166). E speluncis musei Shrewsburiani extraxi: miliarium non est, sed basis quadrangula 20 dig. lata et longa, supra ita cavata ut aut anaglyphum aut statuam acciperet. Titulus litteris rudibus quasi punctim scriptus est, initium credo cum statua periisse.

BONO REI

PVBLICAE

NATY

Edidi *Victoria Hist. Shropshire* I 247.

Fuit monumentum publicum aevi labentis.

1038 (= Eph. IV p. 204, ad C. n. 1166). Lapis est 17 dig. longus, 10 dig. altus, litteris rudibus: prostat Shrewsbury in museo.



Edidi *Victoria Hist. of Shropshire* I 247 cum imagine p. 246. Priores, Scarth *arch. journ.* XVI 65, XXXIV 399, et Watkin ibid. XXXIII 265 et *Shropshire arch. journ.* II 333, minus recte dederunt.

Denique etiam C. 1167 vix miliarius est, non solum columna accuratius laevigata quam in miliariis usu fuit, sed ipsae litterae, scariphatae potius quam incisae, noviciae videntur (v. 1 IB, v. 2 BEI vel BEL); cf. *Victoria Hist. of Shropshire* I 248.

XVII. DEVA *(Chester).*

C. p. 47. Eph. III p. 120, IV p. 198, VII p. 287.

Effossiones cum a. 1887 in muri castrorum septentrionalis parte orientali essent effectae et multa titulorum sepulchralium copia quasi ex visceribus eius extracta esset (cf. Eph. VII p. 287) necdum tota ea pars muri excussa esset, a. 1889 rem perficere conatus sum. Cui consilio cum obstarent ii a quibus venia impetranda erat, occidentalem partem eius muri, favente ordine municipali Devensi, collata pecunia, totam perscrutandam curavi. Opus a. 1890 exeunte inceptum, a. 1892 exeunte absolutum est: instabant I. M. Jones, architectus tum municipalis, et E. M. Benson, tum Cantabrigiensis: ex interiori parte muri bonus iterum fructus titulorum, exceptis duobus n. 1045—6 sepulchralium, perceptus est. Ita totum hoc latus murorum, praeter partem aliquam orientalem, titulos suos dedit. — Extra haec opera casu reperti sunt tituli sex, inter quos notabilis est fistula plumbea n. 1039.

Urbs Chester praeterea museo novo *(Grosvenor Museum)* ornata est; huc, ut decebat, tituli Devenses, sive ii ex muro sive aliunde provenerunt, fere omnes collecti nunc conservantur. Catalogum titulorum, hortante societate archaeol. Devensi, composui, *transact. of the Chester archaeological soc.* tom. VII (seorsum editum, Chester 1900; editio altera paratur). In titulis examinandis adiuverunt me H. Taylor Devensis et R. Newstead musei tum curator.

Ut antea (Eph. VII p. 287. 290), ita nunc quoque titulos in muris repertos reliquis, qui variis locis prodierunt, postposui.

ad C. n. 164. Contuli in museo Britannico adiuvante Arturo H. Smith. V. 4 certae esse videntur litterae PONI; antecedunt haec: T·T///TI. Haec cum T·POM legi sinant, placet coniectura Caroli R. Smith (vel amici eius I. B. Deane, *collect. antiqua* VI 40) — quem secuti sunt Watkin *Roman Cheshire* p. 173, Klebs *Prosopogr.* I p. 84, hic etiam ectypo usus. — *T. Pomponi:* confer praeterea *Prosopogr.* III p. 415 n. 318. Litteras aevi secundi exeuntis esse non spoponderim.

ad C. n. 165. Aram Genio Averni (ut putabatur) dedicatam, nunc in museo servatam, contuli. In v. 2, evanido sane, lego >AVERN, fortasse (ut observavit Huebner) *centuria A(urelii) Verin(i)*. Vide quae diximus, ille *Chester archaeol. soc.* III 125 adnot., ego ibidem VI 78 et *arch. journ.* XLIX 220, *Athen.* 1891 II p. 165. Catal. n. 4.

ad C. n. 175. Lego ita (Catal n. 116):

FESONIE·SEVERI
a NE · VIXIT · ANN
XXV · S . . . .
cetera detrita sunt

ad Eph. III 70. V. 1 fuit OGA vel OGM, non OGI, quod voluit Huebner, cf. *Athenaeum* 1891 II p. 591, Catal. n. 14.

ad Eph. VII 882. Vide infra n. 1076.

ad Eph. VII 887. Quae Mowat *Chester archaeol. soc.* III 114 v. 4 *Os[roenus,* Huebner *ibid.* p. 142 v. 6 ICES·H·S coniecerunt, mihi recta esse non videntur (v. 4 *Surus Co*... admitti potest; v. 6 fin. ET·S certum est, cf. *Athenaeum* 1891 II p. 591).

ad Eph. VII 904 v. 3 lege potius:

ima CINEIFEF

(*arch. journ.* XLIX 221, *Athen.* 1891 II p. 591).

ad Eph. VII 912. 913, idem est fragmentum.

1039 *Chester, Eastgate street*, ubi via ea viae q. d. *Northgate street* adpropinquat, id est in mediis fere castris, a. 1899 rep. fistulae plumbeae inscriptae: litterae tabella 46 dig. longa continentur. Nunc in museo.

IMP VESP VIIII·T·IMP·VII·COS·CN IVLIO AGRICOLA LEG AVG PR PR
a. p. Ch. 79

Descripsi. Edidi Catal. n. 199 adiecta tabula et *Correspondenzblatt der Westd. Zeitschrift* 1899 p. 103 (ubi typothetae errore VESP·VIII); H. Taylor *proc. soc. antiq. Lond.* XVIII 98; R. Newstead *Chester archaeol. soc.* VIII 88 et *Reliquary* VI 114, VII 45; Dessau inscr. sel. 8704*a*.

Fistulae plumbeae inscriptae castrorum legionariorum hic fortasse primum repertae sunt.

1040 *Chester*, *Shoemakers Row* prope media fere castra, ubi principia stetisse puto, a. 1897 rep. pars arae 8 dig. alta, 10 dig. lata: supra nihil deest.

GENIO | *leg. xx*
▲V▲V▲ | *sacrum*
▲T▲VET

Descripsi et edidi *Chester archaeol. soc.* VI 139, catal. n. 1. Jones *Builder* 21. Aug. 1897 adiecta tabula.

1041 *Chester, St. Werburgh street*, inter ecclesiam cathedralem et portam Romanam orientalem, intra aream castrorum, a. 1895 effossa ara integra, 30 dig. alta, 13 dig. lata, nunc in museo.

GENIO
patera *simpulum*
> ⊕

Descripsi et edidi *Chester archaeol. soc.* VI 76 et Catal. n. 3, adiecta tabula. Cf. C. n. 166.

1042 *Chester, Northgate street* intra castra a. 1897 rep., nunc dono Caroli Brown in museo, pars molae ex lapide tofaceo, cuius generis lapis dicitur nusquam in Britannia inveniri; 7 dig. alta, 12 dig. longa, extrinsecus per circulum inscripta.

7 NAEV
(centuria) Naev[i

Descripsi; misit etiam I. M. Jones. Edidi Catal. n. 204. Confer C. n. 689 et supra n. 1036[a].

1043 *Chester*, *Foregate street* extra portam castrorum orientalem a. 1890 rep. fragmentum lapidis Siluriani *(slate)* 8 dig. altum et latum, litteris bonis (2½ dig. altis) inscriptum: nunc, dono F. H. Williams, in museo.

ST
.TLI
uotum? Ꮖ ΞD D I *dit*

Descripsi.
3 supplevit Hirschfeld.

1044 (= Eph. VII n. 883) *Chester*, *Kaleyards*, extra murum castrorum orientalem a. 1894 rep. fragmenta duo lapidis Siluriani, litteris magnis (6 dig. altis): nunc in museo.

TV
NE
.

Descripsi; misit etiam F. H. Williams.
Confer C. n. 170, item ex lapide Siluriano. Traiani esse conici, sed certo affirmari non potest.

Tituli qui sequuntur n. 1045—1106 ex muro castrorum a. 1890—2 extracti sunt, excepto uno n. 1083 postea prope reperto. Exceptis lapidibus duobus centurialibus (n. 1045. 1046), sepulcrales sunt omnes et praecipue legionariorum: militum auxiliarium nullum est vestigium. Legiones occurrunt certe tres, fortasse quatuor: nominantur quaterdecies legio nota Devensis XX valeria victrix (n. 1058—1071), undecies legio II adiutrix pia fidelis (n. 1047—1057), semel legio II Augusta Iscensis (n. 1072); semel fortasse legio XIV gemina agnoscenda est (n. 1083). In quibus maxime notabilis est legio II adiutrix, antea in Britannia Aquis tantum C. n. 48 et Lindi C. n. 185. 186 nota. Ea legio, circa a. 70 (ut iam fere constat) in Britanniam in locum legionis XIV geminae missa, a. 85 a Domitiano revocata, Devae eadem castra cum vicesimanis habuisse potest. Erat enim antea etiam inter legiones XIV et XX quaedam coniunctio; secundanos autem alibi stetisse vix credes, cum titulos certos undecim, fere certos quinque (infra n. 1087. 1095, Eph. VII 885. 892. 908) Devae reliquerint. Quod autem duo tituli militum eiusdem legionis Lindi reperti sunt, id casui alicui attribuendum erit. De hac legione Devensi deque originibus militum scripserunt Domaszewskius *mus. Rhenan.* XLVIII 347, Ritterling *Westdeutsche Zeitschrift* XII 106, Fr. Gündel *de legione* II *adiutrice* (Lips. 1895).

Bonae sunt aetatis lapides omnes. Agmen, ut videtur, claudit n. 1093, vix ante Commodum positus. Quod si ita est, Deva fortasse iis castris adnumeranda est quae primum muris caespiticiis firmata, saeculo postea secundo exeunte lapide restituta sunt. Coniciebant sane antiquarii Devenses tum, cum murus septentrionalis erectus esset, ipsa castra maiora facta esse. Sed murus is septentrionalis, si lapides e sepulcreto abreptos exceperis, eiusdem operis est atque reliquus murorum ambitus, quantum quidam adhuc patefactus est.

1045 lapis centurialis 8 dig. latus, 7 dig. altus m. Febr. a. 1891 rep. in muri parte interiori.

>ATTI
CEI.E
RIS

Athenaeum 1891 I (n. 3316, 16. Mai) p. 644, Catal. n. 20.

1046 lapis centurialis ansatus, 17 dig. longus, 8 dig. altus ad murum iacens, aestate a. 1891 rep.

> T FLAVI
CICNRCVI.

Athen. 1891 II (n. 3340, 31. Oct.) p. 591, Cat. n. 21.

2 *Cicatricul(ae).* Nomina saeculum primum exiens referunt: Cicatriculae nomen in consule et legato Augusti aetatis Flavianae, cf. dipl. mil. XXVII (= Dessau inscr. sel. 1994). CIII (= Cagnat annuar. 1898 n. 41); praeterea Corp. XI 6344 = Dess. 2693.

1047 28 dig. altus, 26 dig. latus, infra fractus, a. 1891 m. Octobri rep.

G · CALVENTVS
G · F · CLAVD · CE
LER · APRO · MIL
LEG · II · A · D · P · F · >
VIBI CLEM

Athen. 1892 I (n. 3364, 16. Apr.) p. 509, Cat. n. 23.
5 *Vibi Clementis* . . .

1048 33 dig. altus, 20 dig. latus, a. 1891 m. Sept. repertus.

C · IVVENTIVS
C · CLA · CAPITO ·
APRO MIL LEG · II
ADPF · >IVLICLE
MENTIS AN · XL
STIP VII

Athen. 1892 I p. 509, Cat. n. 24 cum imagine photographica in tabula adiecta.
5. 6 *an(norum) XL, stip. VII* aut *[X]VII.*

1049 pars dextra tituli, 31 dig. alta, 10 dig. lata, evanida, a. 1891 auctumno rep.

postu AIVS
. . I
clau DIA
APRO
mil l EG II
ad. p. F
XX

Athen. 1892 I p. 509, Catal. n. 32; F. Gündel de leg. II adiutrice p. 33, ectypo usus.
7 diiudicari non potest utrum numerus XX tantum an aliquis maior fuerit.

1050 39 dig. latus, 52 dig. altus, fractus.

I TERENTIV
L · FVSCVS
PRO · MILE
G · II A D P F

Athen. 1892 II (n. 3376, 9. Jul.) p. 71 n. 9, Catal. n. 25.
L. Terentiu[s C]l(audia tribu) Fuscus [A]pro mile[s le]g II Ad. p. f.....

1051 25 dig. altus et latus, infra fractus, rep. auctumno a. 1891.

CVALERIO
CRISPO
VETRANO
EX · LEG · II
A · PIA ·

Athen. 1892 I p. 509, Catal. n. 26 adiecta tab.
5 *A[d].* (vel *A[di].*) *pia [fid....*

1052 33 dig. altus, 24 dig. latus, infra fractus a. 1891 mense Sept. rep.

Q V A L E R I
V S Q F C L A
FRO*n*TO CELE
A MILES LEG
II A D P F A N
NORVM · L
*s*TIPENDIO*r*
VV

Athen. 1892 I p. 509, Catal. n. 27 adiecta imagine.

Quamquam numerus stipendiorum omnino incertus est, miles legionis huius Devae mortuus anno aetatis quinquagesimo, annos minimum XXXV habebat cum ex classi in legionem translatus est.

1053 36 dig. altus, 26 dig. latus, infra fractus.

L · VALERIVS
L F CLAVDIA
SENECA · SAV
[illegible]

Athen. 1892 II p. 71, Catal. n. 28 adiecta tabula.
4 *mil]es leg. II A[d....*

1054 pars inferior tituli, 34 dig. alta, 20 dig. lata, m. Septembri a. 1891 rep.

ESIS · I VDLNSCIIL
SER · AVGVSTA · EQ
VES · LEG · II · AD · P · F ·
ANNORVM · XXX///
STIPENDIORVM
XIII · H · S · E · S*t*

Athen. 1892 I p. 509, Catal. n. 30 adiecta tabula.

1 non intellego. In mentem venit *Ani]esis Pudens*, sed obstat C FIL SER*gia*, nec magis nomen *Esistudeius* (quod lapis admittit, quamquam punctum post ESIS satis certum est) placet. — 2 Augusta utrum Praetoria Galliae Cisalpinae an Troas Asiae, dubitatur: illam suadet Domaszewskius mus. Rhenan. XLVIII 347 adn., hanc Ritterlingius *Westdeutsche Zeitschrift* XII 107 adn. Versus primus cum incertus sit, hoc quoque in incerto relinquendum.

1055 pars inferior lapidis, 34 dig. alta, 27 dig. lata, partim evanida a. 1891 rep.

ANSEQVL*es*
II · AD · P · F · >PETAONI
FIDI · STIPENDIO
AVM I XI ANNO
AVM XXV
HIC · SEP EST

Athen. 1892 II p. 71, Catal. n. 29.

4 hasta ante XI fortasse casui debetur, non lapicidae. Ceterum aut ipse numerus XI corruptus, aut numerus annorum vitae vero minor. — 6 utrum, post SEP, detritae sint litterae VLT, an spatium vacuum sit, in re praesenti dubitabam.

Litteras cursivas maiusculis intermixtas habes etiam C. n. 184 cf. infra p. 556 (item* primi saeculi), C. VIII 17787, XII 3329 et saepius. Omnino severius Gündel (*de leg. II adiutrice* p. 17 adn.) iudicavit.

1056 47 dig. altus, 26 dig. latus, auctumno a. 1891 rep.

. . . .
. . . .
. . . .
LEG · II · AD · PF
7METI FEROCIS
ANNOR · XXXI
STIPENDIORVM
XIII · HERES
FAC CVRAVIT

Athen. 1892 I p. 509, Catal. n. 31.

Tres versus primi de industria erasi sunt.

[5 centurio hic diversus a Q. Mettio Feroce, evocato Augusti, tituli Viterbiensis Corp. XI 3006, fortasse parentela cum eo coniunctus. H. D.]

1057 fragmentum, 22 dig. latum, 8 dig. altum, evanidum auctumno a. 1891 rep.

leg ii

AD P F VIX A XXX
STIP XIII
H SEPƎ T

Athen. 1892 I p. 509, Catal. n. 33.
3 *sepelit(us);* sed lectio non omnino certa est.

1058 lapis fere integer, 50 dig. altus, 24 dig. latus, a. 1891 mense Martio rep.

vir erectus paludatus dextra tenet baculum laeva tesseras (?) vel sacculum: a
D dextro latere est pugio M

C Æ CILIVS · AVIT
VS · EMER · AVG
OPTIO LEG XX
5 V V STP·XV·VIX·
AN · XXXIIII ·
H F C

Athen. 1891 I p. 644, Cat. n. 38 adiecta tabula. Shrubsole *Illustrated archaeologist* 1893 p. 23 item cum tab.

1059 lapis 34 dig. altus, 19 dig. latus, infra fractus, a. 1891 m. Sept. rep.

L · C A I A T V S
L · F · G A L · S E X
T N V S · L V G ·
MIL · LEG · XX VV

Athen. 1892 II p. 71, Catal. n. 39.

1060 34 dig. altus, 29 dig. latus, infra evanidus, a. 1892 rep.

C IVLIVS · C · C L ·
QVARTVS · CEL
MIL · LEG · XX · VV
ↃT · FL · VLPRO
AN \ \ X ST · VII
· · · · · ·

Athen. 1892 II p. 71, Catal. n. 44.
1 *C. Iulius C. (fil.) Cl(audia).* — 4 cognomen incertae lectionis. — 5 *an(norum) XXX.*

1061 lapis a. 1890 repertus, 20 dig. latus: supra fuit anaglyphum equitis hosti barbaro inequitantis, nunc tantum vestigia cernuntur.

D M
C · IVL · SEVERVS
EQ · LEG · XX V V
VIXIT · AN
XXXX

Athen. 1890 II (13. Dec.) p. 820, Catal. n. 45, *proc. soc. antiq. Lond.* XIII 206.

1062 lapis 43 dig. altus, 22 dig. latus, integer, a. 1891 m. Sept. rep.

D M
L · LICINIVS · L
TER · VALENS
ARE · VETERAN
LEG · $\overline{XX}$ · V · V
AN · VL
H · F · E · C
H · S · EST

Athen. 1892 II p. 71, Catal. n. 46.

2 filii vocabulum omissum, ut saepius in titulis militum provincialibus, velut in Britannicis supra n. 1048, infra n. 1075, C. n. 154 (cf. supra p. 534) et n. 794. — 4 *Are(late)*. — 6 VL = 45, ita C. III 10550. 11227 et alibi. — 7 *h(eres) fec(it)*.

1063 cippus 50 dig. longus, 28 dig. altus, litteris magnis, aestate a. 1891 rep. m. Maio.

C · LOVESIVS · PAPR
CADARVS EMERTA · M
LEG $\overline{XX}$ · V · V · AN · XXV · STP · IIX
FRONTNVS · AQVILO · H · F · C ·

Athen. 1891 II p. 590, Cat. n. 47 cum tabula.

1. 2 et Lovesius et Cadarus nomina Hispana (cf. Corp. inscr. II, ind. nom.).

1064 47 dig. altus, 26 dig. latus, in partes fractus sed tamen fere integer, a. 1891 auctumno rep., bonis literis.

Q · POSTV
MIVS Q F
PAPR ... OLVS
EMERTA · M
LEG $\overline{XX}$ · > P P
ANN XXX
STIPXXI
H S E

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 48.

3 *[? S]olus*. — 5 *centuria primi pili*.

1065 cippus a. 1891 vere repertus, de industria concisus ut in murum insereretur, insuper evanidus, 32 dig. altus, olim fortasse 24 dig. latus et crassus.

COCC *eiae*
IRENE
CONIV G·
CASTI·S *s* ·ME
e TSANC T·S
s IMAE VIX
ANNXX · M
CVAL IV *s* TVS
ACTAR /////
LEG·XXP *os* VIT

Athen. 1891 I p. 644, Cat. n. 53.
9 *actar[ius] leg(ionis) XX.*

1066 lapis 44 dig. altus, 24 dig. latus, in fine mutilus, a. 1891 m. Oct. rep.

circuli
quatuor

D I S M A N I
B V S Q VIB
I V S S E C V N
D V S · A N N I E S
I S · C R E M O N
A · MILES LEG XX
V V · Ɔ O C T A V I

Athen. 1892 II p. 71, Catal. n. 52.

1067 fragmentum 26 dig. latum, 32 dig. altum, a. 1892 rep.

I LORNVS · I
MIL · LEG · X̄ *x u u*
AN// XXX
H F *c.*

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n 42.
1 *Flor[i]anus.*

1068 tituli magni, 42 dig. lati, fragmenta duo a. 1890 exeunte reperta, literis magnis et bonis.

CELEIA · MIES
LEG · XX · V V
NNO · XL · ST · XX
H F c

Athen. 1891 I p. 644, Catal. n. 55, *proc. soc. antiq. Lond.* XIII 206.

1069 fragmentum 27 dig. altum, 15 dig. latum a. 1891 m. Septembri rep.

d. M
SARICO
leg. X X V V
centuria M I

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 57.

1070 fragmentum 28 dig. longum, a. 1891 rep.

PA
ENSOI
LEG XX · V · V · M

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 56.

Fortasse *Papiria (tribu) [Cresc]ens Opi[tergio].*

1071 infima pars tituli, 28 dig. alta, 34 dig. lata, a. 1891 mense Martio rep.

leg x X V V AN
STIP · XVII
H F C

Athen. 1891 I p. 643, Cat. n. 58.

1072 48 dig. altus, 31 dig. latus, litteris rudibus, a. 1891 mense Martio rep.

D M S
NI
GABIVS FE
LIXMILESL
ECIIAVC
S ANIS
XXXX H P C

Athen. 1891 I p. 643, Cat. n. 77.

Miles legionis Iscensis (cap. XIII) aut missus in Britanniam septentrionalem aut inde reversus, Devae mortuus est. Nota in titulo externi militis formulas v. 1 *d. m. s.*, v. 6 *h. p. c.* Devensibus alienas. — 4. 5 fortasse *[qu]i [vix]sit.*

1073 pars superior tituli evanida, 30 dig. lata, 50 dig. alta, rep. a. 1890 exeunte.

homo paludatus
stans

D M

AN • FELICIS • VET

VIX . . .

Athen. 1891 I p. 644, Cat. n. 61.

1074 ara mutila et evanida, 35 dig. alta, 14 dig. lata, a. 1891 m. Maio rep.

D M

patera ANNIVS. . . . . . *simpulum*

CESTI. . . . . . .

MI LEC. . . . . .

V. . AN XVIII . .

. . . .

. . . .

Athen. 1891 II p. 590, Catal. n. 11.

1075 30 dig. altus, 27 dig. latus a. 1891 m. Octobri rep.

L • ANTESTI

VS • L • SERG

SABINVS

C O R D V B

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 62.

2 *L. (f.)*, cf. supra n. 1062. — 4 Cordubam tribui Sergiae adscriptam fuisse ex hoc titulo discimus, et reperitur ea tribus in titulis eius oppidi Corp. II 2286. 5523.

1076 (= Eph. VII 882 +...). Alterum fragmentum huius tituli ex eadem fere muri parte a. 1891 aestate prodiit. Coniuncta hoc efficiunt.

D N

M • APRO | NO

M • F • FA | BIA

T | O O

O

Athen. 1891 II p. 591, Catal. n. 63.

1077 fragmentum 28 dig. altum, 34 dig. latum, a. 1891 m. Sept. rep.

homo stans —
(crura tantum supersunt)

LCAMVLIVSLF
STELATINA · A
LBANVS · TAV
RINVS

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 67 adiecta tabula.
3. 4 *Taurinus* ex Gallia cisalpina.

1078 cippus magnus, 60 dig. altus, 39 dig. latus literis magnis, per v. 5 in duas partes secatus ut muro insereretur, a. 1891 vere repertus.

D I S M A N I B V S
D · C A P I E N I ·
V R B I C I · V O L ·
T I N I A · V I E N N
S I G N I F L E G S T I
P E N D · X X I I I I ·
A N N O R · X L I I I I
H · F · C ·

Athen. 1891, I p. 644, Cat. n. 68 adiecta tabula.
5 fuit SIGNIF LEG STI.

1079 lapis fractus, 34 dig. longus, 16 dig. altus, 26 dig. crassus, a. 1891 m. Martio repertus: titulus tabella ansata continetur.

D · M ·
CASSIVS SECVN
DVS · MISSVS HO
NESTA MISSIONE
· VIX · AN · LXXX ·
COH

Athen. 1891 I p. 644, Cat. n. 69.

1080 pars superior lapidis, 30 dig. alta et lata, a. 1891 mense Maio rep.

Q C O R N
ELIVSQ F
AR

Athen. 1891 II p. 590, Cat. n. 73.

1081 pars superior lapidis, 29 dig. alta et lata, bonis litteris m. Sept. a. 1891 rep.

/// caput barbati hominis — servulus adstans

D > M

Q · CORNELIVS /

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 71 adiecta tabula.

1082 fragmentum evanidum, 28 dig. altum et latum, a. 1891 m. Sept. repertum.

luna dimidiata — rosa — luna dimidiata

Q CO*rneliu*S

Q F

Athen. 1892 II p. 71 n. 12, Catal. n. 72.

1083 prope *Pemberton's Parlour* ad occidentalem partem muri septentrionalis a. 1893 rep. lapis 32 dig. longus, 12 dig. altus, sine dubio sed nescio quo tempore ex muro extractus.

Q DOMITIVS

Q f CLA · OPTAT

VSVIRVNO

Chester Courant 10. Ian. 1894, Catal. mus. n. 74.

Si miles fuit, ut puto, potest fuisse miles legionis XIV geminae; confer C. XIII 6892.

1084 34 dig. latus, 28 dig. altus, a. 1892 rep.

D M

L · F STINIO PROBO FL

· *Vix* AN II · D XXVIIII

L · SEM PROBIANVS

PATER · F · C

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 76.

2 *L. F[e]stinio Probo f[i]l(io).*

1085 lapis 26 dig. longus, 37 dig. altus, bene servatus, m. Aprili 1891 rep.

D M
C · IVL · MARVL
LINI · B · F · TRIB
V N I · V I X I T
A N N I S XXXXV
H · F · C ·

Athen. 1891 I p. 644, Catal. n. 79 adiecta tabula.

1086 fragmentum 13 dig. altum, 17 dig. latum bonis literis, a. 1891 m. Sept. rep.

Q I V
N O VE M *ber*
V I X · A N · L X
I V I I · I C

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 80.
1 *Q. Iun[ius]* potius quam *Iul[ius]*.

1087 tituli pars superior 12 dig. altus, 30 dig. latus, evanidus, a. 1890 m. Dec. rep.

SEBDIVS · L · F · TR *o*
DENS AEQV

Athen. 1891 I p. 644 n. 8, Catal. n. 34.
1 fin. 2 *Tr[o(mentina tribu) Pu]dens Aequ[o* ... miles, ut videtur, legionis II Adiutricis.

1088 fragmentum 42 dig. altum, 28 dig. latum evanidum, a. 1891 rep.

leonis caput *hominis caput* *leonis caput*

eques cum servo.

SEXTVSSEXTI · FILIVS
FAB BRI *ia*
C E V I

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 91, adiecta imagine.
1 fin. *filius*. Nomen cognomenque defuncti videntur collocata fuisse post tribum et patriam.

1089 fragmentum magnis litteris, 35 dig. altum, 22 dig. latum.

vestigia equitis barbarum hostem calcantis

M · VALER · M · F
CL XX D · MARTIALS

Athen. 1892 II p. 72, Cat. n. 87.

1090 29 dig. altus, 18 dig. latus, fractus. a. 1891 mense Martio rep.

D *m*
C VALERI ....
MIL *leg* ...
> POSTV *mi* .
GALER *ixit*
A *nn*..
STPEN *d*...

Athen. 1891 I p. 643, Cat. n. 85.
7 *st(i)pen[d(iorum)]*...

1091 39 dig. altus, 30 dig. latus, fractus a. 1892 rep.

DIS · MAN
L · VAL ERIVS · L ·
AIA IA PVD
ens II

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 88 adiecta imagine.
3 in. quae tribus indicetur frustra quaesivi.

1092 fragmentum 23 dig. altum, 26 dig. latum, a. 1891 mense Maio rep.

D M
C VALERI
CC MAD

Athen. 1891 II p. 591, Cat. n. 86 adiecta imagine.

1093 lapis in duas partes fractus, 18 dig. altus, 38 dig. longus, a. 1891 m. Maio rep.

D | M
M · VLP | M · F
VLPI IA|NVARIVS
TRAIA S | XVIIII
AN X|XXVII
////.F

Athen. 1891 II p. 590, Cat. n. 51.

2 seq. *M. Ulp(ius) M. f. Ianuarius Ulpi(a) Traia(na) s[t(ipendiorum)] XIX, an(norum) XXXVII...* Ulpiam Traianam nec Sarmizegetusam fuisse puto nec Poetovionem sed Vetera. More non insolito (cf. C. III 6700, 6761 etc.) Ulpia pro tribu posita est. — 6 fortasse fuit H·F·C.

1094 tituli pars inferior 33 dig. lata, 38 dig. alta, a. 1891 m. Martio rep.

OPTONIS · AD · SPEM
ORDINIS · >LVCILI
INGENVI · QVI
NAVFRAGIO · PERIT
▲ S ▲ E

Athen. 1891 I p. 643, Cat. n. 92 adiecta imagine. Shrubsole *Illustrated archaeologist* 1893 p. 25; Dessau inscr. sel. 2441.

5 H fortasse de industria omissa, scilicet inserenda, cum ossa inferre licuerit, certe in lapide deest.

De optionibus ad spem ordinis videantur C. III n. 12411, Domaszewski *Rangordnung* p. 41.

1095 fragmentum 15 dig. altum, a. 1892 rep.

II
*claudi*A SAV*ria*
ann XXXX
stipe NDIORVM

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 96.

Miles fortasse legionis II Adiutricis.

1096 27 dig. altum, 20 dig. latum, litteris magnis, a. 1890 rep.

VS
·GAL
NITVS

Athen. 1890 II p. 820, Cat. n. 100, *proc. soc. antiq. Lond.* XIII 207.

1097 fragmentum 26 dig. longum, 13 dig. altum, a. 1891 m. Iunio rep.

IX
S E R
VIX · AN · LXX
N · TIERIA H F C ·

Athen. 1891 II p. 590, Cat. n. 103.

4 *[co]ntiberna(lis)*, quod conieceris, certe non est in lapide.

1098 pars ima tituli, 32 dig. lata, 16 dig. alta, a. 1891 m. Iunio rep.

IIC ///// SVO EST
SEPVLTVS

Athen. 1891 II p. 591, Cat. n. 104.

Fortasse *hic [in] suo est sepultus*, quamquam tale aliquid in titulis Britannicis perraro additur.

1099 anaglypha duo equitum hostibus victis inequitantium, tituli fere deperditi; *a* a. 1890 rep., 36 dig. longum et latum, *b* a. 1891 rep., 29 dig. altum, 35 dig. latum, boni operis.

a D/*m* *b* D/*m*

a: Athen. 1890 II p. 820, Catal. n. 98, *b: Athen.* 1891 II p. 591, Catal. n. 99 adiecta imagine.

1100 fragmentum 34 dig. altum, 29 dig. latum, a. 1892 rep.

II H
F · HERES
FAC · C ·

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 102.

2 *f(ilius)*.

1101 pars infima tituli, 34 dig. lata, a. 1892 rep.

an NORXXV
S *ti* P X

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 97.

1102 lapis 48 dig. altus, 23 dig. latus, integer, a. 1891 m. Sept. rep.

femina d. calicem tenens
in lecto cubat: apposita est
mensa tripes: supra duae aves
sertis insident: in angulis
tritones tubis canunt.

D · M ·
CVRATIA · DINY
SIA · VIX · ANXXXX
· H · F · C ·

Athen. 1892 II p. 72, Catal. n. 108; *Manchester Guardian* 21. Oct. 1891, *Antiquary* Nov. 1891.

2. 3 intellege *Di[o]nysia.*

1103 lapis cubicus in quo titulus integer, 13 dig. longus et latus, vere a. 1891 rep.

D M
ET ACONTIO
LIBERTO BENE
MERENTI · C · ASV
RIVS FORTI · PATR
ONVS EIVS POSVIT

Athen. 1891 I p. 644, Cat. n. 75.

Summus lapis ut anaglyphum reciperet cavatus est.

1. 2 *d. m. Etacontio* (nomen alibi nondum repertum) vel etiam, sane miro modo, *d. m. et Acontio.* — 5 scr. FORTIS.

1104 42 dig. altus, 26 dig. latus, infra fractus, a. 1890 rep. Supra titulum cernuntur vestigia cenae sepulchralis.

D M
RESTITAE · V
N · VII · ET · M
ARTIAE V N//
///AI NIES
I

Athen. 1890 II p. 820 (n. 4. 5), Catal. n. 111, *proc. soc. antiq. Lond.* XIII 206.

3. 4 *Martiae* potius quam *Martine.* — 5 *[p]ar[e]ntes.*

1105 lapis 30 dig. latus, 46 dig. altus: fractus, a. 1890 rep. titulus integer est.

mulier stans calicem tenens — vir stans tesseras tenens

VOCONIA CVA⁝ VICToR
NIGRINA

Athen. 1890 II p. 820 n. 3, Cat. n. 89, *proc. soc. antiq. Lond.* XIII 206. V. 1 in. legendum *Voconia*, non, quod prius dedi, *Voconiae.*

1106 fragmentum miserum, 26 dig. longum, 23 dig. latum, a. 1891 m. Maio rep.

D · M
C

Athen. 1891 II p. 591, Cat. n. 105. In alio fragmento tantum SINI legitur (*Athen.* 1892 II p. 72).

West Kirby prope *Birkenhead.* Eph. VII p. 296.

ad Eph. VII 915 (post C. n. 176). Contuli: recentia omnia.

XVII a. *Derbyshire.* C. p. 50 (cf. p. 48). Eph. III p. 121.

Incipiunt in comitatu Derbyshire colles q. d. Pennini, qui, longo et fere continuo iugo usque ad montes Cumberlandiae vallumque Hadriani porrecti, cum loca planiora *Cheshire* et *Lancashire* ab tota regione Eburacensi, et ipsa campestri, dividant, aetate Romana castellis auxiliaribus custodiendi erant. Ex his castellis tria, in *Derbyshire* vel in regione vicina sita, nuper pervestigari coepta sunt, *Melandra* (infra ad C. n. 178), *Brough* in *Edale* (n. 1107), *Castleshaw* (vide infra inter tegulas cohortium): quartum longius septentriones versus situm vide cap. XXI. De castellis ceterisque rebus antiquis in eodem comitatu repertis plenius egi *Victoria Hist. of Derbyshire* I 191—263.

ad C. n. 177. Periit. Fraudis suspicione sane non caret titulus qui, praeter nomen unum Gellii, intellegi non possit, in praediis autem cuiusdam Gell, viri tum cum repertus est in ea regione nobilissimi, prodiisse affirmetur.

ad C. n. 178. Contuli. Castellum Melandram effoderunt primus a. 1899 Ioh. Garstang, tum a. 1905 Bruton et Conway, postea alii, nec tamen res ad finem perducta est. Confer Garstang *Derbysh. archaeol. journ.* XXIII 90, Hamnett *ibid.* XXX 321 (cum imagine principiorum parum accurata), Bruton et Conway *Melandra Castle* (Manchester 1906), Bruton *Excavations at Melandra* ibid. 1909. Plura sane de hoc loco scripta quam ibi reperta. Titulos inde novos habes nullos.

XVII^b. ANAVIO *(Brough).*

Castellum Romanorum ad *Brough* prope *Hope* in valle *Edale* fuisse iamdudum notum erat: primus data opera locum temptavit a. 1903 Ioh. Garstang, partemque principiorum et titulos duos eruit *(Derbyshire archaeol. soc.* XXVI 177—196). Nomen castello Anavionem fuisse demonstravi l. c. p. 201 (cf. Eph. VII n. 1102); praeterea de castello in universum dixi *Vict. Hist. Derbyshire* I 201—210. Cohortem I Aquitanorum ibi circa a. 158 in statione fuisse et tum quaedam aedificia aut struxisse aut restituisse ex n. 1108 patet; principia postea refecta esse videntur. Cohors redit C. n. 176. 620*a*. 1193 (a. 124). Eius fortasse fuerunt tegulae quaedam fractae, in balneo extra castellum c. a. 1761 repertae, COH vel OH inscriptae (S. Pegge *Roads through the Coritani* (1784) p. 40, W. Bray *Tour* (1783) p. 210: inde ego *Vict. Hist. Derb.* I 206).

1107 in hypogeo 'praetorii' inter fractos lapides et rudera, ara 20 dig. alta, 12 dig. lata, literis admodum evanidis. Nunc Buxton in museo.

intra sertum:

DEAE
. . . OI.CIE
KE VIC
VSLLM

Descripsi edidique *Vict. Hist. of Derbyshire* I 208. Garstang *Derb. arch. journ.* XXVI 194 cum fig. Quam praeterea ibi memorat Garstang aram DEO MART fortasse dedicatam, vidi, sed litteras nullas legebam.

1108 in eodem hypogeo rep. fragmenta quatuor, unum parieti hypogei reficiendo adhibitum, tria reliqua abiecta inter rudera varia, lapidis olim ut videtur 54 dig. longi, 32 dig. alti: nunc Buxton in museo.

IMP · CAESARI · T *ael. hadr.*
an TONINO AV *g. pio p. p.*
COH · I · AQVITA *norum*
SVB · IVLIO · V *ero, leg.* AVG
PR · PR · INST *ant* E
ca PITON *io fu* SCO PRAE

Descripsi et supplevi: edidi *Derbyshire arch. journ.* XXVI 197, *Vict. Hist. Derb.* I 207.

4 de Iulio Vero qui a. 158 Britanniam obtinebat, cf. ad titulum eius, repertum ad Pontem Aelium (infra n. 1163).

XVII c. RATAE *(Leicester).*


Oppidum Ratae Coritanorum (Itin. Ant. p. 477. 479) eiusdem generis videtur fuisse atque Calleva Atrebatum et Venta Silurum. Supersunt murorum antiquorum vestigia (velut porta occidentalis *Jewry Wall* dicta), pavimenta operis musivi, varia supellex aetatis Romanae nunc in museo publico asservata. Cf. quae nuper scripsit W. Page *Victoria Hist. Leicestershire* I 148: titulorum, qui pauci sunt, mentionem tantum fecit.

1109 Leicester prope *Jewry Wall* a. 1897 rep. parti infimae columnae leviter incisum: nunc in museo.

MERꞋ C
ADROP

Vidi et ectypum habui. Romanam esse non spoponderim.

1110 apud *the Old House, Westcotes,* in suburbio Ratarum prope viam Romanam, ubi sepulcretum Romanum fuit, a. 1894 rep., nunc in museo, fragmentum 20 dig. altum et latum, litteris magnis.



Descripsi. Memoratur *Thirteenth Report of the Leicester Museum Committee* p. III.

2 *[min]istra?* (Hirschfeld).

XVIII. LINDVM *(Lincoln).* C. p. 50. Eph. VII p. 296.

Titulos Lindenses superstites denuo contuli et cum ceteris rebus antiquis Lindi repertis in actis societatis archaeologicae *the archaeological Institute* a. 1909 tractavi, quae mox edentur.

Museum novum in vetere coenobio *Greyfriars* institutum est: illuc, spero, multa confluent.

ad C. n. 182. Vv. 2. 3 lege G·IVLI CAL | CALENI LVC. Lapicida G et C miscuit: intellege *Gal(eria) Caleni Lug(duno).* Calenus nomen Celticum est.

ad C. n. 184. Nunc in museo Britannico. V. 3 lege AAAVDI, *Babudi,* littera *b* cursive scripta (cf. supra n. 1055). Nomen hoc repertum in Umbria, Corp. XI n. 5185. 5196. In fine est ISPANI GALERIA | CLVNIA', *(H)ispani Galeria* (tribu) *Clunia:* id iam Kubitschek recte coniecerat *(Imper. Rom. tributim descriptum* p. 192). Non recte Huebnerus ait litteras tituli restitutas esse. Diximus de lapide ego *Arch. journ.* L 286, Kubitschek *archaeologisch-epigr. Mittheilungen aus Oest.-Ungarn* XVII 14, uterque adiecta imagine tituli.

ad C. n. 186. V. 4 in lapide est SALICA·IVGA (vel LVGA). V. 7 nullus est. Totus titulus ita legendus est: *miles le]g. II Ad(iutricis) p(iae) f(idelis) > [P]onti Proculi, L. Licinius L. f. Gal(eria tribu) Salica Lug(uduno), annorum XX [stip]end(iorum) II.* Nomen militis officio postpositum habes etiam Eph. VII n. 991 et alibi (Corp. XIII 6942, Mogontiaci). Salica nomen Celticum est.

ad C. n. 188. Iunge C. n. 196, quod fragmentum pertinuit ad v. 1 huius tituli. In C. 188 v. 1 fuit, puto, ...S·M·F, v. 4 LEG·V/*iiii*. Miles cognomine carens, Italia oriundus, hanc legionem sibi vindicat.

ad C. n. 189. A dextra est viri protome. V. 2 ex. lego CATIOTV////.

ad C. n. 193. Nunc in museo Lincolniensi: ectypa et imagines photographicas habui. — V. 3 lege CRYSIDI. — Rep. est ubi olim carcer fuit, extra portam Lindi orientalem inter alia sepulcra Romana. Vide *gent. mag.* 1840, I p. 79, *arch. journ.* XVII 8.

1111 Lincoln, loco dicto *the South Common*, prope sepulcretum Romanum meridionale, a. 1909 repertus lapis sepulchralis fractus 35 dig. latus, 45 dig. altus: nunc in museo. Lectio certa: puncta parva et incerta.


C V A L E R I V S C F
MAEC · MIL · LEG
IX · SIGN · > HOSPITIS
ANN XXXV STIP XIIII
T P I
H *s e*

Imaginem photographicam misit E. M. Sympson; postea contuli. Edidi *Lincolnshire Notes and Queries* Iul. 1909, adiecta imagine. Memoratur *the Antiquary* 1909 (Apr.) p. 127.

3 *sign(ifer), (centuria) Hospitis* (cf. Corp. III 6606).

Hiberna Lindensia primis statim annis Romanae dicionis posita esse, si quis unquam dubitaverit, evincunt tituli tres, hic et C. n. 183 et 188 (cf. supra).


1112 Lincoln, insertum muro medii aevi prope *Pottergate*, ubi orientale Lindi sepulcretum fuit, fragmentum mutilum, 16 dig. altum, 12 dig. latum, litteris malis et partim incertis.



Descripsi indicatam ab E. C. Wickham, D. G. Hogarth, J. J. Phelps.

2 *Q. Val(erius?).* — 4 in. aut P aut B aut R aut D.

1113 Lincoln, prope portam orientalem *(Eastgate)* aliquot ante annos rep. fragmentum 17 dig. latum, 26 dig. altum, litteris parvis et evanidis: nunc in museo.



Hicks:

ΛITDVLCISSIMAFR *oles?*

..........PAREBITIS°

..AESTABLATARECENT

Descripsi tam lapidem quam, adiutus a Ioh. G. C. Anderson, ectypum. Praeterea vv. 2—4 E. L. Hicks, episcopus Lincolniensis, a me rogatus non semel inspexit.

Litterae IEFPC fere eandem formam habent: evanidae certe non distinguuntur. — 4 *ablata repente* (vel *recenti*). — 5 *tua fata.* Agnoscuntur versus dactylici.

XX. *Manchester.* C. p. 56. Eph. IV p. 199, VII p. 298.

Effossiones in *Castlefield*, ubi castellum situm erat, a. 1906—7 factae sunt, sed inde pauca tantum didicimus. Res antiquas et tum et antea ibi repertas tractaverunt F. A. Bruton et alii *The Roman Fort in Manchester* (Manch. 1909), quo in libro qui titulos composuit, rem parum bene fecit. Consulendus est praeterea Caroli Roeder liber *Roman Manchester* (Manch. 1900). Tegulas *c. III Br.* vide infra suo loco.

De nomine castelli — quod aut *Mancunium* fuit (itin. Ant. 482, 2) aut *Mamucium* (ibid. 468, 7) aut tertium nescio quod — disputavit H. Bradley *English Historical Review* XV 495. Res adhuc in incerto est: illud certum, per totum medium aevum usque ad saec. XV loci nomen a *Mam-*, non a *Man-*, incepisse.

ad C. n. 211. Oxonii in museo Ashmoleano, ubi vidi.

ad C. n. 212. Vidi Manchester in museo Peel Park. V. 1 incertus est. De vv. 2—4 Huebner recte iudicavit, legendum scilicet ...*praepo*SI|*tus* VEXIL| RAETOR·ET | NORICOR | V·S·L·L·M. Imaginem bonam exhibet Bruton *Roman Fort* tab. 8 (ad p. 24). Ara videtur ex monumento aliquo antiquiore exculpta esse.

ad C. n. 213—216. Perierunt; periit etiam Eph. IV n. 674.

ad C. n. 217. Servatur a Guil. Astor, Americano, in *Hever Castle.*

XXI. *Ribchester.* C. p. 58. Eph. VII p. 299.

Castellum Romanum, cuius reliquiae hodie prope ecclesiam vici Ribchester cernuntur, Bremetennacum appellatum esse, nunc fere constat. Coccium potius loco dicto Wigan quaerendum esse Watkin *Roman Lancashire* pp. 28. 200 recte vidit.


Effossiones hic temptaverunt a. 1898—9 Ioh. Garstang, a. 1907 antiquarii Mancunienses adiuvante G. L. Cheesman Oxoniense, sed castelli magnam partem ecclesia et sepulcra recentia satis defendunt. Illud certum est, castellum primo iam saeculo positum fere ad saeculum quartum mansisse ambitumque habere eum, qui alae auxiliariorum miliariae conveniat.

De effossionibus suis rettulit Garstang *Ribchester Exploration Fund Report* 1898—9; de antiquitatibus loci scripsit idem *Transactions historic. soc. Lanc. and Cheshire* XVII 190—208, ubi tamen de templo quodam coniecturas incautas addidit.

ad C. n. 221. Aram 32 dig. altam, 17 dig. latam, olim in Dingly Hall nunc in Stonyhurst servatam vidi; sed evanida tota est. Testimonia veterum Huebnerus confudit: quam enim sub Anonymi nomine dat lectionem, ea est revera Camdeni, qui a. 1580 titulum vidit; quam autem sub Camdeni nomine dat, ea est mera Camdeni coniectura. Huic coniecturae debetur mirum illud et insolitum *deis Matribus.* Initium tituli iam a. 1580 aperte evanidum factum erat. Praeterea animadvertendum est a. 1824 T. W. Dilworth haec legisse ...... *M. Ingenuius Asiacticus* (sic) ÆIIASTSSLLM: vide epistolam eius eo anno ad Ios. Dunn datam, *Stonyhurst Magazine* m. Apr. 1898 p. 140. Restituendum fortasse (v. 4): A. II AST.

ad C. n. 225. Servavit in cod. mus. Brit. idem Th. Braithwaite, qui etiam n. 230 servavit. Lapis a. 1587 repertus est.


ad Eph. VII n. 924. Contuli Blackburn in museo publico: fragmentum est 31 dig. longum, 12 dig. altum.



.... *curam eg[it] ...]lis dec(urio) filius.*

Anaglyphum equitis ex eodem lapide factum et eodem loco repértum, nunc una servatum, ad titulum pertinere creditur.

1114 Ribchester, inter rudera principiorum castelli, a. 1908 rep. fragmentum tabellae magnae ansatae 15 dig. altum, 11 dig. latum.




Descripsi. Edidit Conway *Manchester Guardian* 4. Mai. 1908, *Classic. Review* 1908 p. 197; vide etiam *assoc. journ.* 1908 p. 214.

V. 3 de industria erasus est. — 4 fin. c potius quam o.

Est Severi filiorumque potius quam Vespasiani filiorumque. Vv. 4. 5 Conway *vex. legionis sextae vict*|RIC*is*... *proc(urator)*|AV*gg* supplet, vix recte.

1115 Ribchester intra castellum in horreo a. 1899 rep. pars ut videtur columnae, 11 dig. longa, 7 dig. alta.



Vidi.

XXII. EBVRACVM *(York)*.

C. p. 61. Eph. III p. 122. 312; VII p. 299. 352.


ad C. p. 62, Eph. III p. 312. Contuli laminas: lege *b* I ΘΕΟΤC, 4 οKPIB. Litterae cum punctim scriptae sint, videtur intellegi posse v. 4 CKPIB, *Scrib(onius)*. — Hunc Demetrium eundem esse qui apud Plutarchum in dialogo de defectu oraculorum introducitur ἐκ Βρεττανίας εἰς Ταρσὸν ἀνακομιζόμενος οἴκαδε, coniecit olim C. W. King Cantabrigiensis noster (*arch. journ.* XXXIX 1882 p. 23), nuper, huius ignarus, et coniecit et comprobavit H. Dessau in Hermae vol. XLVI 156. Laminae paullo ante annum 83 incisae esse videntur (cf. Dessau l. c. p. 159).

ad C. n. 238. Contuli: certa est lectio v. 1: AF·ITA, *Af(ris) Ita(lis)*. Quod Mowat *proc. soc. antiq. Newc.* V 130 *Af(liabus) Ita(lis)* coniecit, vix placebit. Repetivit Dessau inscr. sel. 4787.

ad C. n. 243. Exhibet etiam Al. Lesley in codice bibliothecae Victor.-Emanuele quae est Romae, 506 n. 60.

ad Eph. III n. 78. Errore repetitur ibid. III n. 180, ut observavit F. Haug *Jahresber. Fortschritte class. Alterthumswiss.* 1884, 3 p. 157, confirmavit musei curator Raine, cf. *arch. journ.* XLIX 233.

1116 (= Eph. VII n. 1182. 1183) fragmenta sunt unius lapidis (olim ansati), iam melius collocata in museo Bankfieldensi, Halifax, litterae altae cm. 3. 4.



Descripsi.

1117 Eburaci sub hospitio *the Mount Hotel* prope viam Romanam quae ad Calcariam *(Tadcaster)* ducebat, inter alia sepulcra Romana a. 1892 rep., nunc in museo; titulus in spatio 26 dig. lato incisus est.

anaglyphum
feminae infantem et
pateram (?) tenentis

D M
IVLIE BRICE AN · XXXI
SEPRONIE · MRTINE · N · VI
SEPRONVS · MRTNVS · F · C ·

Descripsimus Raine et ego, edidimus ille *Academy* 16. Apr. 1892, ego *arch. journ.* L 287.

3 *Se(m)pronie*, 4 *Se(m)pronius.*

1118 pars inferior lapidis sepulchralis cum praecedente rep. et servata, 20 dig. lata.

N
IVSPIISSIME
F · CO · S · T · T · L

Descripsi. Edita est cum ea quae praecedit.

3 in. *f(ecit) co(niux).*

XXIII. ISVRIVM BRIGANTVM *(Aldborough).*
C. p. 66. Eph. III p. 124, VII p. 302.
Accedunt comitatus Yorkshire partes meridionalis et orientalis.

ad C. n. 260. Contuli. V. 3 in. est v (2. 3 *Matribu[s]).*

ad C. n. 261. Vidi. Ara fortasse antiqua, litterae noviciae; a tergo item litterae noviciae exaratae sunt.

ad C. n. 263. Contuli. Recte edidit Huebner Eph. III p. 124.

ad C. n. 263a. Vide infra n. 1119.

ad C. n. 267. Contuli Eburaci in museo. Non est antiqua. Fortasse intellegendum: *inning.*

ad C. n. 268. Iustinianus hic, ut observavit A. I. Evans *numismatic chron.* 1887 p. 208 = *archaeol. Cambrens.* 1888 p. 318, ille est quem circa a. 407 Constantinus ex Britannia in Gallias misit (Zosimus VI 2; Olympiodorus apud Photium bibl. cod. 80, Mueller fr. hist. Graec. IV p. 59, ubi Ἰουστῖνος traditur). Titulus repertus fuit in summo monte *(the Peak)* mare prospicienti; rudera Romana simul reperta esse dicuntur. Saeculo igitur quinto ineunte castellum sive speculum hic fuit contra piratas Saxonicos constitutum. Ad praesidia similia pertinere videntur vestigia Romana per idem litus ad *Filey* et *Saltburn* deprehensa. — Lectionem denuo temptavi, sed parum feliciter. V. 3 credo SBI pro GIST male scriptum esse. In fine post A///O nihil deest. — Delineavit Huebner exempl. script. epigr. n. 781.

ad Eph. III p. 143 n. 125. Non debuit ab Huebnero inter tegulas collocari: lapis fuit rudis et (ut videtur) perparvus. A. 1857 (ut affirmatur) repertus est: edidit primum W. S. Cortis *Roman and British remains at Filey (Twentysixth Report, Scarborough Philosoph. and Archaeol. Soc.)* pp. 18—25 cum tabula mala: inde S. Mayhew *assoc. journ.* XLIV 355; Whellan *hist. of the North Riding* (Beverley 1859) II 895: confer praeterea Wright *intellectual observer* VIII (1866) 234. Si ex titulo ipso et ex tabula Cortisii iudicare licet, fictus est. Finxisse puto falsarium illum eius aetatis famosum, Edwardum Simpson sive '*Flint Jack*'. Finxit is certe ea regione et eo fere tempore talia multa, velut lapidem IMP CONSTAN EBVR inscriptum: confer *proc. soc. antiq. Lond.* II (1853) 298 et Ios. Stevens *Flint Jack* (Reading 1894) p. 8.

Lapis CORVMJ+ inscriptus (Huebner inscr. Chr. Brit. n. 172) aut mediae aut recentis est aetatis: primum edidit F. Hargrove *Knaresborough* (ed. 6, 1809) p. 350.

1119 (= C. n. 263*a*) lapis est 16 dig. longus, 8 dig. altus, litteris malis, Whitby in museo.

DEO MAR
RIGAE
SCIRUS DIC·
SAC VSLM

Contuli et edidi *arch. journ.* L 289. Primus quod sciam edid. Whellan *Hist. of the North Riding* (Beverley 1859) II 209. — Dessau inscr. sel. 4582.

3 DIC legit etiam Whellan.

Deo Mar[ti] Rigae Scirus dic(avit) sac(rum) — nisi mavis *sac(erdos)* — *v. s. l. m.*

1120 ex fluvio Calder ad Woodnook prope Castleford a. 1890 extracta ara rudis, 15 dig. alta, 8 dig. lata: nunc Leeds in museo. Ectypum gypsaceum intuli museo Ashmoleano Oxoniensi.

DEAEUIC
TORIAE
BRIGNNT
A·D·AURS
ENAPIANU

Descripsi edidique *arch. journ.* XLIX 191 cum tab. (inde Dessau inscr. sel. 4720). Dea redit C. n. 200. 203. 875. 1062; confer infra n. 1141; Eph. VII 920.

Deae Victoriae Brigant(iae) a(ram) d(edicat) Aur(elius) Sen[o]pianu[s].

1121 ara parva et rudis 17 dig. alta, 8 dig. lata, valde evanida, prope Chapeltown — vicus is a Leeds circiter 3 m. p. septentriones versus — rep., nunc Leeds in museo.

M Λ
T· · · · ·
· · · · · ·
· · · · · · ·

Vidi.

Mat[ribus?

XXIV. *Brough by Bainbridge, Catterick.* C. p. 67.

Castellorum auxiliariorum vestigia tam prope *Brough* quam prope *Catterick* hodie conspicua sunt.

ad C. n. 269. Manu ut videtur Camdeni sic legitur in cod. mus. Brit. Cotton Titus B. VI f. 251 (olim 244):

IMPCAESARI · L · SEPTIMIO
PIO · PERTINACI · AVGV
IMP CAESARI · M · AVRELIO · A
PIO · FELI AVGVSTO · FIPS
//////////////////////////////////
BRACCHIO CAEMENTICIVM
V̄ĪNERVIO T · SVBCVRA · L · A
SENECIO.V 1MPLISSIMI
OPERI · L · VIV S · PIVS · PRAIA
F · CIO

1122 *by the L(ord) William Howard, neare Catterick, 1622.*

DEO · SA
NCTO · V
HE T E R I
PRO · SAL
AVR · M^V CI
N·I·V·S·L·M·O

Camden in schedis suis Bodleianis Oxon. (ms. Smith 84 f. 8 *d*). Inde, ut puto, Thos. Smith (1638—1710) ms. Smith 86 f. 40. Meminit tituli etiam Roger Dodsworthe a. 1622 in schedis Camdenianis mus. Brit. Cotton Iulius F 6 f. 298=314. — Titulum, quem Camdenus anno vitae paenultimo accepit, diu latuisse vix mirum est.

2. 3 *V|heteri;* cf. infra n. 1182. 1183. — 4 seq. *pro sal(ute) Aur. Muciani v. s. l. m.;* 6 fin. O pro puncto hederaceo est.

XXV. LAVATRAE *(Bowes).* C. 69. Eph. VII p. 302.

ad Eph. VII n. 941. Vidi et ita excepi:

VSAEM VS
IITIR V
CLOIRAEF
FECIT

Ita fere etiam nescio quis in *Transactions of the Cumberland and Westm. archaeol. soc.* VI (1906) 324. — De cohorte II Thracum et praefecto eius cogitaverim.

XXVI. *Gretabridge, Rokeby.* C. p. 70.

Duo castella auxiliaria fuisse videntur in hac regione, alterum prope *Bowes* (cap. XXV), alterum IX chilom. inde orientem versus prope deversorium *Morritt Arms* ad *Gretabridge* et *Rokeby.*

ad C. n. 276. Contuli: ara est 28 dig. alta, 12 dig. lata.

DEO MART
I · NEMN
GENVS · A
RAM POS
VIT · VOL
caput apri — VM ET V — scutum
SOLVM
ET PRO SE

Deo Marti Nemn[o]genus aram posuit vo[t]um (i. e. quod voverat) *et v(ovit?) solum* — an *solv(it) m(erito)?* (O. H.) — *et pro se* (i. e. id fecit). Minus recte Bailey *Cumberland and Westmorland arch. soc. transact.* (nov. ser.) V 126.

ad C. n. 277. Contuli.

ad C. n. 280. 281. Frustra quaesivi.

ad C. n. 283*b*. Ricardus Gough, qui vidit a. 1763, a Naworth, id est a vallo Romano, lapidem venisse affirmat (ms. Oxon. Bodl. top. gen. *e* 25 f. 283), sed fortasse erravit (cf. infra ad C. n. 826). Ipse externum crediderim.

De titulis in Rokeby Hall asservatis, qui fere omnes Amboglannenses sunt, dixi infra in Addendis ad cap. LII (p. 600).

XXVII. *Watercrook.* C. p. 72.

Vestigia castelli quamquam nondum effossi certa sunt. Praeter auctores antiquos conf. W. G. Collingwood *Cumberland and Westmorland arch. soc. transactions* (nov. ser.) VIII (1908) 102—108.

ad C. n. 292. Nunc *Kendal* in museo. E. Hodgson imaginem photographicam misit (eandem repetivit Collingwood loco supra citato, ad p. 106). Repertam esse anno 1688 testatur Nicolson (cf. infra ad n. 1123): v. 7 dispicio INS AEL SVPINO.

1123 Watercrook rep. a. 1688.

····DEAB
SACRU
···VALENS
AVG·V·S
L·M

Ex schedis Guilelmi Nicolson olim episcopi Carliolensis edidit R. S. Ferguson *proc. soc. antiq. Lond.* XIII 265, *Cumb. and Westm. arch. soc. transactions* XII 60; inde ego *arch. journ.* XLIX 194.

XXVIII. BRABONIACVM sive BROVONACAE *(Kirkby Thore).* BROCAVVM *(Brougham Castle).* C. p. 73. Eph. III p. 125, VII p. 306.

Duo videntur fuisse castella auxiliariorum, quorum alterum ad *Brougham Castle* ad confluentes fl. *Eamont* et *Lowther*, alterum XI fere chilom. inde orientem versus ad fl. *Eden* prope *Kirkby Thore* stetit. Haec loca ita inter se distant, ut hoc Brovonacas (itin. Ant. 467). illo vero Brocavum (ibid. 476) fuisse probabiliter statuamus.

ad C. n. 303. Qui in schedis musei Britannici (ms. Cotton Iulius F VI f. 308, olim 293) descripsit, non Sibbald est sed ipse Camden: a Camdeno Seldenus habuit. — Titulum revera Brougham repertum esse certum non est: Lowther ubi servabatur (id est Lowther Castle), sita quidem est prope Brougham sed ita ut etiam Plumpton Wall non longe absit. Vv. 3. 4 ausim restituere *Germa[norum] V[o]r[e]d(ensium):* Voreda nomen castelli est ad Plumpton Wall (cf. p. 566). Domaszewskius *Religion des römischen Heeres* p. 45 not. 195 coniecerat: *[Bro]v(onacensium) [Go]rd(ianorum).*

ad C. n. 303*a* (= 1352 p. 314 = Eph. III p. 127). Contuli: vv. 2. 3 IMAG | NIFERI.

XXIX. *Whitley Castle.* C. p. 75. Eph. 4 III p. 128.

ad C. n. 309 = Eph. III p. 128. Contuli a. 1895: lectio tota incerta est. — Testatur Moses A. Richardson (*Local Historian's Table book* IV, 1845, p. 386) aram, iam tunc evanidam, die 18. Sept. a. 1837 repertam esse circa C passus extra castellum orientem et septentriones — id est flumen Tinam — versus. Fragmentum tegulae rubrae MAR... inscriptum, teste eodem una repertum, vasis Gallicis videtur adnumerandum esse.

ad C. n. 310. In schedis suis bibl. Bodl. Oxon. (ms. Smith 84 f. 17) vv. 8 seqq. ita exhibet Camden:

FƎIA/GARM///IM///PONTM
TR·POTXIMPIЄS IIII////RII
PROPIETATE·AEDE·VOTONE
COMMVNI/C VRANTE
....LEG·AVG
PR·RVCOH·I·I·NERVIO
RVM·C·R·POS

Legendum igitur vv. 10—11 *pro pietate ac devotione communi* (cf. C. n. 322. 963), v. 13. 14 *coh. II* (non *III*) *Nerviorum* (inde, puto, numerum *II* adscripsit Smith ad exemplum Britanniae Camdenianae ed. 1607 in bibl. Bodl. ms. Smith 1 servatum). Numerum *II* (v. 13) habet etiam Bainbriggius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 331 (olim 313), quod exemplum repetivi, adiecta imagine, *Cumberland and Westmorl. arch. trans.* 1911 p. 359. Solum in Britannia edita Camdenus posuit *III*; cur id fecerit, apparet ex glossa ab ipso schedae Bainbriggianae adiecta: *cohors III Nerviorum Alione;* quae verba sunt Notitiae dignitatum occ. 40, 53; scilicet situm Alionis castelli ibi quaerebat. Iam statuendum erit, eo loco ubi est *Whitley Castle*, non tertiam sed secundam cohortem Nerviorum tetendisse.

XXX. VOREDA (*Plumptonwall* sive *Old Penrith*). C. p. 77. Eph. III p. 128.

ad C. n. 326. Credo Camdenum initia versuum non in lapide invenisse, sed more suo coniectura supplevisse. — In adnotatione (item in adnotatione ad C. n. 327) delendum Gericii nomen; pro eo scribendum: Anonymus Germanus (cf. infra p. 599).

ad C. n. 330. *Plumpton Wall* repertam esse testatur R. Patten in epistola d. 18. Mai. 1731 ad R. Gale scripta (*Stukeley's Correspondence* II p. 76).

ad C. n. 332. Testatur Guilelmus Nicolson, praebendarius et postea episcopus Carliolensis a. 1681—1718, in schedis Lhuydianis Oxonii in bibl. Bodleiana (Ashmole 1816, f. 466 d.) asservatis, repertam esse hanc aram circa a. 1690 *at Brampton in Gillesland* (cf. C. p. 151 fin.), id est, prope Castlesteads (cap. LIII cf. infra p. 603 seq.). Titulus igitur post C. n. 884 inserendus. Hodie prostat in museo Carliolensi, ubi vidi (catal. n. 4).

ad C. n. 333. Contuli apud propinquam quandam (Gillbanks) prioris possessoris. Pro V ubique est U. 2 CAIROPEISI. Est igitur: *deo Belatu|cairo* (sic etiam C. 746, *Blatucairo* C. 295, *[B]aliticauro* Eph. VII n. 1053) *Pei|sius* (nomen barbarum).

1124 *Plumpton Wall*, extra castellum, circa C passus ab eo septentriones versus, inter arandum a. 1908 rep. ara 58 dig. alta, 24 dig. lata, partim evanida; nunc *Brackenburgh Tower* apud I. Harris.

O I M N I B V S
D I B V S V N S E
N I S • F E R S O M A
R I S • B V R C A N I V S
patera simpulum — A R C A V I V S • I A G D A — securis culter
A R C V S T V S P O V /
. . I A R V S V E Γ E R A
. . . . . O S A L V T E
SVA E SVORVM VSLM

Descripsi, edidique cum imagine *Cumb. and Westm. arch. trans.* 1911 p. 470. Edita est (sed vv. 1—6 tantum) *assoc. journ.* 1908 p. 142 adiecta eadem imagine.

Omnibus dibus Unsenis Fersomaris, Burcanius, Arcavius, [V]agda[v]arcustus, Pov...iarus ve[terani? pr]o salute sua et suorum v(otum) s(olvunt) l(ibentes) m(erito).

1 quae post O hasta in lapide est, initium puto fuisse litterae M loco non suo exarari coeptum. — 5. 6 lego *[V]agda[v]arcustus*, ex nomine deae Vagdavercustis Germanicae (C. XIII 8702. 8703. 8805). Cetera quoque nomina puto Germanorum esse, sane hucusque ignota. Cum Burcanio (v. 4) Domaszewskius nomen insulae Borkum, Βουργανίς sive Βυργανίς (Steph. Byzant., Strabo VII 120), cum Fersomaris (v. 3. 4) nomen Matronarum Fernovinearum (C. XIII 7980) composuit.

1125—1127 fragmenta rep. *Old Penrith*, servabantur *Lazonby*.

1125
. . . . . VOMAI
VIXIIA • • •
. . A.A IIII
AXII . . . . .
. . . .

1126
• • UGVEX
X. VIC
. . . .
. . . .

1127 D M

Ex schedis Guilelmi Nicolson (cf. supra p. 566 ad C. n. 332), qui vidit circ. a. 1690, edidit R. S. Ferguson *proc. soc. antiq. Lond.* XIII 266, *proc. soc. antiq. Newc.* V 16, *Cumberland and Westm. arch. soc. transactions* XII 61: inde ego *arch. journ.* XLIX 195.

XXXa. *Hardknott.* Cf. C. p. 80.

ad C. n. 334. Castellum fere totum a. 1891—2 effossum est: de quo rettulerunt Ferguson, Calverley, Dymond *Cumberland Westm. arch. soc. transactions* XII 375—438, nov. ser. I 303. Reliquiae repertae sunt paucae quidem sed aliqua ex parte saeculo ut videtur primo exeunti attribuendae, unde non ita absurdum videtur hunc titulum Iulio Agricolae adsignare.

XXXI. *Old Carlisle.* C. p. 80. Eph. III p. 128. VII p. 309.

De nomine antiquo vide infra ad cap. LIII. Castellum est satis amplum.

Asservantur hodie Carlisle in museo *Tullie House* tituli hi: C. n. 336. 338. 347. 348. 349 (vv. 2. 3 lege FL · AVE|NTINV). 350. 351. 352 (vv. 3—5), 355. 358: hos contuli edidique in catalogo musei.

ad C. n. 337. In adn. pro Gericio scr. 'anon. Germanus': vide infra ad cap. LII (p. 599). — V. 3 DIATOVA habet Camden etiam ed. V (1600): et est puto potior lectio.

ad C. n. 340. Contuli: v. 5 in lapide est INGM: debuit fortasse lapicida FI|LIVS MIVST cet. dare, sed exemplari non intellecto N pro IV et C pro S posuit.

ad C. n. 353 = Eph. VII n. 966. Contuli. V. 2 lege MAE, 5 EQVI.

ad C. n. 355. Contuli et edidi catal. mus. Carliol. *Tullie House* n. 14. — V. 3 lege VIGSIT, 4 SEGSAGINTA.

1128 *Old Carlisle,* C fere passus a castello a. 1908 rep., 13 dig. latum.

HERCVLI
SORTES · SIGI
LIVS EMERIT
D · D · S · P

Forster et Dudding imagines photographicas miserunt, ille edidit *assoc. journ.* 1908 p. 143 adiecta tabula; ego *Cumb. and Westm. arch. trans.* 1911 p. 472 cum eadem imagine.

Herculis sortes sive decumae notae sunt.

1129 (= C. n. 348) nunc *Tullie House, Carlisle:* fragmentum est 12 dig. altum, bonis litteris.

dea BVS ♁ MA *tribus*
pro s A LVTEM *. aur*
sev. alexa NDri · A *ug*
n. et iu LIAE · M *amaeae*
matris aug. . . . TI · ET · CA *st?*
PV

Descripsi edidique *arch. journ.* L 291, catal. mus. n. 9.

V. 3 de industria erasus, quaedam tamen agnosci possunt. — 5 in. videtur fuisse *nos*TRI.

1130 Ad *Westward Vicarage*, prope *Old Carlisle* a. 1901 detectus lapis cohortalis 9 dig. longus, 6 dig. altus: nunc *Tullie House*, Carlisle.

COH
VIIII

Vidi. Edidit R. Bower *Cumberland and Westm. arch. soc. transactions* (nov. ser.) II 411 cf. VI 302.

XXXIII. VXELLODVNVM *(Maryport)*.

C. p. 84. Eph. III p. 129, VII p. 310.

Titulos *Nether Hall* servatos, plerumque in castello vicino repertos, contuli.

ad C. n. 383. V. 6 numerus cohortis est XVIII.

ad C. n. 406. Non est Uxellodunensis: vide infra ad C. n. 919.

ad C. n. 408. V. 2 lego MARTIN. — Ex George (cf. Eph. ep. VII n. 972) repetivit E. T. Tyson *Cumberland and Westmorland archaeol. transactions* V (1881) 25.

ad C. n. 415 = Eph. III p. 130. Ectypa habui non bona, sed quae Brucii lectionem satis confirmant. Dessau inscr. sel. 2635.

XXXIV. *Piercebridge, Gainford.* C. p. 91. 308.

De castello, et certo et satis amplo, breviter dixit Wooler *proc. soc. antiq. Newc.* (ser. III) I 123—127. Huc, non ad Vinoviam, pertinere C. n. 430 testes mihi sunt Raine et Bruce: cf. *arch. Ael.* IV 37.

ad C. n. 1344a. Descripsi Dunelmi in bibliotheca capitulari: lapis est 8 dig. longus, 13 dig. altus.

1131 (= C. n. 422). Nunc Dunelmi in bibliotheca capitulari.

O M
DOLYCHENO
i VL · VALENTIN
ORD · GER · SV/
EX · IVSSV · IPSIV/
POSVIT · PRO · SE · ET
SVIS · L · L · M
pr AESENTE // EXTRICATO II COS

aquila sedens coronam lauream tenens

p. Chr. 217

Vidi a. 1908.

4 *ord(inatus) Ger(maniae) su[p(erioris)]*. — 8 consules certi sunt.

1132 (= C. 421)

d M
RACILI
INATO
ANSVPER
XXII AVREL
ILLA CON
iug I FACIEND
VM CVRAVIT

Sic legi in imagine photographica; eademque fere in lapide, quem mea causa inspexit, A. C. Headlam.

3 seq. *[ord]inato [Germ]an(iae) super(ioris) [stip.] XXII.* De ordinatis ordinariisve vide Mommsenum Eph. IV p. 240; infra ad C. n. 1078.

XXXV. VINOVIA *(Binchester).* C. p. 92. 308. Eph. VII p. 311.

De castello scripsit R. E. Hooppell *assoc. journ.* tom. XLIII, XLVI, XLVII = *Vinovia a buried city* (Lond. 1891). Praeter titulum qui sequitur n. 1133 reperta illic est etiam tegula infra edenda.

ad C. n. 424. 425. Recte Hooppell, Ihm, Mowat (cf. ad n. 1133) hoc in titulo et in n. 425 Matres Ollototas agnoverunt. Eligendum tantum utrum v. 2 fin. OI an QL in lapide fuisse existimes (cf. *proc. soc. antiq. Newcastle* V 143).

ad C. n. 425. Hic quoque v. 1 fuit *m*ATRIB OL*loto*T. — Testimonia Huebnerus confudit. Quam enim lectionem Sibbaldo attribuit, ea revera est Camdeni, ipsius manu exscripta: quam autem sub Camdeni nomine posuit, nihil est nisi Camdeni coniectura, quam ut solebat in Britannia sua edebat; Cottonem autem coniecturis usum esse quis credat? Confer quae dicam infra cap. LII (p. 600).

1133 *Binchester*, extra castellum circa 80 passus meridiem versus a. 1891 reperta, nunc Newcastle in museo Blackgate, ara 51 dig. alta, 14 dig. lata, fere integra.

I O M
ET MATRIB
VSOLLOTO
TIS SIVE TRA
NSMARINIS
POMPONIVS
DONATVS
BF COS PRO
SALVTE SVA
ET SVORVM
V S L A

Descripsi edidique *arch. journ.* XLIX p. 196 cf. p. 227 et *arch. Ael.* XV 225 utrimque cum tabula. Hooppell *Times* 22. Mai. 1891, *Reliquary* V (1891) p. 132 cum

tab. IX, *Assoc. journ.* XLVII 268 — *Vinovia* p. 60 cum tabula non bona; Dessau inscr. sel. 4785. Vide praeterea Grienberger *Westdeutsches Correspondenzblatt* X (1891) p. 204; Ihm *Bonner Jahrbücher* XCII 257; Mowat *proc. soc. antiq. Newc.* V 127; Schuermans *bulletin des commissions royales d'archéol. et d'art.* (Bruxelles) 1902 p. 400. De significatione nominis Ollototarum conferatur Grienberger: Hooppellii etymologias miras silentio praetereo.

XXXVI. *Lanchester*. C. p. 93. 308. Eph. III p. 131. IV p. 200.

Castello nomen Longovicio (Not. Dign. Occ. XI 30) fuisse ex n. 1135 (v. 6) probabile factum est. Titulos ibi repertos qui Dunelmi in bibl. capitulari sunt (C. n. 431—439. 442. 445—448) contuli edidique in Catal. Bibl. (Durham, 1899); qui penes Greenwell erant (C. n. 441. 444. 1344*c*, infra n. 1136), nunc, dono eius, Newcastle in museo Blackgate servantur, ubi vidi. C. n. 449 periit aut latet.

1134 ad C. n. 444. Arula est 16 dig. alta, 7 dig. lata. Sic lego:

D E O
VITIRI *i*
VIIIVS *s*
. . . . . .

1135 Lanchester, prope fontem quendam, circiter CCCC passus a castello, a. 1893 reperta, ara magna 62 dig. alta, 24 dig. lata, ambitiose exornata: nunc ibi in ecclesia.

DEAE GAR
MANGABI
ET N GO///
ANI AVG N PR/
culter simpulum — SAL · VEX · SVEBO — patera patella
RVM · LON · GOR · VO
TVM SOLVERVNTM

Descripsi. Edidimus Crake *Newcastle Daily journal* 24. Iul. 1893; R. E. Hooppell *illustrated archaeologist* I 121, *arch. Ael.* XVI 313 adiectis tabulis, *assoc. journ.* 1894 p. 105; ego *Academy* 19. Aug. 1893, *arch. journ.* L 293. 316 adiecta imagine, *arch. Ael.* XVI 321; Huebner *Westdeutsches Correspondenzblatt* 1893 par. 97; R. Blair *proc. soc. antiq. Newcastle* VI 55, *proc. soc. antiq. Lond.* XV 37 cum tab. A prioribus Dessau inscr. sel. 4742.

Lectio certa est: non recte Hooppell v. 1 DEÆ EGAR.

Deae Garmangabi et n(umini) Go[rdi]ani Aug(usti) n(ostri), pr[o] sal(ute) vex(illationis) Sueborum Lon(govicianorum?) Gor(dianorum) votum solverunt m(erito).

De nomine deae Germanico dixit Grienberger *Zeitschrift für deutsches Alterth.* XXXVIII 189; de Suebis his, fortasse cum Suebis Nicretibus componendis, Zangemeister *neue Heidelberger Jahrbücher* III 1—16.

Vv. 3—4 nomen Gordiani erasum est, sed litterae nonnullae in rasura distingui possunt; v. 6 intactum mansit. Erasum habes praeterea C. III 4644, fortasse nusquam alibi: certe C. II 3406, VII 510 (cf. infra ad eum titulum) nulla est huius nominis rasura.

1136 Lanchester rep., olim penes Greenwell, nunc in museo Blackgate, fragmentum 10 dig. altum et latum.

Ↄ *cohors*
I · L *ingonum*
ODE
C A N

Descripsi.

1137 Lanchester a. 1897 rep. lapis centurialis: ubi sit, ignoro.

ↃN.....

Greenwell *proc. soc. antiq. Newc.* VIII (1897) 18.

XXXVIII. *Ebchester.* C. p. 96. 309. Eph. IV p. 200; VII p. 312.

ad C. n. 458 contuli. V. 1 lego S, 2 fin. GR: fortasse supplendum *[deae] s(anctae) [Miner]vae Iul(ius) Gr[aeci]nus* cet. De cohorte IV Breucorum — nam haec significatur v. 4 — vide ad tegulam infra edendam.

ad Eph. VII n. 981—3 contuli; n. 981. 982 finxit potius quam legit Hooppell.

Tituli duo quos Hooppell aliique (Watkin *arch. journ.* XLI 177) huic castello attribuerunt, revera sunt Borcoviciani, vide infra p. 588 fin. — Notandus praeterea lapis apud Chesters, Snows Green (is locus m. p. duo ab Ebchester abest), quem ita inscriptum esse

COH V
VARDVL

ait Ryan *Shotley Spa* (1841). Aut fictus est aut male lectus. De loco confer *Proc. soc. antiq. Newcastle* III (1887) 57, Geo Neasham *Hist. of West Durham* (1883).

XXXVIII[a]. *South Shields.*

C. p. 108. Eph. III p. 131; IV p. 200. 212; VII p. 316.

Titulos hic repertos olim in cenaculo, postea in forica asservatos, ordo municipalis in museum transtulit. ubi vidi. Titulus Graecus anaglypho equitis ornatus, qui a. 1894 in fabrica artificis lapidarii detectus nunc Newcastle in museo Blackgate servatur, sine dubio externae originis putandus est, a nauta aliquo recentibus temporibus in Britanniam adductus: edidit Blair *proc. soc. antiq. Newcastle* VI 204 (non omnino recte) adiecta tabula.

ad C. n. 495. Edidi cum imagine *Hist. of Northumberland* VIII 278.

1138 South Shields ad angulum viarum *Trajan street* et *Baring street*, circa C pass. a castello, a. 1895 rep., nunc in museo municipali, ara 32 dig. alta, 16 dig. lata.

D E A E B R I
cantharus G A N T I A E patera
S A C R V M
C O N G E N N I C
C V S · V · S · L · M

Descripsi. Blair misit, ediditque *Academy* 20. April 1895, *proc. soc. antiq. Lond.* XV 404, *proc. soc. antiq. Newcastle* VII 44 cum tab. Dessau inscr. sel. 4717.

1139 South Shields, *Vespasian Avenue*, extra castellum meridiem versus, a. 1897 rep., nunc in museo municipali, pars superior arae, 23 dig. alta, 15 dig. lata.

I V L I V S
V E R A X
ↄ L E G VI

Contuli. H. E. Savage ectypa et imaginem photographicam misit; inde edidi *arch. Ael.* XIX 273 cum tab. Blair *proc. soc. antiq. Lond.* XVII 38 item cum tab.

Nomen dedicantis, ut alibi (C. n. 398, cet.), nomen dei praecedebat.

1140 South Shields, apud *Baring Street Schools*, intra aream castelli, a. 1893 rep., nunc in museo municipali, lapis 58 dig. longus, 39 dig. altus.

I MP C A E S D I V I S E VE R I
NEPOS DIVI MAGNI ANTONI FIL
MAVRE SEVERVS / / / / / / / / /
PIVS FELIX AVG PONTIF MAX
TRIB POT P P CŌS AQVAM
VSIBVS MIL COH V̄ GALL IN
DVXIT CVRAE MARIO VALERINO
LEG EIVS PR PR

Blair misit. Conluli edidique *arch. Ael.* XVI 157, *arch. journ.* L 294 cum tab.; Blair *proc. soc. antiq. Newcastle* VI 14, *proc. soc. antiq. Lond.* XIV 294. — Dessau inscr. sel. 5759[a].

Imp. Caes. divi Severi nepos, divi Magni Anton(i)ni fil., M. Aurel(ius) Severus [Alexander] pius felix Aug(ustus), pontif(ex) max(imus) trib(unicia) pot(estate) p(ater) p(atriae) co(n)s(ul), aquam usibus mil(itum) coh(ortis) V Gallo(rum) induxit curante Mario Valeriano leg(ato) eius pr(o) pr(aetore).

Cohortem V Gallorum hic tetendisse notum erat: cf. Eph. VII n. 1003, tegulas ib. III p. 142, IV p. 207, tesseram plumbeam ib. IV p. 209.

Marius Valerianus legatus est etiam C. n. 585 (Cilurni, a. 221) et 965 (Netherby, a. 222).

XXXIX. CORSTOPITVM *(Corbridge on Tyne).*

C. p. 97. Eph. III p. 131, VII p. 314.

Corstopiti effossiones a. 1906—1910 instituimus R. H. Forster, W. H. Knowles, G. L. Cheesman, H. Craster, ego, alii. Invenimus horrea duo (cf. infra ad n. 1144. 1146), aedificium permagnum sed adhuc parum exploratum, fontem ornatum, rudera pontis flumini Tyne impositi, praeterea vias et fundamenta multorum aedificiorum, quae partim ad opera militaria pertinebant, partim vitae communi inservisse videntur. Vicus ibi fuit generis nondum certi sed haud dubio castello multo maior. Supellectilis antiquae ibi repertae pars quaedam, scilicet quae altissime sub terra condita invenitur, aetatis est Vespasiani vel Domitiani; pars maxima saeculo secundo tertiove ineunti attribuenda est; nonnulla, nec tamen ita pauca, quarti sunt saeculi. De effossionibus rettulimus in *arch. Ael.* quotannis, 1907 p. 161, 1908 p. 205, 1909 p. 305, 1910 p. 205, 1911 p. 144; opus, ut spero, continuabitur, donec totus locus excussus sit. De Corstopito Romano in universum dixi *Hist. of Northumberland* tom. X (1911) append.

ad C. n. 477. Primus exhibet Inniss, cf. infra ad n. 1149, qui v. 1 dat IVSIO, 3 IDN, 4 KIVS 5 IVSHERFC.

ad Eph. VII n. 988. Lapide denuo collato, v. 5 ita excepi:

..V.IMI...

Itaque legionis XXII Primigeniae mentio minime certa.

1141 Corstopiti effossionibus a. 1910 rep., ara 33 dig. alta, 16 dig. lata.

IOVI ΛETERNO
DOLICHENO
ET CΛELESTI
BRIGΛNTIΛE
ET SΛLUTI
C·IVLIVSΛP
OLINΛRIS
7LEG·VI·IVS·DE

Genius cum cornu copiae et ara | Cupido alatus uvas tenens

Descripsi edidique *arch. Ael.* 1911 p. 176, *proc. soc. ant. Lond.* 1911 p. 479.

Vv. 6—8 scripti sunt in rasura. — 8 fin. *ius(su)* scilicet deorum, vel *ius(sus), de(dicavit).*

1142 Corstopiti in agro *Corbow* dicto, a. 1803 vel 1804, eodem fere tempore ac loco quo C. n. 477, 634, 664 reperta, basis parvae statuae, cuius pes tantum superfuisse dicitur, 6 dig. alta et lata: periit.

DEAEM | *inerrae*
TTFRNV | *s*
LIBREX

Thomas Inniss societati antiquariae Londiniensi misit. epistula data d. 18. Mai 1804 quae inter schedas societatis servatur. Ab eodem Inniss David W. Smith in schedis nunc penes me servatis. Cf. infra ad n. 1149.

1143 Corstopiti muro praedii *Orchard* (sive *Hole*) *Farm* dicti inserta, ara 32 dig. alta, 19 dig. lata, evanida et de industria oblitterata.

DEO . . . 'KVAN
. . . . . SVEXILL
IIAVGETC
ANIANO
R/MARAMDESVOPoS   sic
LIB

Describere conatus sum.

Fortasse *deo [s(ancto) S]ilvan[o milite]s vexil(lationis) [leg.] II Aug(ustae) et c . . . . . anianorum aram de suo pos(uerunt) lib(enter);* v. 3 init. perierunt fortasse litterae septem.

1144 Corstopiti in effossionibus a. 1908 prope portam horrei occidentalis rep., ara magna 54 dig. alta, 20 dig. lata, tam supra quam sinistrorsum detrita.

perierunt versus duo
vel fortasse tres

ET
NORVS
AEP · CV
AGENS
OR·TEMPO
culter //EEXPEDITIO
securis NISFELICISSI
BRITTANNIC
V S L M

Descripsi et edidi *arch. Ael.* 1909 p. 396 adiecta imagine parum bona.

. . . *norus* . . *[p]raep(ositus) cu[ram] agens [h]orr(ei)* — sive *[h]orr(eorum)* — *tempo[r]e expeditionis felicissi(mae) Brittannic(ae) v. s. l. m.*

De *praeposito curam agente* conferatur Domaszewskius *Rangordnung* p. 108. Expeditionem puto esse Severi a. 208—211: sic Cagnat *année epigraphique* 1895 n. 204 Severi Mesopotamica, C. VIII 2564 Caracallae Orientalis expeditio felicissima nominatur. Horrea ipsa potius exercitibus bellum Caledoniae inferentibus sub Pio (n. 1146) et Severo quam usui castrensi destinata esse videntur.

1145 Corstopiti a. 1907 prope fontem rep. basis magnae pars infima.

r s L *m*

Descripsi et edidi *arch. Ael.* 1908 p. 267.


1146 Corstopiti a. 1907—1909 rep. in horreo orientali prope ostium, ubi sine ordine iacebant, fragmenta lapidis magni ansati ornati ornamentis, quae temporibus Pii bene conveniunt, 34 dig. alta.

securis IMP CAES *t.* AEL *. hadr.*
ANTONINO *a ug.* P I *o tr. p.*
pelta III CO *s iii p. p.* a. 140
SVBCVRA Q *lolli urbici*
LEG AV *g. pr. pr.*
securis LEG II A *ug* . . . .

Edidi *arch. Ael.* 1908 p. 262 cum tab. cf. *ibid.* 1909 p. 314 et 1910 p. 269, *proc. soc. antiq. Newcastle* (ser. tertia) III 99; R. H. Forster *arch. journ.* LXV 123 cum tab.

4 de Q. Lollio Urbico cf. C. 1041, 1125 et p. 192.

1147 Corstopiti a. 1907 una cum praecedenti iacens repertus, lapis 29 dig altus, 30 dig. latus: tabella inscripta 4 dig. alta.



Descripsi edidique *arch. Ael.* 1908 p. 266 cum tab. R. H. Forster *arch. journ.* LXV 123.

Vexillus legitur etiam C. III 79 (cf. ib. 1193).

1148 Corstopiti a. 1907—1908 ad fontem reperta fragmenta duo titulorum modo non gemellorum, *a* pars fastigii triangularis parvi, 9 dig. alta, *b* 10 dig. longum.

a

(intra sertum)

l e G
x x V · V
fec I T

b

leg. x X · V · *v*
fec I T

Descripsi edidique *a arch. Ael.* 1908 p. 267 fig. 14, *b* ibid. 1909 p. 399.

1149 (= C. n. 634) Corstopiti *(Corbridge)* repertum esse lapidem, non, ut credebatur Borcovicii *(Housesteads)*, m. Oct. 1802 una cum C. 477, in restituendo aedificio quodam Romano adhibitum, apparet ex schedis Davidis W. Smith. Utrumque lapidem (C. 477 et 634/664) diu servavit Georgius Gibson in museo suo, *Stagshaw Close;* ibi cum adessent complures tituli vere Borcoviciani (cf. infra ad C. n. 638), hic facili errore Borcovicio attribui potuit. Nunc Newcastle, Blackgate mus.

N T I O · P A V L I N *o*
a G · I N · P R A E T E N

Contuli. Thomas Inniss, Corbridgiensis, misit societati antiquariae Londiniensi d. 21. Dec. 1802 (vide acta eius inedita d. 13. Ian. 1803 et epistulam in schedis eius servatam). Ab eodem Inniss habuit David W. Smith (in schedis apud me servatis). Reliquos auctores vide C. l. c.

2. 3 intellege ...*ntio Paulin[o curam a]g(ente) in praeten[tura].* Non recte Huebner de Genio praetenturae cogitavit. V. 3 in. quae ante G obliqua lineola / vix cernitur, puto casui deberi.

In parte aversa titulus recentior C. n. 664, quem et ipsum contuli; in huius v. 3 elementum ultimum mihi quoque consulto erasum videtur; sed nunc cernitur tantum N.

1150 Corstopiti in claviculis arcuum aedificii cuiusdam permagni a. 1908 rep.

VII	VIII	XV vel XVI	XVIII	XX	X	X
					VIII	IIIIV

Descripsimus R. H. Forster et ego *arch. Ael.* 1909 p. 399.

Similes numeros habes alibi, velut Vindolanae C. n. 722.

1151 Corstopiti in lapidis rudis quadranguli, 13 dig. longi et lati, 5 dig. alti, a. 1910 rep., duobus lateribus ruditer incisum.

? coh. i | N I N G · | I N I O M | *arus*

Descripsi.

1152 Corstopiti effossionibns a. 1907 repertus lapis quadrangulus 14 dig. altus litteris scariphatis.

apo LLONIVS
IVS

Descripsi edidique *arch. Ael.* 1908 p. 267.

1153 Corstopiti ad *Trinity Terrace*, paulo extra stationem Romanam a. 1895 casu repertus lapis sepulchralis 45 dig. altus, 24 dig. latus, fractus: nunc Newcastle in mus. Blackgate.

D M
IVL · PRISCVS
CONIVGI C
P C

Descripsi. Prodiit *proc. soc. antiq. Newcastle* VII 50 et *arch. Ael.* XVIII p. XIV (non recte).

2 *Priscus* puto: sed etiam *Primus* admitti potest.

1153[a] Corstopiti inter rudera aedificii Romani a. 1911 effossus lapis, 33 dig. altus, 28 dig. latus.

d M
ba RATHES · PAL
MORNVS VEXLA
VIXITANOS · LXVIII

Descripsi et supplevi ex titulo *South Shields* reperto Eph. epigr. IV p. 212 n. 718[a].

2. 3 *Palmorenus.* Baraten credo non negotiatorem sed militem (*vexillarium* v. 3) in castello *South Shields* meruisse, deinde Corstopiti mortem obiisse.

1154 Corstopiti, fragmenta lapidum sepulchralium, *a* a. 1910, *b* a. 1911 effossum.

a — *m*
d caput hominis barbati S

b — D M
M . .

Descripsi.

XL. *Hexham.* C. p. 98. 309. Eph. III p. 131, VII p. 315.

Titulos Hexhamenses, qui fere omnes aut in ecclesia aut prope eam reperti sunt, a Corstopito, cum ecclesia Saxonica aedificaretur, huc advectos esse nemo fere iam negat (cf. Eph. VII p. 315). Itaque totum hoc caput cum praecedenti coniungendum est.

ad C. n. 483. Contuli. Est, ut C. Roach Smith olim vidit, pars arae: *deo* \PO*ll*|*ini m*\PO*no*..|.P·AE*l*.|...VS...|..*le*G·V*i*.... Cf. C. n. 1345.

ad C. n. 484 cf. Eph. III p. 131. Nunc Dunelmi in bibl. capitulari ubi vidi: v. 3 init. adest nota centurionis ↄ. — Titulum ad Northallerton repertum esse, ut affirmabat Ingledew (cf. Eph. l. c.), nec per se veri simile videtur, — nulla enim ibi castelli militarisve operis Romanorum adhuc prodierunt vestigia — et contrarium est narrationi antiquissimi auctoris *Gent. mag.* 1841 (XVI 306), qui titulum Hexhamo diserte tribuit. Itaque hic quoque, ut reliqui tituli Hexhamenses, Corstopito attribuendus est.

1155 Hexham in instauranda ecclesia a. 1908 rep. lapis ansatus 24 dig. longus, 14 dig. altus, evanidus.

CONCORDI
AE LEG VI
VI P F····
IECV

Descripsi ut potui indicatum ab J. P. Gibson.

1156 (*a* = C. n. 482) Hexham a. 1725 rep. pars *a*, ibi extat loco tenebricoso et incommodo. A. 1907 accessit pars *b* in ecclesia instauranda rep., nunc ibi servata.

a | *b*

IMP·CAES·L·SEP S | EVERVS PI
PERTINAX·ET·IMP·CA | ESAR·M·
AVR·ANTONINVS | PIVS·AVG
VSTI ET PS////////// | ///////////
CAES C/OHORTES// | M
VEXILLATION·M
FEC*er*VNT·SV*b*

Contuli. De parte *a* vide C. l. c. Partem *b* ediderunt Savage et Hodges *Record of Works connected with Hexham Abbey* (Hexham 1907) p. 46 tab. XXXV, non recte.

Vv. 4. 5 in rasura vestigia quaedam nominis Getae adhuc cernuntur.

XLI—LVIII. VALLVM HADRIANI.

Effossiones per lineam valli in castellis tribus temptatae sunt, quorum unum, Borcovicium, fere totum patefactum est (cap. XLVIII), Cilurni (cap. XLVI) et Aesicae (cap. L) partes aliquae exploratae: ex his fructus titulorum non spernendus. Quae vero a. 1894—1903 ego adiuvantibus Henrico Pelham, T. H. Hodgson, aliis, et quae postea a. 1908—11 F. G. Simpson effodienda curavimus, cum non castella sed potius limitis cursum naturamque scrutaremur, rei epigraphicae non multum profuerunt.

Praeter effossiones musea duo memoranda sunt. Namque occidentali in parte valli Luguvallii *(Carlisle)* cura Ricardi S. Ferguson a. 1892 museum municipale *Tullie House* dictum institutum est: quo confluxerunt tituli non pauci et in ea urbe et in vicinia reperti. A. autem 1895 is qui mediam partem valli a Cilurno ad Aesicam usque fere totam tum possidebat N. G. Clayton amplissimo receptaculo Cilurni extructo titulos in praediis suis detectos fere omnes in unum contraxit. Musei Luguvalliensis catalogum edidi *Catal. of the Roman inscr. and sculptured stones in Tullie House* (Carlisle 1899, ex actis soc. archaeologicae Cumbricae tom. XV seorsum editum): a. 1905 L. E. Hope auctarium addidit. Catalogum musei Cilurnensis *(account of the Roman antiq. in the museum at Chesters* Lond. 1903), optimo consilio inceptum, pessime perfectum, non operae pretium erit infra allegare: exemplum ad n. 1177 dedi. Ne imaginibus quidem huius libri fides habenda est.

Licebit denique breviter indicare quae de limitis origine et ratione his viginti annis comperimus aut comperisse nobis videmur. Et primum quidem iam constat murum illum saxeum cuius rudera hodie miramur, in antiquioris muri locum successisse. Si quidem inventa sunt prope Amboglannam muri caespiticii vestigia perspicua, muro saxeo certe antiquioris. Cum autem scriptores Romani quasi uno ore affirment, imperatores duos valla sive muros per hanc regionem duxisse, Hadrianum scilicet et Severum, opus autem Severi ad vallum Caledonicum referri non possit (vide infra cap. LXIII), inter ancipitia, credo, tutissimus ibit qui statuet, murum Hadriani fuisse caespiticium, eum a Severo totum lapide restitutum esse *(Arch. Ael.* XXIII 9—21. 268). Fossa denique illa inter aggeres terreos ducta quam nostri 'vallum' vocitant, ita Romanae originis est ut nec militare opus sit nec — id quod coniecerunt multi et nuperrime Krüger in annuario Bonnensi tom. CX 1903 p. 25 seq. 36 seq. — pro antiquissimo limite Romanorum habenda: cetera in obscuro sunt.

XLI. SEGEDVNVM *(Wallsend).* Corp. p. 106.

1157 Segeduni *in the Wallsend allotments,* a castello fere CCC passus occidentem versus a. 1892 reperta, nunc Newcastle in museo Blackgate, ara 35 dig. alta, 16 dig. lata, litteris non bonis.

I O M
COH · IIII · LIN
GONVM · EQ
C V ATTENDIT C
IVL · HONOR
ATVS · Ↄ LEG II
AVG
V · S · L · M

Descripsimus ego et A. H. Smith. Edidi *arch. Ael.* XVI 76 et *arch. journ.* L 296 adiectis tabulis; Hübner *Westdeutsches Correspondenzblatt* 1892 p. 82 et *proc. soc. antiq. Newcastle* V 164; Blair *proc. soc. antiq. Lond.* XIV 171.

Cohortem quartam Lingonum Segeduni tetendisse Notitia Dignitatum (Occ. XL 33) testatur, nec dubium est Segedunum ibi fuisse, ubi prope Wallsend relliquiae castelli et nuper ipse muri finis (conferatur W. S. Corder *proc. soc. antiq. Newcastle* 1903 p. 42) reperta sunt. Tituli C. n. 493. 494 aliique lapides Romani *Tynemouth* in muris abbatiae detecti a Segeduno aperte transvecti sunt — ut puto, cum abbatia aedificaretur (cf. C. p. 106 fin.). Castelli in *Tynemouth* nullum unquam prodiit vestigium.

4 formula *cui attendit* curam cohortis extraordinariam significare videtur.

1158 Segeduni eodem fere loco quo praecedens a. 1894 reperta ara fracta 15 dig. lata, nunc Newcastle in museo Blackgate.

i o M
c o r NEL
CELER · PR
AEF COH
IIIIII N

Descripsi. Edidit Blair *proc. soc. antiq. Lond.* XV 68 et *proc. soc. antiq. Newcastle* VI 138 adiecta tabula, non recte: correxi *ibid.* p. 223.

2 seq. *[C]o[r]nel(ius) Celer praef(ectus) coh. IIII Lin[gonum . . .*

1159 Segeduni eodem fere loco quo n. 1157. 1158 a. 1894 rep. fragmenta duo eiusdem monumenti, nunc Newcastle in museo Blackgate.

Mercurii
crura. caper
DO · M · S | D · F · P · COH
II NE R *uiorum* | M · PAGO
| DIORVM

Descripsi. Edidit Blair *proc. soc. antiq. Newcastle* VI 138, *proc. soc. antiq. Lond.* XV 68.

1 *deo M(ercurio) s(acrum)*; deinde . . . *ud. f. p.* obscurum. — 2. 3 pagos Vellaum et Condrustem Germanicos habes C. n. 1072. 1073.

1160 Segeduni prope n. 1157 a. 1892 rep. fragmentum, nunc Newcastle in museo Blackgate.

anaglyphum Mercurii fractum: distinguuntur caduceus, chlamys in dextro humero, caper ad dextrum latus

D . M . I
N . F . I

Descripsimus A. H. Smith et ego: edidi *proc. Newcastle soc. ant.* V 187, *Arch. journ.* L 298 adiecta imagine; Blair *proc. soc. antiq. Lond.* XIV 172 *adn.*

Observa puncta ad imas, non ad medias litteras adposita.

1 *d(eo) M(ercurio)* . . .

1161 Segeduni circa a. 1896 rep. fragmentum, nunc Newcastle in museo Blackgate.

I C O
P R A E
V M

Blair misit. — Imaginem habes *proc. Newcastle soc. antiq.* VII 298.

XLII. PONS AELIVS *(Newcastle)*. C. p. 109. Eph. III p. 132.

ad Eph. III n. 99. Ediderunt Bruce cat. mus. Newcastle n. 13 (*arch. Ael.* XII, 1887 p. 7); deinde Heslop et Mowat una cum ea quae sequitur, adiectis imaginibus.

1162 Newcastle ex fluvio Tina prope pontem *Swingbridge* (ubi pons fuit Romanus) m. Maio a. 1903 extracta ara 51 dig. alta, 19 dig. lata, Neptuni arae (Eph. III n. 99) eodem loco a. 1875 repertae gemella, optime servata: nunc in museo Blackgate.

sic OCIANO·LEG
VI VI
P *ancora* F

Contuli. R. E. Heslop *proc. soc. antiq. Newc.* (ser. 3) I 51 = *arch. Ael.* XXV 133, adiecta tabula; ego *Correspondenzblatt der Westd. Zeitschrift* 1903 p. 201; Mowat *arch. Ael.* XXV 137, *bull. de la soc. des antiquaires de France* 1903 p. 299, *revue épigr.* V (n. 110/1) p. 47.

Puto legionem sextam e Germania (fortasse ex ipsa Fectione, ubi redit deus ille rarus Oceanus C. XIII 8810. 8811) maritimo itinere huc advectam, has aras circa a. 120 posuisse. Conveniunt certe Hadriani temporibus et Graecus ille deus et Neptunus Graeco more maritimus.

1163 Newcastle ex fluvio Tina, eodem fere loco ac n. 1162, m. Aug. a. 1903 extracta tabula ansata 26 dig. alta, 19 dig. lata, 2 dig. crassa, optime servata: nunc in museo Blackgate.

I M P ▾ A N T O N
N O ▾ A V G ▾ P I O ▾ P
P A T ▾ V E X I L A T° sic
L E G ▾ $\overline{II}$ ▴ A V G ▾ E T ▾ L E G
▾ V I ▾ V I C ▾ E T ▾ L E G ▾
▾ $\overline{XX}$ ▾ V V ▾ C O N R sic
B V T I ▴ E X ▾ G E R ▾ D V
O B V S ▾ S V B ▴ I V L I O ▸ V E sic
R O ▾ L E G ▾ A V G ▴ P R ▾ P ▾

Descripsi. Heslop *proc. soc. antiq. Newc.* (ser. tert.) I 73 et *arch. Ael.* XXV 140, ego *ibid.* p. 142 et *Correspondenzblatt der Westd. Zeitschrift* 1903 p. 202.

3 x leviter tantum exarata est: sequitur spatium vacuum litterae I vel L capax: et hic et infra (v. 6 N pro NT) lapicida quaedam omisit. — 8 *duobus* videtur merus error esse: nimis quaesitum esset *ex* ⟨*ex(ercitibus)*⟩ *Germ(anicis) duobus* conicere.

Imp(eratore) Antonino Aug(usto) Pio p(atre) pat(riae) vexi[l]latio leg(ionis) II Aug(ustae) et leg(ionis) VI vic(tricis) et leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis) con[t]r(i)buti ex Ger(maniis) du[a]bus sub Iulio Vero leg(ato) Aug(usti) pr(o) p(raetore).

Vexillatio haec trium legionum Britannicarum — nam inaudita breviatio *vexillatio(nes)* vix placebit — vexillarios significare videtur his legionibus destinatos sed nondum distributos et in ipso portu adhuc tendentes. Vexillarios eos extra ordinem ex Germania in Britanniam contributos, i. e. translatos esse (C. VIII 3157 = Dessau inscr. sel. 2317 contulit Mommsenus) propter tumultum aliquod Britannicum putandum est. Cuius tumultus fortasse et tempus et locus ex Iulio Vero legato definiri possunt. Nam cum is a. 158 Blatobulgii (infra n. 1230) nominetur, praeterea autem ad Brough (supra n. 1108), fortasse etiam ad Netherby (C. n. 967), agnoscendus sit, quae loca omnia intra fines Brigantum sita sunt, cumque motum Brigantum anni incerti sub Pio Pausanias memoret (VIII 43, Mommsen *hist. rom.* V 172), colligi potest Verum, subsidiis ex Germania adhibitis, bellum Briganticum profligavisse: idque Mommseno placuit. Cf. quae dixi *proc. soc. antiq. Scot.* XXXVIII 454.

XLIII. CONDERCVM *(Benwell).*

C. p. 110. Eph. III p. 132. 314; VII p. 318.

ad C. n. 510 (Dessau inscr. sel. 4828). Contuli cum Arturo H. Smith. Rasura vv. 3. 4 septemdecim fere est litterarum quae omnino oblitteratae sunt: nomen *Gordianae* in rasura non est. Supplevit Mommsen (ad C. III 6953): *[Pupienae Balbinae] Gordianae.* Dixi de re *arch. Ael.* XVI 323.

1164 Conderci (Benwell) 1904 reperta, nunc Newcastle in mus. Blackgate, ara 19 dig. lata, 26 dig. alta, fracta.

DEO · AN| EN OCIT ·
· SAC| RV
COH I VA
QVIB · P

Descripsi edidique *Athenaeum* 25. Febr. 1905. Blair *proc. soc. antiq. Newc.* (ser. tert.) I 142, cf. Mowat *ibid.* p. 176; *arch. Ael.* XXV p. VIII cum tabula.

Deo An[t]enocitico sacru[m], coh(ors) I Va[ngionum?] quib(us) p[raeest...

Deus Antenociticus sive Anociticus (nisi is diversus est) redit C. n. 503. 504. Cohors aut I Vangionum Risinghamiensis (C. n. 986 seq.) est, aut I Vardullorum, cuius tituli Lanchester (C. n. 435) et Bremenii (C. n. 1030 seq.) inveniuntur. Sed haec saepius cohors Fida Vardullorum appellatur. — 3. 4 *cohors quibus praeest* C. n. 806 cet.

Inter Condercum et Vindobalam.

ad C. n. 563. Secundum epistolas et Roberti Cay et anonymi cuiusdam inter schedas Wardii in museo Brit. (cod. addit. 6210 f. 32. 34) servatas, repertus est hic lapis a. 1751 exeunte dum via militaris, *Wade's Road* dicta, munitur, septem vel octo m. p. ab Newcastle occidentem versus. Prodiit igitur inter Condercum et Vindobalam, fortasse iuxta Heddon, ad ipsam muri lineam.

1165/8 rep. eodem fere tempore ac loco quo C. n. 563 (cf. supra).

1165 LEG VI I
GI . PEI F
ECIT · COH X

leg(io) VI [v]ict(rix) perfecit. coh(ors) X.

1166 LEG XXVV
COH VIII

1167 LEG XXVV
COH · X · PRIN

1168 C O H E R
IM · DC · SL
D

Anonymus cod. mus. Brit. add. 6210 f. 34.

1169 inter Condercum et Vindobalam reperti lapides duo centuriales, ambo nunc Newcastle in museo Blackgate, *a* 16 dig. longus, 12 dig. altus *West Denton* a. 1904 rep., *b* 13 dig. longus, 7 dig. altus, prope *Walbottle* rep.

a Ↄ · AVI / DIRVFI   *b* > IVLI PRO / CVLI

Descripsi ambos. — *a* Heslop *proc. soc. antiq. Newc.* 1904 p. 286 adiecta tabula, *b* ibid. 1906 p. 238 item cum tab., et *arch Ael.* 1907 p. XXIII. XXIV.

Cum *a* confer C. n. 629.

1170 (Eph. VII n. 1044) ad *Walbottle Dene House* iuxta castellum quoddam miliarium a. 1864 repertum esse testatur Bruce *arch. Ael.* VI (1865) 223 (idem postea errore Borcovicio attribuebat, cf. catal. musei Newcastle n. 19 = *arch. Ael.* XII p. 10: inde Watkin *arch. journ.* XLV 119 et ego Eph. l. c.): nunc Newcastle in museo, pars lapidis centurialis.

ↃGAI

Vidi. Bruce locis supra citatis.

XLIV. VINDOBALA *(Rutchester)*. C. p. 113.

ad C. n. 541. Contuli Otterburniae. — 2. 3 nomen dedicantis est P AEL | TITVLLVS.

XLV. HVNNVM *(Halton)*. C. p. 115.

De Hunno rebusque antiquis ibi repertis dixi *History of Northumberland*, om. X (1911) in appendice.

ad C. n. 560. Schedas Bainbriggianas cum Camdeni Britannia (ed. 1607 p. 666) si quis contulerit, vix negabit et hic et in titulo n. 571 Camdenum totum a Bainbriggio pendere. Vide igitur ne qui apud hunc desint versus 5—7 ille suo Marte finxerit. Vide quae dixi *Cumberl. and Westm. archaeol. soc. trans.* XI (1911) p. 374.

XLVI. CILVRNVM *(Chesters)*. C. p. 117. Eph. III p. 133, VII p. 319.

ad C. n. 579. Frustra temptavi: eadem est n. 656. Origo dubia est.

ad C. n. 581. V. 2 lege VITIRI, v. 3 TERTVLVS.

ad C. n. 587. Lego ita (v. 2 evanidus est):

D M
AVR · IIAENO
CVRATORI · ALAE
II ASTVR STIP XV
ÆL · GEMELLVS DEc
H F C

ad C. n. 595 a. Lege ﬨ VI|V P F F.

ad C. n. 601. Lege COH VIIII|> AEL·AEL|IANI.

ad Eph. VII n. 1015. Rep. est extra castellum in balneo.

ad Eph. VII n. 1019. Contuli. V. 1 est *ha*DR·A*nt.* — 3 reliquiae litterarum *le*G·VI·V indicant.

ad Eph. VII n. 1031. Ex ectypo descriptam inter Hispanas errore recepit Huebner C. II 6327 a.

1171 Cilurni prope castelli portam orientalem minorem a. 1897 rep. lapis 23 dig. altus, 38 dig. longus, ita in opere positus ut solo obversa esset inscriptio, litteris elegantibus exarata. Nunc in museo Cilurnensi.

AQVA · ADDVCTA
ALAE · II · ASTVR ·
SVB · VLP · MARCELLO
LEG · AVG · PR · PR ·

Descripsit primus Westcott episcopus Dunelmensis: postea contuli edidique *arch. Ael.* XIX 179 cum tab.; Blair *proc. soc. antiq. Lond.* XVI 387.

Ulpius Marcellus Britanniae legatus redit C. n. 504 qui lapis iudice Huebnero sub Marco et Vero positus est. Idem, vel eiusdem nominis alter Britannos rebelles anno circiter 183 pacabat. Equidem hunc lapidem Cilurnensem temporibus Marci primum attribuebam, praestat tamen utrumque titulum eidem aetati, i. e. temporibus Marci et Commodi, adscribere. Vide Prosopogr. imp. Rom. III p. 461 n. 557.

1172 Chesters apud N. Clayton una cum C. 581. 585 vidit a. 1801 Ioh. Skinner.

E AVG PR
R VV RAE

Cod. mus. Brit. addit. 33638 f. 130. 131.

Nominabatur puto legatus Augusti pro praetore.

1173 Cilurni a. 1890 rep. fragmentum 8 dig. longum, 4 dig. altum.

VILIN
? *a* DDITA · IN
S V

Descripsi: Blair misit ediditque *proc. soc. antiq. Newc.* IV 291; ego *arch. journ.* XLIX 198, ubi *militum virtute* . . *reddita imperio,* temere omnino, conieci.

1174 Cilurni, pars alphabeti, in lapide 9 dig. longo scariphata.

DEFGHIK

Descripsi edidique *arch. journ.* L 299. *Proc. soc. antiq. Newc.* V 162. 164.

1175 Cilurni in muro aedificii cuiusdam scariphatum.

M·V·N

Descripsi.

XLVII. PROCOLITIA *(Carrawburgh)*.

C. p. 121. Eph. III p. 133. 314; IV p. 201; VII p. 322.

ad C. n. 618 contuli. V. 1 DMD.

ad C. n. 620 (cf. Eph. VII 1038). Titulus totus evanidus est.

ad C. n. 620*a* contuli. V. 1 VLTS LEG.

ad C. n. 621 contuli. V. 3 RCOS. — 10 STO.

ad C. n. 624. Tituli non sunt duo sed rudis inscriptio vexillationis legionariorum; lego ita:

VEXILT
LEGION

ad C. n. 626. Titulus evanidus.

ad C. n. 627. Denuo prodiit, cf. *Proc. Soc. antiq. Newc.* VIII 95.

ad Eph. III n. 104 p. 134. Lego ita:

MI NR VI
QV'N IS
ARCHIT CT
V S L M

Minerv[ae] Quin[t]us architect(us) v(otum) s(olvit) l(ibens merito).

ad Eph. III n. 108 p. 135. Qui effodit Tailford, mihi adfirmavit lapidem in medio fere castello facie inversa iacentem a se inventum esse. Cf. infra n. 1198.

ad Eph. III n. 201 p. 317. Contuli fragmenta duo tituli unius, Cilurni in museo servata, evanida omnino:

....PAVDI REGVLO VIXIT
anno S XXX IIII ET A TENACTI
con IVGI PIEVIX ANNIS XXXI
et .. MIE FIL *e*ORVM VIXIT D
. *et* . . . . . *f* IKIO EORVM
VDIVAITIFIK
MIA HIC E

De nominibus v. 1 in. et v. 2 fin. nondum constat; v. 2 fin. *Ateancti* (sive *Atencti*) nomen Celticum videtur esse (cf. *Ategnutis* C. XIII 1193 aliaqua multa).

1176 inter Procolitiam et Borcovicium prope *Sewingshields Schoolhouse* (cf. C. n. 631) a. 1892 detectus, nunc Newcastle in museo Blackgate, lapis centurialis 16 dig. longus, 6 dig. altus.

COH I
////TERENTI
CANTAB

Repperi edidique *proc. soc. antiq. Newc.* V 188. 227, *arch. journ.* L 298.

XLVIII. BORCOVICIVM *(Housesteads).*

C. p. 122. Eph. III p. 135; IV p. 202; VII p. 323.

Castellum fere totum Mithraeumque adiacens R. C. Bosanquet nunc Liverpooliensis a. 1898 effodienda curavit, effossa optime explicuit a. 1904 *(arch. Ael.* XXV 193—300 = *the Roman Camp at Housesteads* Newcastle 1904). Titulos tum repertos, a Bosanqueto rogatus, descripsi edidique *arch. Ael.* XXV 277—281 = *proc. soc. antiq. Newc.* VIII (1898) 208. 253. Servantur omnes (n. 1177. 1179. 1181 seq.) in museo Cilurnensi.

ad C. n. 634. 664. Lapis repertus est Corstopiti: vide supra n. 1149.

ad C. n. 638. Inveni *Minsteracres*, penes Silvertopium, lapidem valde evanidum et pro non inscripto habitum, sed lectionis certae: recte legerat Horsleius. Lapidem huc venisse puto per Georgium Gibson, qui cum circa a. 1813 Borcovicii dominus esset, titulos haud paucos inde in museum suum ad *Stagshaw close house* transtulit, quorum plerique postea dono eius Newcastle in museum Blackgate pervenerunt (C. n. 633 cet., *arch. Ael.* 1822 append.): hunc tamen et duos alios (infra n. 1178. 1180) cum anaglypho certe Borcoviciano (lap. sept. n. 230) adfinibus suis Silvertopiis dedisse videtur. Bruce non recte et Ebchestriae attribuebat et legi posse negabat (lapid. n. 667); Hooppell (*arch. journ.* XLI 77, cf. Eph. VII n. 981) litteras vidit quidem sed male legit.

ad C. n. 654. Lego ita:

DEAE
NEMESI
ALOLLON
INSSACE
RDOS FEC

Deae Nemesi Apollonius sacerdos fec(it).

ad C. n. 657. Evanida tota praeter finem, quem sic excepi:

VATRIB·LIB
RTVS·EX·V·S·L

ad C. n. 668. Contuli in museo Cilurnensi:

COH·T·>OLC·LIBON

(centuria) Olc(atii) Libon[is. Si vere est (ut dicit Huebner) lapis Horsleii *Northumberl.* n. LXXV, repertus est prope Carvoran (Magnas).

ad C. n. 769. Clare aiunt tam Bainbriggius quam Camdenus aram hanc ad *Chester in the Wall* (prope *Busygap* et praedia hodie deserta *Iverton* et *Forsten*), ubi satis magnum fuisse oppidum ex ruinis appareret, repertam esse. Qui locus cum profecto ille sit quem usitate *Housesteads* nuncupamus, ubi semper rudera perquam manifesta patuerunt prope *Busy Gap* sita, titulum huic capiti addices. Sane nomen *Chester in the Wall* Aesicae (cap. L) appositum in charta quadam geographica saeculi octavi decimi in bibl. Bodleiana (cod. Gough Maps 201, ad fin.) inveni, sed hoc coniecturae deberi videtur. Nec impedit quod Hodgson et Brucius lapidem Magnis (cap. LI) attribuebant. Ille enim (*Hist. of Northumberland* (II) III 137 adn.), schedarum Bainbriggianarum inscius, Camdeni verba secus intellexisse videtur. Brucius autem cum autumet Camdenum C. n. 758 et 769 uno eodemque tempore cognovisse (qua re pro documento communis originis utitur), aperte erravit, nam Camdenus titulum n. 758 in editionem quintam (1600 p. 719), n. 769 autem in sextam demum (1607 p. 659) recepit. Moneo praeterea lectionem quam Gruterus tanquam a Cottono acceptam dedit eam esse quam Bainbriggius a. 1601 Camdeno misit: ipse Camdenus cum a. 1607 demum titulum ederet, lapidem Coningtoniae describere potuit, immo ut videtur descripsit. Dixi de re tota *Cumberl. and Westm. transact.* XI (1911) 358.

Lapidem denuo contuli et ectypa ab Ernesto Harrison habui. — Vv. 1—6 ita lego:

PRO SALVTE
DESIDIENI AE
mi LIANI · PRAF////
fecti ETSVASV////
POSVIT · VOT
\C · SOLVIT LBE

Nomina dei dedicantisque nisi supra incisa erant fortasse e loco satis apparebant. 4 *sua su[or(um)q(ue)]*, 6 *ac solvit?*

1177 Borcovicii, in Mithraeo iacebat cum reperta est, arula 18 dig. alta, 9 dig. lata.

I O M
ƎT DEO COCIDIO
GENIOQ̲HVIS
LOCI MILLEG
II · AVG · AGENES
IN PRAESIDIO
V S L M

Descripsi. *Arch. Aelian.* XXV 281 (cf. 262) cum imagine p. 280.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et deo Cocidio Genioq(ue) hui(u)s loci, mil(ites) leg(ionis) II Aug(ustae) agentes in praesidio v. s. l. m.

Catalogus Cilurnensis (de quo dixi p. 580) de cohorte septima vel octava Tungrorum hariolatur.

1178 *Minsteracres*, servata cum C. n. 638 (cf. supra p. 588) et anaglypho certe Borcoviciano (Bruce lapid. n. 230), ara 48 dig. alta, 21 dig. lata, perquam evanida.

I O M
ENVMINIBVS
. . . .
. . . .
. . . .
QVALERIVS
· V P · · · · ·
*p*RAEFECTV*s*

Descripsimus ego et G. L. Cheesman.

1179 Borcovicii, iacebat in Mithraeo, arae pars superior 16 dig. lata, litteris malis.

MARTI
ETVI*c*
TORIAE

Descripsi. *Arch. Ael.* XXV 281 cf. 263.

Cataloquo Cilurnensis (de quo dixi p. 580) de lectione MARTI THINGSO somniat.

1180 ibi ubi n. 1178, sine dubio una cum ea reperta, ara 48 dig. alta, 20 dig. lata, rudibus litteris, mutila.

DEO
*m*ΛRTIET
*ui*CTORIAE
*et*NVMINIBVS · ΛGG
.VBCORAIA..
sequuntur versus octo evanidi

Descripsimus ego et G. L. Cheesman.

1181 Borcovicii, intra castellum rep. ara perparva, 7 dig. alta, 4 dig. lata.

DEO
VETERIB
VSVOTV
M

Descripsi. *Arch. Ael.* XXV 279.

Cf. ad eam quae sequitur. Titulum exaravit homo praeter modum incuriosus.

1182 Borcovicii intra castellum prope eam quae praecedit rep., ara 13 dig alta, 8 dig. lata.

DEO
H VITRI
ASPVNIS
PRO ET SVIS
VOT
SOL

Descripsi. *Arch. Ael.* XXV 277 cum imagine p. 278.

Deo Huitri, Aspuanis pro (se) et suis vot(um) sol(vit).

2 sic vel similiter huius dei horumve deorum (cf. C. p. 331) nomen etiam alibi scriptum *(deo Hueteri* n. 1183, *deo Huetiri* Eph. 7, 1087, *deo Huitri* n. 1182; ... *Hueteribus* C. n. 502 *b*, NVITIRIBVS lectum est C. n. 502 *a*; *deo sancto Vheteri* supra n. 1122). Ante repertos titulos Eph. 7, 1087, supra n. 1122, hic n. 1182. 1183 cogitari poterat de errore quadratarii in C. 502 *b* et de numinibus quibusdam veteribus C. 502 *a*. Iam dubitari non potest, quin *Hueter-* vel *Huetir-* sit vera ac propria huius nominis scriptura, non usitata illa *Veter- (Vitir-)*. Litterae HV initio positae vocabulum stirpis Germanicae aperte indicant. [Tale vocabulum ex lingua Germanica facile explicari posse adfirmat a nobis consultus M. Roediger professor Berolinensis.]

1183 Borcovicii a. 1910 inter fundamenta (ut videtur) turris muralis rep., arula 12 dig. alta, 7 dig. lata; nunc Chesters in museo.

D E O
HVETERI
SVPERSTES
ƎREGVL
V S L

Descripsi indicatam ab eo qui effodit F. G. Simpson.

3. 4 *Superstes [et] Regulu[s.*

1184 Borcovicii in principiis castelli repertae portiunculae tres magni lapidis, litteris 3¼ dig. altis.

IM P   C

Descripsi. *Arch. Ael.* XXV 279.

1185 Borcovicii intra castellum, *c* in muro principiorum rep., lapides in quorum superficie rudi litterae punctim scariphatae, *a* 18 dig. longus, 14 dig. altus, *b* 9 dig. longus et altus, *c* 17 dig. longus, 8 dig. altus.

a IMPE
RATOR

b AVR
SCA...

c MIAI ... EGN

Descripsi. *a* et *b* edidi *arch. Ael.* XXV 279, *c* memoravi ibid. 280.
b: *Aur(elius) scal(psit)?* — *c*: *(centuria) Egn(atii)?*

1186 Borcovicii intra castellum, arula male habita et evanida, 7 dig. alta.

AICSA
CALVE
GER

Descripsi. *Arch. Ael.* XXV 279, 3 cum imagine p. 278.
2. 3 *Calve(ntius) Ger(manus)?*

XLVIII[a]. Inter Borcovicium et Aesicam per lineam valli.

ad C. n. 692 v. 1. Nomen desinit in D: *Dagualda.*
ad C. n. 695. Contuli in mus. Cilurnensi:

CI DVRO
TRALENDI
NIESI

Aperte aliud exemplum tituli Eph. VII n. 1052.

1187—1190 prope *Cawfields* rep., n. 1190 a. 1901, reliqui a. 1905, nunc Newcastle in museo Blackgate, lapides centuriales quatuor.

1187 lapis 17 dig. longus, 6 dig. altus.

>GELLIPHILIP|*pi*

Contuli. Blair *proc. soc. ant. Newc.* (ser. tert.) II 240 cum tab.
Cf. C. n. 631.

1188 lapis 13 dig. longus, 8 dig. altus, evanidus.

ↃMAXI
V

Descripsi.

1189 lapis 8 dig. altus et longus.

>ROMV
L/EI
IVSTI

Contuli. Blair *proc. soc. antiq. Newc.* (ser. tert.) II 239 non recte. Intellege: *(centuria) Romulei Iusti.*

1190 lapis ansatus, 18 dig. longus, 8 dig. altus.

COH·III
>SOCELL
IANA

Contuli. Blair *proc. soc. antiq. Newc.* X 82 et rectius p. 119, cum tabula. Eadem ut videtur inscriptio Eph. VII n. 1070, in lapide circiter duo m. p. occidentem versus reperto.

XLIX. VINDOLANA *(Chesterholm)*. C. p. 128. Eph. IV p. 202; VII p. 325.

ad C. n. 705. Contuli non semel in museo Cilurnensi. Certa videtur lectio vv. 1—4 I·O·M | ET GENIO | DIISQ·CVS | TODIB·CO···. Cetera nemo enucleavit.

ad C. n. 712. Contuli in mus. Blackgate:

DEAE
MIIADAE
CVRIA TEX
TOVERDORVM
V·S·L·M

V. 2 incertus est. *Curia* videtur pagum vel tribum significare; *Textoverdi* nomen Celticum. Ita fere legit Mowat.

ad C. n. 724. Contuli Vindolanae. Lapis 48 dig. altus est, in parte inferiore clipeus q. d. heraldicus qualem nostrates usurpant; supra est titulus in tabella ansata 20 dig. alta, litteris pessimis:

INGENVI
VIXIT ANNIS
XXIIII · MENSES
IIII ET DIES · VII

Puto fictum esse.

L. AESICA *(Great Chesters)*. C. p. 132. Eph. IV p. 202; VII p. 326.

Fossiones hic faciendas esse a. 1894—5 et postea a. 1897 societas antiquaria Aelianensis curavit, et aliqua pars castelli patefacta est: tum opus incohatum relictum est. De rebus a. 1894 repertis diximus A. I. Evans et ego *Archaeologia* LV 179—198 (*arch. Ael.* XVII praef.): reliqua tractavimus ego *arch. Ael.* XIX 271, I. P. Gibson *ibid.* XXIV 19—62. Quaedam praeterea postea detecta sunt, velut ara n. 1191.

ad C. n. 726. Ioh. Skinner (cod. mus. Brit. addit. 33638 f. 143 seq.) vidit a. 1801 recens effossam ad molinam quandam (puto, *Walltown Mill*, vide Horsleii tabulam p. 158) castello Aesicae vicinam: recte igitur inter Aesicenses numeratur.

ad C. n. 730. Contuli. Fictam esse (ut asseverat Krüger ann. Bonn. CX 34 not. 2) non credo. V. 1 TRAIN in lapide est; in fine litteras ADRIA paene abolevit instaurator.

ad C. n. 731. Contuli. V. 3 Bruce (*arch. Ael.* XII (1887) p. 86 = *Catal. Blackgate Museum* n. 194) *cohortem] I Raetoru[m* nominari coniecit sed ea cohors in Britannia non fuit et elementum I potius finis litterae M vel N putandum est. Recte olim W. T. Watkin (*Academy* 16. Mai. 1885 p. 354) *[gaesatoru]m Raetoru[m* legebat. Male omnino Williamson (*Roman Fort at Manchester* p. 26) vv. 3. 4 *Raetoru[m et No]ricor[um* supplet, cui lectioni nec spatium nec vestigia litterarum v. 4 congruunt, nec res ipsa placet.

ad C. n. 743 (cf. p. 310) Contuli: recte Huebner. Quae Pennant *Iulia*, Bruce *Salute*, Mowat *Salviae* legebant, lineae fortuitae sunt.

1191 Aesicae in balneo extra castellum a. 1908 effossa, ara 24 dig. alta, 16 dig. lata: nunc Newcastle in mus. Blackgate.

D E *ae* F O R T V
V E X S · G · R E T O
Q V O R V M C V R
A M · A G I T · T A B E
L L I V S · V I C T O R
· > ·

Descripsi. Ediderunt Simpson et Gibson *arch. Ael.* 1909 p. 160 cum tabula.

D[eae F]ortu(nae) vexs(illatio) g(aesatorum) R(a)eto(rum) quorum curam agit T. Abellius (vel *Tabellius*) *Victor (centurio).*

1 *deae* (sive *dae*) *Fortu(nae)* recte supplevit qui invenit aram F. G. Simpson. — 2 *vexs. c(ivium) R(a)eto(rum)* proponunt editores, sed nec talis vexillatio placet nec elementum illud C est sed littera G ornate scripta. Gaesati Raeti sive Raeti gaesati, in Britannia Habitancii (C. n. 987. 988. 1002) et *Cappuck* (Eph. VII 1092) redeunt: vide praeterea supra p. 594 ad C. n. 731.

1192 Aesicae intra castellum, inserta muro aedificii cuiusdam principiis adiacenti, a. 1897 rep. ara 40 dig. alta, 21 dig. lata, ambitiose ornata. Lectio certa est praeter puncta quaedam.

// · O · M ·
DOLICENO LV·
CIVS · M · A · XIM
IV·S GAETVLIC
VS ɔ LEG · XX · V · V
V ///////// M

Descripsi edidique *arch. Ael.* XIX 271 cum tab.; Gibson ibid. XXIV 58 tabulam repetivit. Litterae sunt, ut credo, saeculi secundi. Eiusdem aedificii in muris pavimentoque reperti sunt tituli infra edendi n. 1194. 1198—9. Nihil obstare videtur quin hoc aedificium saeculo tertio ineunti attribuas.

[I]. o. m. Doliceno Lucius Maximius Gaetulicus (centurio) leg(ionis) XX V. v., v(otum) [s(olvit) l(ibens)] m(erito).

2—4 idem centurio Trimontii *(Newstead)* Apollini posuit titulum infra (n. 1233) edendum.

1193 Aesicae intra castellum, prope principia iacens a. 1897 rep., arae fragmentum 13 dig. altum, 15 dig. latum.

NVS · ɔ · LEG
AGENS CVR VA
a RAM DICAVIT
v S L M

Descripsi edidique *arch. Ael.* XIX 272.

1194 Aesicae rep. a. 1897, inserta pavimento aedificii ex quo n. 1192 prodiit, pars laeva lapidis ansati fere totius evanidi facti, litteris parvis.

IMP
PI
PI

Descripsi edidique *arch. Ael.* XIX 270.

restituendum erit *Decanglos* aut (si in nomine tali eum erravisse putes) *Decangos.* Vide quae diximus R. H. Morris *Journal Chester archaeol. soc.* (ser. nov.) IV 68, Rhys ibid. p. 78 et *Academy* 31. Oct. et 14. Nov. 1891 (p. 390. 437), ego *Academy* 7. Nov. 1891 (p. 412), *Arch. journ.* XLIX 222.

ad C. n. 1207. Contuli ad ectypa: in latere aut BRIC aut BRIG.

ad C. n. 1208. Quod Huebnerus Eph. III p. 141 adiecit exemplum huius inscriptionis in Caledonia prope fluvium Carron (id est, prope Camelon cf. supra p. 629) repertum, id errori debetur. Nam qui de rebus antiquis illo loco per annos 1849/50 repertis rettulit W. Grosart, *Stirling observer* 15. Sept. 1850 (cf. *proc. soc. antiq. Scot.* I 59, 8. Mart. 1852), plumbi quidem meminit — sed id insolitae formae fuisse videtur *(oblong square, resembling a hearth)*, — de titulo silet. Qui autem titulum primus publici iuris fecit D. Wilson (*archaeol. and prehistoric annals of Scotland* 1863 II 63, inde Mc Caul loco citato apud Huebnerum) Grosartum hunc auctorem diserte nominat, titulum autem a se vel ab alio quoquam visum esse nequaquam ait. Admittendum igitur Wilsoni humani aliquid accidisse. Exposui rem *Victoria Hist. Derbyshire* I 230.

ad C. n. 1209. Prostat *a* in museo geologico universitatis Birminghamensis, ubi vidi. In latere longo anteriori (non in margine)

MINB (vel P)

litteris minutis legi. Massam non in *Shelve* sed prope *Snead* et *Linley Hall*, ubi olim asservabatur, repertam esse ostendi *Victoria Hist. Shropshire* I 264. Eodem fere loco reperta fuit massa *b* (in hac ipsa inscriptionis verba non tradi, atque sigilli legionarii mentionem postea demum ab alio teste adiectam esse, monui l. c.). Massa vero *f* errori scriptoris imperiti et neglegentis deberi videtur (ibid. I 265).

ad C. n. 1213. Hanc quoque errori deberi dixi *Victoria Hist. Derbyshire* I 233—234.

ad C. n. 1218. Vidi: massa non est sed frustulum plumbi minutum litteris minutis, quales figuli vasorum Gallicorum adhibebant, impressum:

DOCCIAƧI

Doccius figulus notissimus est (Corp. XIII 10010. 795); dixi de re *Arch. journ.* XLIX 190. 234: hinc corrige C. XIII 2612 adnot. Vide infra n. 1300 (p. 654).

ad C. n. 1219. 1220. Plane non Romana.

1264 massa plumbea formae solitae, pondo CL libr. (66 chilogr.), rep. a. 1838 prope Tamworth in *Hints Moor* ad viam Romanam q. d. Watling street rep., nunc *Tamworth Castle.*

IMP·VESP VII T· IMP V CS p. Chr. 76

Vidi. Qui massae meminit H. Norris *Hist. of Tamworth Castle* (Tamw. 1899) p. 5, in latere litteras DECEA adesse ait, non recte.

Est alterum exemplum massae C. n. 1205, nisi quod abest inscriptio lateris.

1264[a] massa plumbea formae solitae, rep. a. 1885 inter arandum in *Theobalds Park, Cheshunt*, haud ita longe a via Romana quae Londinio iuxta fluvium Lea septentriones versus ducebat — casu sine dubio aliquo eo loco relicta, cum e regione metallorum Londinium, fortasse ut foras exportaretur, advehitur —; nunc in museo Britannico.

IMP CAES · HADRIANI · AVG

in latere, litteris parvis extantibus:

LAV (spatium litt. 7 vel 8 detritum) \X

Descripsi cum Reginaldo Smith.

1265 massa plumbi formae solitae, CXXXV librarum pondo, a. 1890 in South Cave prope *Brough-on-Humber*, ubi viae Romanae trans aestuarium traiectus erat, rep. Servat C. Barnard in South Cave.

C · IVL · PROTI · BRIT · LVT · EX · ARG

Barnard ectypa misit. Edidi *archaeol. journ.* XLVII 257.

Est alterum exemplum inscriptionis C. n. 1216. — Eodem fere loco antea fragmentum C. n. 1217 prodierat.

1266 massa CLXXVI libr. pondo (80 chilogr.) litteris elegantibus, a. 1894 ad *Portland Grange* in *Tansley Moor*, prope *Matlock (Derbyshire)* inter alia metallorum antiquorum vestigia reperta, nunc in museo Britannico. Lectio certa est.

P RVBRI · ABASCANT · METALI · LVTVDARES

Descripsi edidique *proc. soc. antiq. Lond.* XV 198 (ibid. Cox p. 185) et *Vict. Hist. Derbyshire* I 232, adiectis tabulis; inde *Assoc. journ.* 1894 p. 183, 1898 p. 267; Dessau inscr. sel. 8711 *e*; alii.

P. Rubri Abascanti, metalli Lutudare(n)s(is).

Lutudaron (sic Geogr. Rav. p. 429) locus sive ea regio erat, secundum hos titulos et C. 1208. 1214. 1215a fuit prope Matlock et flumen Derwent; et suffragatur Ravennas, Lutudarum iuxta Derbentionem collocans.

LXXVII. Tegulae. C. p. 225. Eph. III p. 142. IV p. 206. VII p. 341.

1267 Callevae *(Silchester)* in puteo prope foricam balneorum publicorum a. 1904 rep., tegula sigillo ligneo impressa, tegulis ceteris Callevensibus dissimilis.

NERCLCÆAVGGR

Descripsi. Fox et Hope *Archaeologia* LIX p. 366 cum tab.

Fuerunt igitur Callevae sub Nerone possessiones qualescumque fiscales; postea nulla huius rei mentio reperitur.

1268—1280 tegulae militares.

Tegulae legionariae propter inscriptionem aut propter originem memorabiles (nam has solas recepi) his ultimis annis repertae sunt locis his: 1) legionis II Augustae in *Honeyditches,* Ventae Silurum, Iscae Silurum, Luguvallii; 2) legionis VI victricis Corstopiti, Luguvallii; 3) legionis (ut videtur) IX Hispanae Luguvallii; 4) legionis XX in *Caersws*, *Holt*, *Warrington*, Devae, Luguvallii.

1268 tegulae legionis secundae Augustae (add. ad C. n. 1222, Eph. IV p. 206 n. 693).

1268[a] *Honeyditches* sive *Hannaditches*, prope Seaton in ora Britanniae meridionalis marituma inter Dorchester et Exeter, circa a. 1830 vel 1840 cum aliis Romanorum vestigiis rep., nunc Taunton in museo, tegula litteris rudibus retrogradis.

ƆVA II ƆIIꓘ

Repperi in museo ineditam, edidique *Arch. journ.* XLIX 180.

Secundani cum hac fere in regione sub Vespasiano legionis legato a. 43—45 pugnasse narrentur, castellum fortasse perbrevi postea in loco amoeno posuerunt, quo saltuum vicinorum occulta custodirentur. Statio Moridunum (itin. Ant. 482. 483. 486; Rav. geogr. 425. 8; tab. Peut.), modo vias huius tractus flexibus vallium implicatas recte indagavimus, prope Seaton quaerenda est.

1268[b] Luguvallii ad viam *London Road* (cf. supra n. 1219) prope Harraby (sive Gallows) Hill, ubi sepulcretum Romanum fuit, a. 1894 rep., tegulae sex sepulchro tegulario insertae, nunc in Tullie House (catal. n. 47).

LIIG II AVG

Descripsi. R. S. Ferguson *Cumberland and Westmorland arch. soc. transactions* XIII 251, *proc. soc. antiq. Lond.* XV 261; ego *Academy* 27. Oct. 1894 p. 334. Simul reperta est tegula una legionis XX infra n. 1271[c].

1268[c] Ventae Silurum (*Caerwent*, cf. supra p. 523) tegula fracta ex puteo a. 1905 extracta.

leg. ii ⟨AVG

Vidi. Th. Ashby *Archaeologia* LX 124 cum imagine.

1268[d] Iscae Silurum (*Caerleon*, cf. supra p. 526) inter effossiones a. 1908 cum tegulis LEG II AVG varie inscriptis rep. fragmentum evanidum.

|VAVVꓕO

Vidi. White *Report of the Liverpool Committee for Excavation in Wales* I 69. 73. Fuit, puto, *[leg. II] Au(gusta) Anto(niniana).*

1269 tegulae legionis sextae victricis (add. ad C. n. 1223).
Luguvallii *(Carlisle)* sub museo rep., tegula fracta.

LEG·VI

Vidi et edidi in catalogo musei n. 48.

Praeterea tegulae LEG VI V et LEG VI VI impressae multae Corstopiti rep. sunt tam antea (Bruce *catal. of Alnwick mus.* n. 690 cet.) quam effossionibus annorum 1906—1909.

1270 tegula legionis nonae Hispanae (add. ad C. n. 1224).
Luguvallii *(Carlisle)* sub *Fisher street* alte defossa, a. 1891 rep., nunc in museo (catal. n. 49), tegula fracta, litteris rudibus, 4 dig. lata.

*le*G·VIIII

Descripsi edidique adiecta imagine *arch. journ.* XLIX 199, *Cumb. and Westm. arch. soc. transactions* XII 280.

Prima quae superest littera G magis quam C; noli cogitare de cohorte aliqua octava vel nona. — Etiam vascula quae aetati Flaviorum attribuenda esse videntur non pauca Carlisle reperta sunt.

1271—1275 tegulae legionis vicesimae Valeriae victricis (add. ad C. n. 1225, Eph. III p. 142, IV p. 206 n. 694, VII n. 1125. 1126).

1271[a] *Caersws* (cf. supra p. 529. 19, infra p. 649 n. 1286) a. 1909 rep.

leg XX *v. v.*

Vidi.

Huc trahendum sine dubio etiam fragmentum eodem loco repertum C. n. 1243*b*: LEG, de quo apparet Huebnerum non recte iudicavisse.

1271[b] Wilderspool prope Warrington — locus is medius inter Devam et Manchestriam — a. 1898 rep. tegula fracta.

leg XX ▷

Vidi. Edidit Th. May *Proc. Historic soc. Lancashire and Cheshire* XIV tab. V (2) et *Warrington's Roman Remains* p. 64.

In fine quod cernitur, ornamentum est.

Castellum per aliquam partem saeculorum primi et secundi hic fuisse credi potest; vestigia eius, ni res me fallit, nondum recte investigata sunt.

1271[c] Luguvallii una cum n. 1268[b] reperta et adservata, tegula una.

LEG▴XX▴VV

Descripsi. Edidimus iidem qui n. 1268[b].

1272 tegulae ex eadem matrice impressae, aliae Devae in Hunter street inter rudera aedificii satis magni a. 1909 rep., aliae in Holt (cf. supra p. 533, infra n. 1274. 1275) a. 1908—9 rep.

LEGXXVVA

Exemplorum Devensium ectypa H. Taylor misit; quae prope Holt rep. sunt, vidi: M. V. Taylor indicavit. Intellegendum puto *leg. XX V. v. A(ntoniniana).*

Tegulas multas LEG XXVV simpliciter impressas apud Holt rep. esse supra observavi. Moneo praeterea fornaces tegularias nuperrime ibi comparuisse.

1273 Devae rep. tegulae fractae; servabat G. W. Shrubsole.

a. |GXXANTO *b.* |ANTO

a Descripsi edidique *arch. journ.* XLIX 190. Similium ectypa miserunt a. 1889 Hughes, a. 1909 F. Simpson Devenses.

b Vidi; Simpson ectypa misit.

Similia profert Watkin *arch. journ.* XLIII 289; *Anto(niniana)* omnia.

1274 (*a* = Eph. IV n. 694*b*) tegulae ex eadem ut videtur matrice impressae, *a* Devae rep., servabat Potts; *b* Holt (supra n. 1272) rep. a. 1911.

LEGXXVV·DE

a Vidi. Ediderunt I. N. Brushfield *Journal of the archaeol. soc. of Chester* 8, 1871 p. 20 et Watkin *Roman Cheshire* p. 118, uterque adiecta tabula.

b Acton misit ectypa.

Similes tegulas, alias LEGXXVDE, alias LEGXXVVDE impressas a. 1630 Devae repertas esse ex codice mus. Brit. Harl. 2014 fol. 31 et 2057 f. 6 Watkin enotavit. Indicatur, puto, *legio XX V(aleria) Victrix) De(vensis)* vel *De(vae).* — In provincia Moesia repertae sunt tegulae *leg. IIII Fl. Cuppis* (Vulić *Jahreshefte des oesterr. arch. Inst.* 1905 p. 3 cf. Corp. III S. 13815[a]); *l. V M(acedonica) Oes(census)* (Vulić *Klio* 1908 p. 130); *l. XIII G(emina) Rat(iariae)* (Corp. III S. 14597[4]), aliaeque similes.

1275 (= Eph. IV n. 694 *a* + VII n. 1126) fragmenta tegularum ex eadem matrice impressarum, alia Devae alia ad Holt (supra n. 1272) rep.; ea coniuncta hanc lectionem efficiunt:

L E G X X VV

SVBLOGOPR

Descripsi omnia, alia Devae penes Shrubsole et in museo (catal. n. 202), alia ad Holt penes Acton et A. N. Palmer. Edid. Brown *assoc. journ.* 1893 p. 153 (male); ego *catal. Grosvenor museum* (cf. supra p. 535) n. 200; Palmer Arch. Cambrensis (ser. 6) VI 231.

2 *sub Logo (?) pr(aefecto).* Cf. eam quae sequitur, item tegulas legionis septimae Claudiae Corp. III 1700, 4. 8275, 3 seq.

1275[a] tegula fracta ad Holt (supra n. 1272) a. 1912 reperta.

\PR F EGXX|

Descripsi; misit etiam Acton.

. . *pr(a)ef(ecto)* cet.

1276 tegulae classis Britannicae (add. ad C. n. 1226).

Pevensey, *Sussex* (vide infra n. 1281) inter fossiones quasdam a. 1906—7 repertae tegulae fractae duae.

a cl\BR *b* ⅂\C
BR\

Vidi; misit Ray. Edidit Salzmann *arch. journ.* LXV 132, *Sussex archaeol. coll.* LI 112, LII 87, *Excavations at Pevensey*, *First Report* p. 12, *Second Report* p. 13.

Ex tegulis CL BR dudum Dover vel prope Dover repertis duas vidi Liverpool in museo (M 7162. 7689), aliae extant Dover in museo, alia ibidem apud Hambrooke; eius imaginem photographicam misit Amos, in qua sane lego CL·ЯI; easdem memorat V.-I. Vaillant *bull. de la Commiss. des antiq. du Pas-de-Calais* VI 1888 p. 348. 353. Similes tegulas Gesoriaci *(Boulogne-sur-mer)* repertas composuerunt idem *Épigraphie de la Morinie* p. 242 seq. et E.-I. Hamy *bull. de la soc. académique de Boulogne-sur-mer* VII 1904/7 p. 541 seq.

1277—1280 tegulae cohortium reliquaeque militares (add. ad C. n. 1230 seq., Eph. III p. 142, IV p. 207, VII p. 342).

1277 ad C. n. 1230. Exemplum novum Manchester in castello (cf. supra p. 558) a. 1907 effossum.

C·III·BR

Vidi. Bruton *Roman Fort at Manchester* pp. 29. 90 tab. IX.

Indicari cohortem III Bracaraugustanorum iam constat.

1278 *Castleshaw*, ubi fuit castellum parvum, in summo fere iugo inter regiones Lancashire et Yorkshire situm (cf. supra p. 554), effossionibus a. 1907 rep., tegula.

COIIIIIBRE

Descripsi adiuvantibus Ioh. G. C. Anderson, Ioh. A. R. Munro, Guil. M. Calder. Edidit Bruton *Excavations at Castleshaw* (Manch. 1908) p. 29 adiecta imagine, quam repetivit *Roman Fort at Manchester* tab. XI (ad p. 33), *Castleshaw Second Interim Report* tab. 42.

Bruton legit COH IIII BRE ut est in tegulis prope *Slack* repertis C. n. 1231, Eph. VII n. 1127; sed numerus III certus est; de ultima littera dubitari potest, utrum ea fuerit E an, ut nonnulli voluerunt, A.

1279 *Hare Hill*, ad lineam valli Hadriani, inter Amboglannam et Castlesteads rep., nunc in Naworth penes *the Earl of Carlisle.*

COH·Ψ·IVI

Descripsi. *Proc. Soc. Antiq. Newcastle* (ser. tertia) II 294, non recte.

Videtur significari cohors prima Tungrorum; similis numeri I figura Corp. III 1918. Sane expectaveris cohortem secundam Tungrorum, quae *Castlesteads* tendebat, non primam, quae Borcovicii.

1280 Corstopiti rep. circa a. 1803.

COIIII/

Thomas Inniss (cf. supra ad n. 1142. 1149) in schedis societatis antiquariae Londiniensis.

Tegulae reliquae, praeter scariphatas. C. p. 228. Eph. III p. 142, IV p. 207, VII p. 343.

C. n. 1238. Vide infra n. 1289.
C. n. 1239. Non est tegula, vide infra n. 1339.
C. n. 1242. Vide infra n. 1287.
C. n. 1243. Vide infra n. 1285.
C. n. 1252. Vide infra n. 1288.
Eph. VII n. 1135. Aliud exemplum prodiit *Binchester* intra castellum in hypocausto, servatur in museo universitatis Dunelmensis, ubi vidi. Edid. Hooppell *Vinovia* p. 37 *(Assoc. journal* XLVI 269).

1281 *Pevensey (Sussex)* tegulae duae, altera integra a. 1902 casu detecta, altera fracta a. 1907 inter fossiones quasdam reperta, litteris parvis.


HONAVG
ANDRIA

Descripsi. Dawson *proc. soc. antiq. Lond.* XXI 1905/6 411, adiecta tabula; Salzmann *Catal. of objects discovered .. at Pevensey* (Hastings 1907) n. 552. 553.

Lectio certa: non recte quidam *Non(is) Aug(ustis)* legerunt. — 1 nominatur aperte Honorius imperator. — 2 *Andria* aut hominis nomen est (C. X 4936. 5731, cet.) aut, quod magis placet, nomen castelli, quod eo loco fuisse putandum est, memoratum in Notitia dignitatum Occ. cap. 28, 10 sub 'comite litoris Saxonici per Britanniam', ubi nomen scribitur *Anderidos*, item apud Geogr. Ravenn. p. 427, 18, ubi scribitur *Anderelio:* confer nomina locorum Saxonica: *Andredesceaster*, *Andredesleage*, cet. Castellum id sub Honorio instauratum esse potest; munitiones litoris Saxonici memorat Claudianus a. 399 et 400 (in Eutrop. 1, 392, de cons. Stilich. 2, 247 seq.).

Tegulas classis Britannicae eodem loco repertas habes n. 1276.

1282 rep. cum exemplo fracto tegulae quae praecedit fragmentum.



Ray ectypum misit. Nescio an legendum sit, ut in ea quae praecedit, sed litteris retrogradis, *[Hon. Au]g.*

1283 tegulae litteris incisis, ex diversis matricibus factae, *a* Glevi *(Gloucester)* ad quadrivium urbis medium (*'the Cross'*) a. 1894 rep. *b* *Hucclecote*, circa mille pass. a Gloucester, inter rudera villae Romanae rep. *c* ad *Ifold* (sive *Highfold*) prope Painswick, quinque fere m. p. a Glevo inter rudera villae rusticae Romanae, a. 1903 rep.

RPG

a vidi et ectypa a Ioh. Bellows habui: edidi *Academy* 10. Mart. 1894 (p. 214), confer Medland *Bristol and Glouc. arch. transact.* XIX 155.

b descripsi.

c Baddeley, qui effodit, ectypa misit ediditque ibid. XXVII 168 (fig. 2).

Fortasse huc pertinet etiam tegula Eph. ep. IV p. 207 n. 700: PRC, prope Dry Hill, 4 fere m. p. a Cheltenham rep. (sic qui primus edidit W. H. Gomonde *Notes on Cheltenham*, 1849 p. 7: ab eo Norman), scilicet neglegenter descripta. — Denique quod Medland *(Bristol and Gloucester archaeol. transact.* XIX 154) tegulam a. 1893 Glevi prope quadrivium repertam ita inscriptum profert: S.O.G, simili fortasse errori debetur.

Intellege: *r(ei) p(ublicae) G(levensium).* — Territorium coloniae Glevensis loca vicina quae nunc sunt Painswick et Cheltenham facile potest inclusisse.

1284 *Hucclecote* circa mille pass. a Gloucester prope viam Romanam quae Glevo Corinium ducebat, inter rudera villae sive aedificii alicuius a. 1910/1 repertae tegulae complures (tegulae *a* exempla sex, integrum unum, fracta quinque).

a RPGQQIVL
FLORTECRSM

b RPGIIVMETG

c |ARPG

Descripsi. W. Beazley qui effodit et C. Oman ectypa miserunt.

a v. 2 €, non €, in tegulis est. — *b* in fine aut C aut G.

Ad has tegulas Glevenses pertinet etiam Eph. IV p. 207 n. 699.

a: r(ei) p(ublicae) G(levensium), q(uin)q(uennalibus) — sic potius quam *duobus Quintis*, cum etiam in tegula *b* bina sint nomina praecedente ut videtur magistratus vocabulo — *Iul(io) Flor(o) et C...*

b: r(ei) p(ublicae) G(levensium), II v(iris) M. et P. G.

1285 (ad C. n. 1243) prope *Caersws* (cf. supra p. 529 n. 9) in ruderibus castelli Romani a. 1909 cura Roberti Bosanquet societatisque alicuius Liverpooliensis pervestigari coeptis, repertae tegulae.

a ▷ CIcF
S·P·P

b ▷ C·I·C·F ◁

Descripsi edidique *Military aspects of Roman Wales* p. 50. Earundem tegularum alia exempla eodem loco saeculis prioribus prodierunt, *a* = C. n. 1243 *a*, *b* = C. n. 1243 *c* (in hoc errore sine dubio pro C·I·C.F lectum erat C·I·C·T); adde huius tegulae exemplum recte a. 1804 exceptum a Colt Hoare, Girald. Cambrens. I p. CLVII. Quae in ephemeride *Cambrian Register* 1799 II p. 378 proferuntur CICTPB, item *Cambrian Quarterly Magazine* 1829 I 34 JCICI⁻AC, similes tegulae videntur fuisse, sed male descriptae, fortasse ornamentis et litteris confusis. — De C. n. 1243 *b* vide supra p. 646 ad n. 1271 *a*.

Vix cogitandum de cohorte aliqua prima; privati potius hominis nomen qui post milites a Caersws abductos hos lateres coxit.

1286 Cirencestriae in ipso oppido, partim a. 1860 (*Association journ.* 1867 p. 102. 226), partim nuper repertae, tegulae magnitudine litterarum inter se diversae, in una enim cm. 1, 8, in aliis cm. 2, 8, in aliis denique cm. 3 altae sunt, extant Cirencestriae in museo Crippsiano exempla quattuor, in museo Bathurstiano duo; praeterea Reading in museo pars extat tegulae similis (superest tantum SH), olim Silchester penes Davisium (cf. infra p. 654 ad n. 1293) asservata, quae eo loco reperta esse dicebatur, fortasse errore.

IHS vel SHI

Vidi et Romanae antiquitatis esse iudicavi. Hübner inscr. christ. Brit. n. 227 a prioribus.

1287 (ad C. n. 1242) *Hucclecote* prope Gloucester una cum n. 1283[b]. 1284 repertae tegulae.

TCM
TPFA *sive* T·P·F·A
TPFP

Descripsi et ectypa habui ab eo qui effodit W. Beazley.

Exempla nova tegularum C. n. 1242 *a b d*.

Praeterea Cirencestriae non solum tegulae TCM (ut dictum est C. n. 1242[a]), sed etiam tegularum TPFA TPFC TPFP exempla prodierunt, quae vidi in museo Crippsiano (supra p. 517). — Tegulam TPFA Cirencestriae repertam memorat etiam Buckman *arch. journ.* XII 1855 p. 286.


1288 (= C. n. 1252, Eph. III p. 142 n. 123) *Berkeley, Gloucestershire,* in ecclesia circa a. 1865 reperta, eiusdem tegulae duo exempla, alterum eodem loco servatum, alterum Bath in museo.

ECLVI

Descripsi utrumque exemplum; exemplum Bath asservatum ed. Hübner C. n. 1252, non recte, alterum Eph. l. c.; illud ego *Victoria Hist. Somerset* I 285.

Quid subsit, ignoro: elemento quod litteras CLVI praecedit *led* vel *del* significari crediderim: de Glevo vix putandum.

1289 (= C. n. 1238) lateres cavi (tubulati), litteris extantibus, signaculo impressis, ab omni parte repleti. Fragmenta sex vel septem. rep. a. 1857 prope *Plaxtol, Kent,* extant Maidstone in museo, unum est Liverpoolii in museo (coll. Mayer n. 6134), cui adglutinata schedula, in qua testatur prior possessor Fausset († 1776), repertum id esse circa a. 1773 Londinii prope *Bishopsgate*, errore nisi fallor.



ЬVBIЄꓕV ΓЄW

CABRIABANV.

ՐVՐIՐΛVIT

Descripsi edidique cum imaginibus duorum fragmentorum, quarum alteram supra repetivi, *proc. soc. antiq. Lond.* XXIII 109. Antea solus v. 2 lectus erat, cf. C. n. 1238.

Parietalem (sc. *tegulam*) *Cabriabanu(s)* (?) ... *icavit.* — 2 tam *Cabriabanu(s)* legi potest quam *Cabriabantu(s)*, si sumimus T et V fuisse contignatas; in T scilicet incurrit eadem littera vocabuli PARIETALEM.

Scariphata in tegulis. C. p. 229. Eph. III p. 143, IV p. 208, VII p. 344.

ad Eph. VII n. 1141 p. 344. Imaginem dedi *Journal of Roman Studies* I tab. XXVI.

1290 ad Eph. VII n. 1146. Contuli tegulam nunc in museo universitatis Dunelmensis asservatam; ad ectypa contulit Zangemeisterus. Cf. quae dixi *arch. journ.* L 293.

ARMEA ME DOCVIT

Aranea? *me docuit.* — (Subesse: *carmina me docuit* .... coniecit Gomperz.)

1291 (= C. n. 1227). Extat Cilurni *(Chesters)* in museo, tegula litteris ante cocturam scariphatis.

CO[D7I7URFI

Conturli et imaginem photographicam reportavi.

Est nomen militis *(Copa?)* adiecta centuria *(c. Urfi).* De *co(horte) II T(ungrorum)* cum Cichorio noli cogitare.

1292 Callevae *(Silchester)*, in tegulis scariphata ante cocturam, inter effossiones a. 1889—1899 rep.

a

cla VDII
?pae DICA
VS

b

KECITTUBV
CIEMENTI
NVS — *fecit tubul(um) Clementinus*

c magnis litteris, digito scriptis.

SATIS

d

SFECIT
RIONVS

Contuli et edidi *Vict. Hist. Hampshire* I 282 una cum aliis tegulis scariphatis Callevensibus C. n. 1259 Eph. III p. 143 n. 126. — *b* Fox et Hope *Archaeologia* LVIII 30 cum tabula, inde ego *Romanization of Roman Britain* ed. 1912 p. 25 fig. 3. — *c* Fox et Hope *Archaeol.* LVI 242. — *d ibid.* 123.

1293 Callevae *(Silchester)*, ut videtur, circum a. 1850 rep., certe diu possedit illo loco Stuart G. Davis (cf. ad n. 1286. 1294) emptam, ut perhibetur, ab homine rustico, nunc penes filium eius Londinii, tegula. Ectypum gypsaceum in museo Britannico.

PERTACVS PERFIDVS
CAMPESTER LVCILIANVS
CAMPANVS CONTICVERE OMNES

Contuli. Primus descripsit ediditque E. Maunde Thompson, musei Britannici olim praefectus, *Handbook of Latin and Greek Palaeography* (Lond. 1894) p. 211; inde ego *arch. journ.* L 281.

Conicit Thompson tegulam ab artis scribendi magistro exaratam esse, ut formas litterarum quasdam exhiberet. Vergilianum in Britannia meridionali notabile quidem, non mirum.

Pertacus, Perfidus, | *Campester, Lucilianus,* | *Campanus; conticuere omnes* (Vergil. Aen. 2, 1).

1294 Callevae *(Silchester)*, ut affirmatur, rep., diu ibi penes Stuart G. Davis (cf. supra ad n. 1286. 1293), nunc Reading in museo publico, in tegula scariphatum.

VIKOCTO *bres*
mANUICC

Descripsi. Imaginem dedi *Romanization of Roman Britain* (ed. 1912) fig. 4.

1295 Camelon (cf. supra p. 630), imbrex fracta a. 1900 rep., nunc Edinburgi in museo.

MESSIUS
SE
ƽOICI

Vidi. Anderson *Proc. soc. antiq. Scot.* XXXV. p. 394.

2 *Se[v]eru[s].*

LXXVIII. Tesserae. Corp. p. 229. Eph. III p. 143, IV p. 208, VII p. 346.

C. n. 1263. Tessera non est sed fortasse manubrium cultri.

C. n. 1264. Repetivi ex actis societatis antiquariorum *Vict. Hist. Northants* I 170.

C. n. 1265; Eph. III p. 143 n. 128, IV p. 208 n. 705. Alibi quoque tesserae similes prodierunt; quas vidi vix pro Romanis habuerim. Rectius credo antiquarius nescio quis saeculi septimi decimi (in actis ms. societatis soc. antiquariorum Lond. 29. Sept. 1725) tesseras esse viales recentes, quibus vectigal tutelae viarum exigebatur *(turnpike tickets)*, statuit. Dixi de re *Vict. Hist. Norfolk* I 317, *Northants* I 222: confer lamellam plumbeam infra notandam p. 658.

LXXIX. Plumbo nigro inscripta.

C. p. 230. Eph. III p. 144. 318, IV p. 209, VII p. 346.

ad C. n. 1269 add. p. 313; Eph. III p. 144, IV p. 209 n. 706, VII p. 346 n. 1152. De his tesseris sive lamellis plumbeis dixit Rostowzew *revue numismatique* 1897 p. 482 *(Catalogue des plombs de l'antiquité*, Paris. 1900 p. 21). Interpretationem Cootii, quam Hübner Eph. III p. 145 amplexus est, falsam esse iam fere constat. — Ad exempla dudum nota, variis locis reperta, accesserunt nonnulla ex duobus, quae nulla adhuc dederant, locis, ex Corstopito (n. 1296 *a–d*) et Trimontio (n. 1296 *e*).

1296 *a—d* Corstopiti (cf. supra p. 574) rep. fossionibus a. 1908. 1910 (*c* a. 1912), tesserae plumbeae.

a LVI / A F — CM7

c LXX / VA//// — QVR

b LXX / V — lectio evanida

d IIAS — TVD

Descripsi edidique *a: arch. Ael.* 1909 p. 399, *b d:* ibid. 1911 p. 179.

Agnoscuntur *a b c* legiones VI et XX, *d* aut cohors II Asturum Aesicensis (C. p. 132) aut ala II Asturum Cilurnensis (C. p. 117).

Observa litteras TVD in exemplo *d* cum Asturibus coniunctas in aliis tesseris huius generis coniungi cum litteris CVIIT (C. n. 1269, 15 cet.; quod Eph. III p. 144, 44 editum est: CVIT—TVD, errori deberi existimo; equidem complures CVIIT inscriptas, CVIT nullam vidi).

1296 *e* *Newstead* (cf. supra p. 617) fossionibus Curlianis rep., nunc Edinburgh in museo, tessera plumbea.

C II T / NER — MCH

Descripsi. Curle p. 309 tab. LXXXII 19.

Videtur significari *c(ohors) II T(ungrorum).* Cogitavi etiam de *coh. III Ner(viorum)*, sed plumbo non semel inspecto illud praefero.

1297 lamella plumbea praecedentibus non dissimilis, sed saeculi omnino quarti, a. 1869/70 Callevae in foro rep., nunc Reading in museo.



Contuli. Joyce *Archaeologia* XLVI 1881 p. 363 cum imagine quam repetivi *Vict. Hist. Hampshire* I 284. Credo Joyce magis coniecisse quam legisse.

1298 Londinii prope *Walbrook* a. 1902 rep. tessera (sive sigillum fuit) ex plumbo.

L·V·

Reader *arch. journ.* LX 198 fig. 11.

1299 *Lydney* (cf. C. p. 42) rep., ubi nunc possidet Bathurst, frustulum plumbeum, 3 dig. longum.

ABCDEF....

Descripsi edidique *arch. journ.* XLIX 189.

1300 *Charterhouse on Mendip* ad metalla (cf. supra p. 642) lamella plumbea rotunda, diam. 1 dig., impressa litteris qualibus figuli Gallici utebantur, nunc Bristol in museo.

CATV

Descripsi edidique *Vict. Hist. Somerset* I 344.

Confer supra p. 643 ad C. n. 1218. — *Catus f.* est in vasculis C. n. 1336, 268.

1300[a b] *Appleshaw* (cf. supra n. 984) inter rudera villae rusticae a. 1897 rep. vasa ex plumbo stannoque *(pewter)* facta; in duobus ex iis scariphatum

a VICTRICI *b* ☧

Descripsi edidique *Victoria Hist. Hampshire* I 298. — De rebus antiquis una repertis egerunt Engleheart (qui invenit), Gowland, C. H. Read *Archaeologia* LVI 1—20.

LXXX. Vascula vitrea. C. p. 231. Eph. IV p. 209, VII p. 347.

ad Eph. IV n. 709. Vidit Schuermans legitque ...AMVS: mihi in re praesenti A dubia videbatur. Schuermans *Verres à courses de chars*, Namur 1893 p. 20 (seorsum expressum ex *Annales de la soc. arch. de Namur* XX); ego *arch. journ.* L 282. Vasculum ipsum nuper periit.

1301 in fundis vasculorum vitreorum (*d e f* in circulo scr.).

a Corstopiti a. 1911 rep., exempla duo.
b Londinii rep., nunc *Guildhall mus.*
c, *d* Callevae rep., nunc Reading in museo, *d* fragmentum.
e in insula *Alderney* rep., nunc Cantabrigiae in museo.
f Aquis Sulis rep., fragmentum.

a AF *d* FRO
b FV *e* ...FROD...
c C·A·C *f* ..RI..

a Descripsi.
b Lambert ectypum misit. Editum est *Catal. of the antiquities in the Guildhall mus.* (Lond. 1903) p. 76 tab. VIII 19, sic: IV.
c Descripsi.

d Descripsi edidique *arch. journ.* XLIX 183.
e R. C. Bosanquet descripsit.
f Descripsi edidique *Vict. Hist. Somerset* I 284. An similis C. n. 1276, XII 5696, 19, XIII 10025, 9?

1302 vasculorum sive calicum vitri translucidi fragmenta perparva litteris incisis, *a b* Corstopiti (Corbridge), *c d* Callevae (Silchester) reperta.

a *piscis* F

b M

c *piscis* ⊢ *palma*

d O

Descripsi. *b* editum est *arch. Ael.* 1908 p. 268; *c* ed. Hope *Archaeologia* LVIII 32 adiecta tabula.

Similia frustula vitrea reperta sunt in castellis limitis Germanici Osterburken (Schumacher *Kastell Osterburken* p. 44 = C. XIII 10025, 240) et Saalburg (Iacobi p. 457 tab. LXXI 13. 14), item Carnunti (Groller *Bericht des Vereins Carnuntum 1897—8* p. 61 tab. IX 30); confer frustulum Mogontiacense Körber *Inschriften des Mainzer Museums* (1900) p. 112, n. 182. Integrum talis vasculi exemplum, quod sciam, nondum prodiit; sed simile est poculum quod edidit Krüger ann. Bonn. CXVIII 353. In exemplis Germanicis restituendum esse Blasti nomen (C. XV 6990), sine idonea ut videtur causa coniecit Groller.

Christiana esse coniecerunt multi et nostrates et Germani (cf. Kisa *Glas im Altertume* II 683); sed obstant exempla in castellis Germanicis reperta, a. 250 certe antiquiora.

1303 *Wilderspool* prope *Warrington* (supra n. 1271 b) a. 1899 rep. fragmentum vitri pellucidi albi, litteris exstantibus.

AL

Th. May, qui repperit, ectypum misit; edidit *Excav. at Wilderspool* 1899—1900 p. 37. May supplevit *[v]al[e]*, tanquam pars esset acclamationis in vasculis vitreis inter anaglypha et nomina aurigarum scribi solitae (C. VII 1273, XIII 10025, 171); sed in his *va.*, non *vale* scribi solet.

1304 in sepulcro aetatis Saxonicae ad *High Down* prope Brighton a. 1893 rep., phiala ex vitro subviridi, figuris et litteris leviter sed clare incisis.

+ΟΥΓΙΕΝⲰΝ ΧΡⲰ

Descripsi. Edidit C. H. Read *Archaeologia* LV 206 cum tabula optima. Videtur intellegendum esse: ὑγιένων χρῶ. Evans (*Archaeol.* l. c.) contulit inscriptionem auriscalpii aurei, editam a Millero *Revue archéol.* n. s. 38, 1879 p. 40: + ὑγιένουσα χρῶ, κύρα, καλῶν κερῶν ἀπολαύσῃς. — *Utere felix* passim legitur in instrumento domestico.

Phialam puto temporibus Romanorum in Britanniam advectam ibi postea in usum sepulcri Saxonici versam esse.

LXXXI. Pondera. C. p. 231. Eph. VII p. 348.

ad Eph. VII n. 1158. Prodiit Devae a. 1893 similis lamella, numero VIII inscripta, pondo gramm. 225. Lamella Eph. n. 1158, paulo magis detrita, et ipsa 220 gr. pendet. Vidi utramque.

Prodiit praeterea in Hope (cf. C. n. 1225 *a*) a. 1902 lamella rotunda plumbea, diam. 1¾ dig. (cm. 4.5), pondo gr. 220; nunc est in museo Devae.

G
VIII

Newstead ectypum misit. Cave ne recens sit; vide supra p. 654 ad C. n. 1265.

1305 Wilderspool prope Warrington (supra n. 1271[b]) pondus (ut videtur) plumbeum, pondo 3628 gr., in margine scariphatum est

XIII

Th. May *Excavations at Wilderspool 1899—1900* p. 38.

1306 Newstead rep. pondus plumbeum: pendet grammas 130.3. Nunc Edinburgi in museo.

S

Descripsi. Curle tab. LXXXII 18.

1307 Charterhouse on Mendip (supra p. 641) rep. nunc Bristol in museo, pondera plumbea quattuor aperte cohaerentia.

a	::	gramm. 107.17
b	∴	80.27
c	..	53.64
d	*non inscr.*	25.85

Descripsi edidique *Vict. Hist. Somerset* I 344.

1308 ibidem rep., nunc Taunton in museo, pondera plumbea quattuor.

a	II	gramm 552.82
b	VI	311.85
c	S	163.01
d	III	77.96

Descripsi edidique *arch. journ.* XLIX 186, *Vict. Hist. Somerset* I 344.

1309 in castello Melandra (C. n. 178 cum add. supra p. 554) a. 1903 rep. pondera plumbea.

....	gr. 6.28	☾·	gr. 39.98
⊙	11.21	.˙.	59.16
·	15.61	∓ vel ı|ı	77.24
—	26.24	IIII	110.74
●	27.73	·÷·	121.176
··	34.3		
(*a tergo* · D)			

May *Derbyshire archaeol. journ.* XXV 168; Conway *Melandra Castle* p. 103. Ego non vidi.

LXXXII. Supellex ex auro et argento. C. p. 232. Eph. VII p. 348.

ad C. n. 1283. Fibula est aurea, eius formae, quam quarto saeculo plerumque attribuimus (Almgren *Fibelformen* tab. VIII fig. 190. 191); servari eam nunc audio a *Miss Rannie*, *Conheath, Dumfries;* imagines photographicas benigne misit W. Gilchrist Clarke. — Verba IOVI (sic potius quam IOV) AVG — i. e. *Iovi Aug(usto)* — et VOT XX arcum fibulae adornant nec quidquam deest; infra scariphatum est PORTO. — Edidi *arch. journal* L. 305.

ad C. n. 1285. Conteli edidique tabulis repetitis *County History of Northumberland* IX 29.

ad C. n. 1286. Contuli. Recte Brucius, nisi quod in fine pro ⁞⁞ est ⁞⁞. De hac lance in universum dixi *County Hist. of Northumb.* tom. X.

1310 patella argentea ornata, reperta, ut venditor affirmavit, *près de Douvres dans une propriété appelée Caspet*, *située aux environs de Hastings*, nunc Parisiis in museo. Locum dictum Caspet frustra quaesivi, venditor fortasse veram originem dedita opera obtexit.



in fundo extrinsecus scariphatum (v. 1 in gyrum)

NVM AVGVS DEO M | ROMVLVS CAMVLO
GENI FIL
POSVIT

Descripsit Hirschfeld. Héron de Villefosse *bulletin des antiquaires de France* 1888 p. 129, *Gazette archéol.* XIII chron. p. 4, adiecta tabula: inde ego repetita tabula *Arch. journ.* XLIX 183.

1311 cochlearia argentea, in cava parte scariphata. *a* Callevae a. 1901 rep., nunc Reading in museo, *b* Barbary prope Swindon *(Wiltshire)* olim rep.

a PRIMANI *b* ψERECV
NDON

a Descripsi. — Fortasse *Primani.*
b I. W. Brooke Marlburiensis descripsit, Goddard misit. — Est *Verecunda.*

LXXXIII. Supellex aenea. C. p. 233. Eph. III p. 145; VII p. 349.

1. Paterae, patellae, cacabi.

ad C. n. 1292. Vidi in museo Britannico.

ad C. 1293 *a b* contuli. Lego P CIPI POLVYIBI et P CIPI POLIB. *Arch. journ.* XLIX 228.

ad Eph. VII n. 1167. Vidi in museo Norvicensi; edidi cum tab. *proc. soc. antiq. Lond.* XVI 239.

ad Eph. VII n. 1168. Ex scheda quadam a. 1720—30 tabulam edidit R. S. Ferguson *Cumberland and Westm. arch. soc. trans.* XIII 164 et *proc. soc. ant. Newc.* VI 66.

ad Eph. VII n. 1162 (Dessau inscr. sel. 4636). Nomen dei Anextlomarum non Anextiomarum esse, collatis titulis Gallicis C. XIII 1165. 10010 124, *rev. epigraph.* IV 1902 p. 246 n. 1491 (Langres), contendit Mowat *bulletin hist. de la Mayenne* 1892 p. 175 et *proc. soc. antiq. Newcastle* V 186. Mihi et Arturo H. Smith, denuo collato aere, littera de qua ambigitur I potius esse visa est, sed L admitti posse videbatur (*arch. journ.* L 296).

1312 *a Luton* prope *Chatham* a. 1869 rep., nunc in museo Britannico: intus in fundo impressum.

b East Lothian (locus ipse ignoratur) olim rep. nunc Edinburgi in museo (FT 38): in manubrio impressum.

c Barochan prope *Paisley* a. 1886 rep.: in manubrio impressum.

d ex fluvio Witham prope Fiskerton — haud longe a Lindo — a. 1898 extractum, nunc Sheffield in museo: in manubrio impressum.

e f Lindi rep., Carlisle in museo servata: in manubrio litteris evanidis impressa.
g Callevae *(Silchester)* rep. a. 1900, Reading in museo servatum: in manubrio impressum, admodum evanidum.

a	AFRICANV//
b	CIPPO////
c	*cipi p*OLIBY
d	FLORVS·F
e	SCASDC//
f	MLN///
g	//AIAV...

a Vidi. H. Wickham *arch. Cant.* IX 174.
b Descripsi edidique *arch. journ.* L 305.
c Descripsi edidique *arch. journ.* XLIX 200. 228, *proc. soc. antiq. Lond.* XIII 344. D. Murray *transact. Glasgow archaeol. soc.* (nov. ser.) I 498 et I. W. Paton *Scottish National Memorials* (Glasg. 1890) p. 18, ediderunt, neuter recte.
d G. T. Harvey imaginem photographicam misit ediditque *proc. soc. antiq. Lond.* XVII 272; postea vidi ipse.
e, f Descripsi ut potui.
g Descripsi ut potui. Hope *Archaeologia* LVII 244 (sic: AVI..).

---

2. Fibulae.

1313 fibulae aeneae eius formae quae a nomine inscripto Aucissa appellatur: *a b* Charterhouse on Mendip prope metalla (supra p. 642) rep., nunc Bristol in museo; *c* Ham Hill in comitatu eodem Somerset rep., nunc Taunton in museo; *d* Cirencester rep., nunc ibi in museo Bathurstiano (Bravender Coll. M 488); *e* ibidem rep., nunc in museo Crippsiano; *f* Mildenhall prope praedium Folly Farm, ubi videtur fuisse Cunetio mansio viae Isca Callevam (it. Ant. p. 486) rep., nunc Marlborough penes Ios. W. Brooke; *g* Avebury rep. a. 1911; *h i* prope South Ferriby in litore meridionali aestuarii Humber, nunc Hull in museo.

e f g i AVCISSA   *c* AVCIƧƧA   *a* AVCISS vel AVɑSS

h IIIAVCISSA   *b* IIIAVCISS

Descripsi *a—e h i.* *a b* edidi *arch. journ.* LX 240, *Vict. Hist. Somerset* I 344, adiectis tabulis; *c* edidi ibid. I 296, Gray *proc. soc. antiq. Lond.* XXI 131; *d, e* edidi *arch. journ.* LXII 265; *f* misit Brooke; *g* misit Gray; *h i* edidi *arch. journ.* LXII 266 cum tab., Th. Sheppard *Hull Museum Publications* XXVIII item cum tab.

Fibulas Aucissae a. 1905 notas composui *Archaeological journal* LX p. 237 seq., LXII p. 265, easdem fere edid. Bohn Corp. XIII 10027, 107. Adde exemplum ineditum circa a. 1887 Romae ex Tiberi extractum, nunc penes Arthurum Evans adservatum.

Fibulae hae similesque (nam passim reperiuntur similes non inscriptae) priori parti saeculi p. Chr. primi videntur adtribuendae esse; cf. quae exposuimus C. Schumacher *Westd. Korr.-Bl.* 1895 p. 26, ego *Archaeol. journ.* LX p. 242. Cur eas Abramić *oesterr. Jahreshefte* XII append. p. 93 aetati Flaviorum, Brizio *Ausonia* III p. 49 saeculo p. Chr. secundo attribuant, non intellego. In Britannia certe in iis potissimum regionibus reperiuntur, quas Romani ante Flaviorum tempora sibi subiecerunt; desiderantur Corstopiti, Trimontii, in tota denique Scotia.

1314 Viroconii (*Wroxeter*, cf. supra p. 534) in balneis publicis a. 1860 rep. fibula in canis similitudinem facta, nunc Shrewsbury in museo.

FECIT

Vidi. Scarth *arch. journ.* XXI 131; Wright *Uriconium* p. 280 cum tabula; ego *Victoria Hist. Shropshire* I 250; ex Scarthio Watkin *arch. journ.* XXXVIII 295.

1315 Aquis Sulis in suburbio Walcot a. 1815 rep., fibula.

ꓶARRAS

Bath and Cheltenham Gazette 20. Nov. 1816, inde ego *Victoria Hist. Somerset* I 283.

Male omnino descripta.

---

3. Aera perforata.

1316 (*a* = C. n. 1290; *c* = Eph. VII n. 1161 p. 349)
lamellae aeneae rotundae, operis perforati: in medio aquila globo insistit, circa per gyrum litterae caelatae sunt.

a Bremenii (*High Rochester*, cf. supra p. 612) a 1852 effossa, nunc Alnwick Castle, diam. $2^5/_8$ dig. (non $3^5/_8$ dig.) i. e. cm. 6.7, integra.

b Callevae (*Silchester*) a. 1891 effossa, nunc Reading in museo, diam. 6.5 cm., fracta.

c Eburaci, nunc ibi in museo, frustulum.

d Corstopiti a. 1910 rep., frustulum.


a COHOPTIMBMAXIMB

b COHOPTIMBI...'MB

c M

d H.PTI

b



a contuli. Bruce *wall* ed. II 1853 p. 463, *proc. archaeol. Institute Newcastle meeting* (1858) I 148, lapid. n. 578, *catal. of antiquities at Alnwick Castle* (1880) n. 772, ubique adiecta imagine: hanc repetivimus ego *arch. journ.* XLIX 183, alibi alii.

b contuli edidique *arch. journ.* XLIX 182 adiecta imagine. G. E. Fox *Builder* 1892 m. Ian. p. 41 et *Archaeologia* LIII 268 cum eadem imagine.

c descripsi edidique Eph. l. c. Imaginem dedi *proc. soc. antiq. Newcastle* 1910 p. 225.

d descripsi edidique *arch. Ael.* 1911 p. 178 adiecta imagine.

Quintum exemplum, ceteris admodum simile (diam. cm. 6.5), prodiit a. 1910 in castello Zugmantel Germaniae superioris: huius imaginem optimam photographicam H. Iacobi mihi benignissime misit ediditque *Saalburg Jahrbuch* 1910 p. 49 tab. 8.

De lectione COH OPTIME MAXIME vix videtur dubitari posse, quamquam H certe in exemplis Callevensi (*b*) et Germanico aliquantum ad N litterae formam accedit, et hanc litteram vere intellegendam esse suadent aera quae sequuntur n. 1317; non recte Huebner in exemplo Bremeniensi (*a*) alteram E pro nota centuriae habuit. — In interpretatione haeremus; aquila et verba *optime maxime* aperte Iovem indicant: cetera cum obscura sint, placebit credo quod et Domaszewski *Röm.-germ. Korrespondenzblatt* III 9 et H. Iacobi coniecerunt, insuta esse haec aera balteis militum, fortasse una cum laminis similibus infra n. 1317 atque adeo cum eis unum titulum sive unius tituli partem effecisse: vide quae sequuntur.


1317 aeris perforati frustula, *a b c* Isurii Brigantum (*Aldborough*, cf. supra p. 561) reperta, nunc ibi penes A. Lawson; *d* Corstopiti rep. a. 1909.

a OMHI
VM

b M....
ANTI
VM

c AH
V

d OMNIA
VOS



a b c Descripsi. Imagines dedi *arch. Ael.* 1911 p. 178 cf. p. 179.
d Descripsi et edidi *arch. Ael.* 1911 p. 179, adiecta imagine p. 175.

Confer quae aut omnino eadem aut simillima in Germania Pannoniaque prodierunt haec: (1, 2) Zugmantel: NVME | RVM | OMNI | VM | et | MILIT | ... (Iacobi imagines photographicas misit, confer *Obergerm. raet. Limes*, *Kastell Zugmantel* p. 86 tab. X 51). — (3) Weingarten prope Euskirchen: NVME | RVM | OMNI | VM (*Bonner Jahrbücher* XLII 72, XC 29 adiecta imagine, C. XIII 10027. 225). — (4) Originis ignotae, fortasse Mogontiacensis, nunc Mainz in museo: MILIT | ANTI | VM (*Mainzer Zeitschrift* III 8 adiecta imagine). — (5) St Valentin, haud longe a confluentibus Aniso et Danuvio: MILITA | NTIV | M | (Abramić *oesterr. Jahreshefte*, *Beiblatt*, XII 113 adiecta tabula). — (6) Carnunti: RVM | OMNI | VM | (ibid. p. 115 item cum tabula).

Conicere possis, Iovem con(servatorem?) optimum maximum (vide inscriptionem quae praecedit) invocari, ut numerum omnium militantium, i. e. omnes milites, tueatur: Domaszewskius *numer(or)um omnium* proposuit. Quae in castello Zugmantel rep. sunt, saeculo tertio ineunti Iacobi *Saalburg Jahrbuch* 1910 p. 51 attribuit.

1318 fragmenta aeris perforati, *a* Devae in *Godstall Lane* a. 1898 rep., nunc ibi in museo (catal. n. 205); *b* Cilurni a. 1890; *c* Cilurni a. 1895 rep.

a VTER|*e*
FELI|*x*

b VTE|

c |VTER|

a Vidi. H. Taylor *proc. soc. antiq. Lond.* XVIII 93, R. Newstead *Chester archaeol. journ.* VIII 85 cum tabula.
b R. Blair *proc. soc. antiq. Newcastle* IV 291.
c Blair *ibid.* VII 234 (tab. p. XXXVI).

4. Supellex varia aenea et ferrea.

ad C. n. 1296. Galeam hanc, Camuloduni ut dicebatur repertam, post Franksium nemo in museo Britannico vidit aut memoravit; neque umquam eam ibi fuisse C. H. Read et R. A. Smith mihi testantur. Cum autem galea Eph. VII n. 1166, Verulamii reperta, sed Camuloduni in museo (ac quidem iam Huebneri temporibus) servata, ab Huebnero omissa sit, paene certum videtur aut Franksium aut Huebnerum memoria lapsum esse. De lectione vide infra ad Eph. VII n. 1166.

ad Eph. III p. 146 n. 134. Manubrium hoc gladii, iam in museo Britannico servatum, aevi Saxonici esse, litteris *Leofric me fecit* inscriptum, vidit Romilly Allen *Illustrated Archaeologist* m. Iul. a. 1899.

ad Eph. VII p. 349 n. 1166. Galeam Camuloduni servatam contulimus ego et G. L. Cheesman. Legimus:

PP▨·PAPIRI

Utrum post PP littera una perierit an spatium unius litterae vacuum relictum sit, incertum est, sed legi potest *p(rimi) p(ili) Papiri.*

1319 Londini circa a. 1850 rep., olim penes C. R. Smith, nunc in museo Britannico, prora parva aenea, litteris retrogradis.

AJJIMMA
XIJƎꟻ·ƆVA

Contuli. Prorae figuram, omisso titulo, Smith *Illustrations of Roman London* p. 75 et *Museum of Roman London* tab. III dedit; litteras primus deprehendit legitque C. H. Read *proc. soc. antiq. Lond.* XVI 306 adiecta tabula.

Ammilla Felix Aug(usta). Nomen navis ut videtur.

1320—1328 *Newstead* (cf. supra p. 617) rep., in foveis puteisque prope castellum meridiem versus, a. praecipue 1906, arma instrumentaque militaria tam aenea quam ferrea, litteris scariphatis aut punctim incisis aut impressis. Quae una in iisdem puteis prodierunt, Curle saeculo primo non sine ratione tribuit.

1320 in casside equestri aenea, anaglyphis exornata, a tergo punctim scriptum.

V E Ŧ I · T · G E S

Vidi. Curle p. 167.

Equitis nomen incertum est; deinde *t(urma) Ges(sii).*

1321 in laminis novem aeneis levigatis, diam. 10—11 cm. quarum octo rotundae sunt, nona speciem cordis praebet, scariphatum

in sex DOMIITI
ATTICI

in una DMIITI
ATTICI

in una DOMIITI
ATICI

in una DOMIITI

Vidi. Curle tab. XXXI p. 174.

Laminae hae, phaleris et numero et magnitudine similes, fortasse a Romanis loco phalerarum nonnunquam usurpabantur.

1322 in rebus quattuor aeneis incerti usus — fortasse umeralia erant — nomina scariphata, numeri punctim scripti.

a XIISIINIICIONIS

b XIISIINIICIONIS

c XIISIINIICIONIS

d CRIISCIIS
XVSIINIICIO

Vidi. Curle p. 177.

Nomina sunt *Senecio* et *Cresce(n)s;* numeri quid sibi velint nescio.

c super XII et primam sequentis vocabuli litteram alius numerus scariphari coeptus (XV).

1323 in aeneo lebete punctim scriptum.

TVRM CRISPI
NIGRI

Vidi. Curle p. 274.

1324[a] in catino aeneo, extrinsecus in fundo scariphatum.

LVCANV

ILVCANI

Curle et ego descripsimus; ille edid. p. 274.

1324[b] in catino aeneo

in margine punctim scriptum ↄ S ∩
in latere scariphatum A ✱

Vidi. Curle edid. p. 274.

1325 in fundo poculi aenei,

MAXIMV

Vidi. Curle p. 129. 275 fig. 37, 4 (p. 274).
Loco X litterae scriptor primo Λ dederat.

1326 in capite dolabrae ferreae impressum.

ATTICVS

Vidi. Curle p. 279 (p. 120 omisit): lectio dubia est.

1327 in capite securis ferreae *a* impressum, *b* punctim scriptum.

a L·G·R
b ↄ BARRI
COMPITALICI

Vidi. Curle p. 283 (p. 120 omisit).
b v. 1 Λ, 2 P incertae sunt.

1328 in cuspide ferrea punctim scriptum.

ʃIVN
BA

Vidi. Curle p. 188.
Fortasse: *(centuria) Iun(ii) Ba(ssi).*

1329 *Barhill* (cf. supra p. 625) effossionibus a. 1905 rep., mallei ferrei caput, in quo scariphatum

>IIBVTI

Descripsi. Macdonald et Park (cf. supra l. c.) p. 114.
Intellege: *(centuria) Ebuti.*

LXXXIV. Anuli. C. p. 234. Eph. III p. 146, IV p. 211, VII p. 350.

ad C. n. 1299. Contuli anulum in museo Britannico adservatum adiuvante Franksio; lege sic:

MATR
VM C◦
C◦AE

Dixi de anulo *arch. journ.* L 303, de toto thesauro, cuius partem faciebat, *County Hist. of Northumberland* IX 26—32.

ad C. n. 1300. Contuli anulum penes ducem Northumberlandiae in Alnwick castle. Prodiit primum *arch. journ.* VII 191 adiecta imagine. Brucius edid. lapid. n. 655, in catalogo Alnwickensi neglexit.

ad C. n. 1301 cf. infra ad n. 1330.

ad C. n. 1305 cf. Eph. VII n. 1171. Edidi denuo *Bristol and Gloucestershire archaeol. trans.* XIII 203.

1330 anulus aureus hendecagonus, ad *Birchington* in insula Thanet repertus (ante a. 1850), possidebat Powell; ego frustra quaesivi.

FIDES CONSTANI

Literary Gazette Sept. 1860 p. 166 ex ephemeride aliqua Cantiana; inde Mowat *mém. de la soc. des antiquaires de France* L 1889 p. 336. Repetivi *arch. journal* L 282.

Similem anulum prope Norwich repertum (C. n. 1301), iam ibi in museo servatum, sic descripsi et edidi *Victoria Hist. Norfolk* I 311:

C|O|N|S|T|V|N|T|FI|D|ES

Alios similes in Gallia et Germania repertos habes C. XIII 10024, 29 (sed in his omnibus est FIDEM CONSTANTINO).

1331 Callevae rep., nunc Reading in museo, anulus argenteus.

circa caput rude
IVL BELLATOR VIVAS

Descripsimus, evanidum sane, C. Oman et ego. Edidi *Victoria Hist. Hampshire* I 284.

1332 Corstopiti a. 1907 rep., anulus argenteus.

SVO
CES

Vidi. Woolley *arch. Ael.* 1908 p. 268.

Cave ne recens sit.

1333 Cirencestriae rep., anulus ferreus.

equus
MA
Ⅎ

I. H. Middleton descripsit, inde edidi *arch. journ.* XLVII 186.

1334 *Kilbride* in comitatu Lanark, haud ita longe a Glasgow, anulus ante a. 1711 e tumulo erutus; in pala incisum erat:

VTERE
FE|LIX

R. Sibbald tractatus varii, miscell. quaedam eruditae antiquitatis (Edinb. 1711) p. 110 tab. II 6. Est puto C. n. 1327.

1335 Callevae a. 1908 rep., nunc Reading in museo, anulus argenteus.

* ƧΛVIV *
caput

Descripsi.

LXXXV. Signacula medicorum oculariorum. C. p. 235. Eph. III p. 147.

ad C. n. 1318 (= Corp. XIII 10021, 175). Lapis periit, ectypa penes societatem antiq. Lond. servata contuli, inde corrige: *a* 1 — THALASSER — *c* 1 DIOXVM — *d* 1 PHOEBVMADQV. Edidi *Victoria Hist. Somerset* I 283.

1336 Cirencestriae rep. a. 1900, lapis schistos viridis, nunc ibi in museo Crippsiano.

a ATTICI·COL·LY·R·TVRINVM
ADOMNES·DoL₀RES·EX·OVOF

b ATTICI·LENE·ADOMNES·DOLo
RESPOST·IMPETVM LIPPITV·

c ATTICI·DIAGLAVCAEVM
AD OMNES DOLORES·F·

d AT·TICI COL·LYR·MELI·Q
NVM AD ASPRITVDIN·F

Contuli. Cripps descripsit et misit. Corp. XIII 10021, 218.
d 2 fin. F non certa.

Asiana — et Asiana sine dubio fuit illa — nomen Romanum sibi imponere potuit (fortasse in locum nominis Carici vel Phrygii, quod a parentibus acceperat). Conferri potest aequalis eius Scribonius, nepotem Mithridatis Eupatoris se ferens (Dio 54, 24). Femina non vulgaris fuerit necesse est, marito Pythodoro digna, — fortasse reparatio bonorum Pythodori ei ex parte debetur —, si quidem filia, regina facta, φιλομήτωρ appellari voluit. Hoc ipsum plane obstat coniecturae Mommsenianae; nam Pythodoridem φιλομήτορα dici voluisse in honorem eius matris quam vix oculis viderat, amisit enim eam, si Mommsenum audimus, ante annum 724, nata non ante a. 721, paene absurdum est credere.

Sed iam veniamus ad Pythodoridem iuniorem, notam ut iam indicavi ex titulis duobus Thracicis. Eorum alterum, Bizyae (Viza) in parte Thraciae Byzantio et Ponto Euxino vicina a Mordtmanno descriptum, primus edidit Mommsen eph. ep. II p. 256[1]):

θεῷ ἁγίῳ ὑψίστῳ
ὑπὲρ τῆς Ῥοιμη-
τάλκου καὶ Πυθο-
δωρίδος ἐκ τοῦ κα-
τὰ τὸν Κοιλα[λ]ητικὸν
πόλεμον κινδύνου
σωτηρίας εὐξάμενος
καὶ ἐπιτυχὼν Γάιος
Ἰούλιος Πρόκ[λ]ος χαρι-
στ[ήρι]ον.

Exposuit Mommsenus, Rhoemetalcen memoratum vv. 2. 3 esse regem eius nominis inter reges Thraciae secundum, filium Rhescuporidis, qui damnato et occiso patre a. p. Chr. 19 partem Thraciae ab eo possessam permissu Tiberii obtinuit (Tac. ann. 2, 67) — pater Cotyi fratris filio insidias struxerat vitamque ademerat, propterea ille a senatu damnatus, mox mori adactus, ipse insons iudicatus ideoque in regnum admissus; titulum autem positum esse a. p. C. 21, quo Coelaletae Odrysaeque et Dii adversus Rhoemetalcen arma sumpsere (Tac. ann. 3, 38); apparet hunc esse τὸν Κοιλαλητικὸν πόλεμον memoratum vv. 5. 6. Pythodoridem autem memoratam una cum Rhoemetalce vv. 3. 4 statuit Mommsenus esse reginam Ponti, de qua supra egimus; nempe eius filia, nomine Tryphaena, uxor erat Cotyis anno 19 occisi; nihil 'obstare quominus Pythodoris eo tempore ex Ponto in Thraciam profecta sit ad filiam caede mariti afflictam nepotesque parvulos visendos'. Sed caeso Cotye uxor Romam properaverat[2]) ut caedem mariti ulcisceretur (Tac. a. 2, 67); filii Cotyis Romae educabantur (cf. Mommsen l. c. p. 257 not. 1); et si vere umquam in Thraciam profecta est anus Pythodoris, sine dubio non ad Rhoemetalcen generi sui occisi consobrinum se contulit, sed commorata est in ea parte Thraciae, quae Cotyis aliquando fuerat et iam

---

[1]) Repetiverunt, ex Mommseni editione omnes, G. Perrot *mémoires d'archéologie* (1875) p. 451; A. Dumont *inscriptions de la Thrace* p. 31 n. 62[c] (= *mél. d'archéologie* ed. Homolle p. 377 n. 62[e]), ubi minus accurate ut videtur collocatur Kirkkilisse, qui locus distat a Bizya aliquantum Hadrianopolim versus; Dittenberger Orient. Graec. inscr. sel. n. 378; Cagnat inscr. Graec. ad res Rom. pert. I 777, ubi errore adscribitur Selymbriae.

[2]) Recte hoc iam monuit Seure *Revue des études anciennes* 1904 p. 216 not. 3.

ad Cotyis liberos pertinebat; plane mirum esset, si una cum hoc Rhoemetalce a. 21, id quod voluit Mommsen, Philippopoli obsidionem perpessa esset. — Multo probabilius est, hanc Pythodoridem uxorem esse Rhoemetalcae praeterea ignotam. Rem decidit fragmentum inscriptionis repertum Apolloniae (Sozopoli) in ora Thraciae Pontica, editum a Seure *Revue des études anciennes* 6, 1904 p. 214 et a Kalinka *antike Denkmäler in Bulgarien* n. 157[1]), et ab hoc ita suppletum[2]):

1 [Ἀπόλλ]ωνι Ἰητρ[ῶ]
2 [ὑπὲρ τῆ]ς Ῥοιμ[η]-
3 [τάλκου], βασιλ[έ]-
4 [ως Κότ]υος κα[ὶ]
5 [βασιλ]έως Ῥο[ι]-
6 [μητά]λκου υἱω-
7 [νοῦ, κ]αὶ Πυθο[δω]-
8 [ρίδος, β]ασιλέω[ς]
9 [Ῥοιμητ]άλκου [καὶ]
10 [βασιλέ]ως Πολ[έ]-
11 [μωνο]ς θυγατ[ρι]-
12 [δῆς, ὑ]γίας καὶ σ[ω]-
13 [τηρία]ς εὐξάμ[ενος]
14 . . Λ]ούκιος . . . .
15 . . . ρηνων.

Apparet Rhoemetalcen matrimonio sibi iunxisse Pythodoridem aliquam, filiam nempe Cotyis consobrini, quae per patrem fuit neptis Rhoemetalcae regis Thracici (v. 8. 9), per matrem Tryphaenam neptis Polemonis regis Pontici (v. 10. 11); nomen puellae inditum erat aviae maternae[3]). — Cf. stemma p. 704.

---

[1]) Apographa duo non differunt, nisi quod Seure paucas litteras initio vel fine nonnullorum versuum a Kalinka enotatas (v. 3 fin. Λ, v. 6 fin. Ω, v. 9 in Λ, v. 10 in. Ω, v. 11 in. Σ) omisit.

[2]) Seure vv. 2—4 dedit sic:

2 [ὑπὲρ τῆ]ς Ῥοιμ[η-
3 [τάλκου, υἱοῦ] βασι-
4 [λέως Κότ]υος κτλ.,

vv. 8—12 autem sic:

8 . . β]ασιλέω[ς
9 [Ῥοιμητά]λκου
10 [γυναικό]ς, Πολ[έ-
11 [μωνος δὲ] θυγατ-
12 [ρός, ὑγ]ίας κτλ.

ubi non solum neglectae sunt litterarum Ω (v. 10) et Σ (v. 11) reliquiae a Kalinka enotatae, sed sublata omnis concinnitas in restitutione Kalinkae optime servata, praeterea male qui v. 2 dicitur nude Rhoemetalces, vv. 8. 9 dicitur βασιλεὺς Ῥοιμητάλκας.

[3]) Agi de Pythodoride aliqua iuniore recte viderunt Seure et Kalinka, sed non viderunt maritum eius fuisse Rhoemetalcen eius nominis inter reges Thraciae secundum (Rhescuporidis filium), propterea potissimum quod nondum cognito titulo Bizyensi infra (p. 696) relato credere non potuerunt vel credere noluerunt, hunc fuisse nepotem regis Cotyis et regis Rhoemetalcae.

Idem autem titulus de ipsius Rhoemetalcae origine complura docet nova, quae melius elucent ex titulo Bizyensi ad eum pertinente, quem edidit Hasluck *Annual of the British School at Athens* 12, 1905/6 p. 175:

[Ἀπόλλ]ωνι Πα-
[κτυ]ηνῷ ἀνέ-
[θηκε]ν Ἀπολλώνι-
[ος Ἐ]πταικένθου,
[γενόμε]νος στρατη-
[γὸς τ]ῶν περὶ Ἀγχ-
[ίαλο]ν τόπων ἐπ[ὶ]
[Ῥοι]μητάλκου Θρα-
[κῶ]ν δυνάστου,
[βα]σιλέως Κότ[υ]-
[ος] υἱωνοῦ κα[ὶ]
[β]ασιλέως
Ῥοιμητάλκου
θυγατριδοῦ,
Ῥησκουπόρε-
ως δὲ Θρακῶν
δυνάστου υἱ-
οῦ.

Fuit igitur Rhoemetalces hic de quo agimus nepos per patrem regis Cotyis, per matrem regis Rhoemetalcae prioris. Eum Rhoemetalcen patruum eius fuisse notum erat, fratres enim erant Rhoemetalces prior Thraciae rex et Rhescuporis pater Rhoemetalcae iunioris; iam videmus Rhescuporidem in matrimonio habuisse filiam Rhoemetalcae fratris maioris et ex hac genuisse Rhoemetalcen iuniorem (vide stemma p. 704). Non minus autem novum, avum paternum Rhoemetalcae iunioris, patrem Rhoemetalcae senioris et Rhescuporidis, fuisse Cotyn. Hoc cum contrarium sit opinioni a Mommseno stabilitae, patrem Rhoemetalcae et Rhescuporidis fuisse Sadalan (eph. epigr. II p. 254. 255. 262), de ea re ex integro dicendum.

II. REGES THRACIAE QVI FVERINT IMPERANTE AVGVSTO.

Inter reges Thraciae aetatis Augusti notissimus est Rhoemetalces, bello Pannonico a. p. Chr. 6 una cum Rhescuporide fratre Romanorum adiutor, Dio 55, 30, Vell. 2, 112, 4, universae Thraciae rex (*omnem eam nationem Rhoemetalces tenuerat* Tac. ann. 2, 64), pater Cotyis, celebrati carminibus Ovidii ex P. 2, 9) et Antipatri Thessalonicensis. Defuncto eo inter annos p. Chr. 6 et 14[1]) regnum Thraciae divisum inter Cotyn filium et Rhescuporidem fratrem. Quomodo Rhescuporis fratris filium regno et vita privaverit, mox ipse iussu Tiberii ad mortem adactus (a. p. Chr. 19), non huius loci est enarrare. Rhes-

[1]) In vivis videtur fuisse cum Ovidius scriberet epistulam ex Ponto 1, 8 (v. 21 seq.), mortuus erat, cum idem scriberet epistulam 2, 9. Cf. v. Premerstein *Jahreshefte des oesterr. arch. Inst.* I 1898 *Beibl.* p. 181 not. 5.

cuporidem in matrimonio habuisse filiam Rhoematalcae fratris maioris ex duobus titulis Thracicis apparet, ut iam supra monui; filius Rhescuporidis, successor postea eius, nomen habuit Rhoemetalcae, a patruo eodemque ut iam scimus avo materno. Ex iisdem titulis colligitur Rhoemetalcen priorem et Rhescuporidem filios fuisse regis alicuius Cotyis, de qua re postea dicendum erit.

Fratres hi regii Rhoemetalces et Rhescuporis non ad veterem Thracum regiam stirpem pertinebant, quae gentis fuerat Odrysarum, sed oriundos eos fuisse ex gente Sapaeorum, qui partem quandam Thraciae Macedoniae vicinam, ab Abdera fere usque ad Philippos incolebant, indicat Strabo, qui Cotyn Rhoemetalcae filium appellat Σαπαῖον (Strabo XII p. 556); quod nullo modo debuit sollicitari[1]). Potentia et splendor stirpis huius Sapaeae originem habuit bello Philippensi. Eo tempore reguli Sapaeorum erant fratres duo, Rhescuporis et Rhascus, teste Appiano b. c. 4, 87. Ex his qui natu maior videtur fuisse, Rhescuporis, iam anno 706 Pompeium contra Caesarem adiuverat missis equitibus non plus ducentis[2]); nam vires Thraciae tunc erant penes Cotyn filiumque eius Sadalan, ex vetere stirpe regia Odrysarum ut videtur, qui et ipsi partes Pompeii secuti erant (Caes. b. c. 3, 4. 36; Lucan. 5, 54; Dio 41, 51. 63). Anno autem 712, cum Sadalas decessisset aut nullo aut parvulo filio relicto, de qua re dicam infra, et Brutus regnum eius occuparet, Rhescuporis auxilium ei tulit contra Bessos (Dio 47, 25); scilicet Bessi, defuncto Sadala, incursionem fecisse putandi sunt, ut solebant, in territorium Odrysarum. Deinde appropinquante Antonio, Rhescuporis cum tribus milibus equitum Bruto et Cassio se adiunxit iisque ducem se praebuit per invia litoris Thraciae et per ipsos montes Sapaeorum (Appian. b. c. 4, 87. 103 seq.); eodem autem fere tempore Rhascus frater, et ipse cum equitum tribus milibus, ad Antonium se contulerat, sive quod re vera a fratre dissentiebat, sive eo consilio, ut, si victi essent Brutus et Cassius, fratri a victoribus veniam impetraret. Quod ita evenisse narrat Appianus b. c. 4, 136; Dio autem narrat (47, 48), Rhescuporim iam ante extremum discrimen Brutum reliquisse. — Omnino eo anno stirps haec Sapaea vires suas exercuerat Romanisque monstraverat; iamque aspirare potuit ad regnum Thraciae universae.

Sed redeamus ad Rhoemetalcen, ut originem et initia eius indagemus. Memoratur Rhoemetalces, idem sine dubio qui bello Pannonico Romanos adiuvit, multis annis ante bellum Pannonicum, a Dione, qui 54, 20 narrat, anno 738 M. Lollium Rhoemetalcae θείῳ τε τῶν τοῦ Κότυος παίδων καὶ ἐπιτρόπῳ ὄντι auxilium tulisse contra Bessos, item paullo post (54, 34), anno 743 Rhescuporim Cotyis filium a Besso quodam rebelli victum et occisum, deinde etiam Rhoemetalcen Rhescuporidis θεῖον a Bessis pulsum esse, donec rursus Romani subvenirent.

---

[1]) Sollicitavit verba Strabonis Mommsenus eph. epigr. II p. 251 not. 1 ('fieri potest, ut auctor scripserit Κότυι τῷ Σαδάλα'), infelici temptamine; nam Cotys is, de quo verba facit Strabo, non Sadalae filius fuit, sed Rhoemetalcae.

[2]) Caes. b. c. 3, 4: *ex Macedonia CC erant, quibus Rhascipolis praeerat.* Lucan. 5, 55: *gelidae dominus Rhascypolis orae.* Eundem esse cum Rhescuporide memorato anno 712 dudum viderunt omnes. Apparet Graecos et Romanos scriptores nomen Thracicum sibi ignotum primo quidem linguae Graecae accommodavisse, procedente demum tempore formam genuinam vel certe verae propiorem admisisse. Quod Macedo dicitur a Caesare, de ea re cf. Mommsen eph. ep. II p. 252 not. 3.

Cotys ille, defunctus ut videtur paullo ante annum 738, cuius liberis parvulis regnum Thraciae servabatur, praeterea neque a Dione neque ab alio ullo scriptore memoratur. Sed videtur ille fuisse ex vetere regum Thraciae stirpe — Odrysas ad regnum eius pertinuisse ipsae incursiones Bessorum a. 738 et 743 factae indicant —, fortasse, ut coniecit Mommsen, Sadalae defuncti anno 712 filius; scilicet idem Cotys rex, qui parentibus regi Sadalae et reginae Polemocratiae Bizye, in vetere sede regum Thraciae stirpis Odrysiae[1]), monumentum fecit ita inscriptum:

βασιλεὺς Κότυς βασιλέα Σαδάλαν
καὶ βασίλισσαν Πολεμοκράτειαν
τοὺς ἑαυτοῦ γονεῖς
θεοῖς πατρῴοις[2]).

Mater autem Polemocratia non diversa videtur fuisse ab eiusdem nominis femina, quae a. 712, occiso marito, e regio genere Thracum[3]), filium parvulum cum thesauris regiis ad Brutum adtulit, teste Appiano b. c. 4, 75; regius infans a Bruto Cyzici sepositus, donec adulesceret et in regnum reduceretur, thesauri a Bruto in suum usum conversi (Appian. l. c.). Haec fere Mommsenus (eph. ep. II p. 251 seq.), recte ut mihi videtur[4]). Sane offendit aliquantum, quod Appianus nomen mariti Polemocratiae non posuit; Dionem autem 47, 25 erravisse apparet, cum dicit, Sadalan sine liberis defunctum esse, cum dicere debuerit eum defunctum esse non relicto nisi parvulo filio. Sed multo probabilius est, errorem huius generis admittere in Dione, quam credere, duos reges Thraciae eodem tempore, paullo ante bellum Philippense, defunctos esse, alterum omnino sine liberis, alterum relicto uno parvulo filio, et utrique hereditati Brutum se immiscuisse; praeterea uno fere eodemque tempore duas feminas regias fuisse in Thracia nominis praeterea inauditi, quale est Polemocratia, nam titulus Bizyensis a filio Polemocratiae positus non multo antiquior nec multo recentior esse potest quam prima Augusti tempora. (Non est recentior, propterea quod inde a Rhoemetalce, Augusti aequali, novimus Thraciae reges omnes, neque ullus inter eos adest Cotys Sadalae filius; antiquior autem non est, quod in tanta raritate titulorum Graecorum Thraciae mediterraneae Augusto antiquiorum[5]), ab-

[1]) Plin. h. n. 4, 47: *intus Bizye arx regum Thraciae a Terei nefasto invisa hirundinibus* (cf. ib. 10, 70). Odrysas indicat mentio Terei (cf. Thucyd. 2, 29). — Astae, quibus Bizyen attribuit Strabo VII fr. 48, videntur fuisse portio non minima Odrysarum, cf. Tomaschek *die alten Thraker* (Sitzungsber. Akad. Wien 1893) p. 81.

[2]) Mommsen eph. ep. II p. 252 ex Rangabé, adhibito praeterea apographo Mordtmanni. Perrot *mémoires d'archéologie* p. 215 descriptam a. 1861 a Carolo Tissot, egregiae memoriae viro, tunc Hadrianopoli degente (v. 1 fin. ΣΑΔΑΛΑΝ Tissot, ΣΑΔΑΛΑ Rangabé). Repetiverunt Dumont *inscr. de la Thrace* p. 30 n. 62ª; Cagnat inscr. Graec. ad res Rom. pert. I 775.

[3]) Πολεμοκρατία, γυνή τινος τῶν βασιλικῶν (sic codices Graeci Appiani; τῶν βασιλίσκων Schweighäuser, fortasse recte; 'reguli cuiusdam uxor' vetus translatio Candidi).

[4]) In eandem coniecturam iam paullo ante Mommsenum inciderat G. Perrot *deux inscriptions de Thrace (Bulletin des antiquaires de France 1868 = mémoires d'archéologie*, Paris 1875, p. 213 seq.); quae commentatio Mommseno et plerisque aliis ignota manserat.

[5]) Recte hoc monuit Perrot *mémoires d'archéologie* p. 216, neglexit qui Mommseno oblocutus est Crowfoot *Journal of hellenic studies* 17, 1897 p. 324, qui titulum Bizyensem rettulit ad tempora Sullae.

surdum est credere, antiquioribus temporibus a rege Thraciae monumentum parentium titulo Graeco exornatum esse. Omnino quisquis ille fuit Cotys Sadalae filius tituli Bizyensis supra relati, Graecis moribus imbutus erat, ut esse debuit Polemocratiae filius inde ab anno 712 Cyzici educatus.) — Sed si recte vidit Mommsen, Cotyn memoratum a Dione 54, 20 et 54, 34, defunctum paullo ante annum 738, fuisse Sadalae defuncti anno 712 filium, in eo erravit (cum plerisque prioribus) quod Rhoemetalcen, iisdem locis a Dione memoratum, statuit Cotyis illius fuisse fratrem (filium igitur Sadalae; ut tertius filius Sadalae fuerit Rhescuporis, cf. Mommsen eph. II p. 254. 255. 261). Si vere Cotyis defuncti paullo ante annum 738 Rhoemetalces fuit frater, non oportuit ille a Dione 54, 20 induci ut liberorum Cotyis θεῖος καὶ ἐπίτροπος, sed ut Cotyis frater; similiter mirum, a Dione 54, 34 Rhoemetalcen appellari Rhescuporidis θεῖον, non Cotyis, cuius nomen praecessit, fratrem. Apparet agi de tutore extraneo, et Rhoemetalcen liberorum Cotyis non patruum fuisse, sed avunculum[1]). Cotys ille, veterum Thraciae regum, ut exposui, suboles, in matrimonio habuerat sororem Rhoemetalcae[2]). Cum antiqua stirpe regum Thraciae affinitatem contraxerant reguli Sapaeorum, data ei in matrimonium sorore Rhoemetalcae, non plane eodem sed simili modo quo Herodes Idumaeus se coniunxerat cum vetere stirpe regum Iudaeae. Cotyis huius stirps (certe stirps virilis) desiit in Rhescuporide occiso a. 743; reliqui eius liberi (nam complures fuisse indicat Dio 54, 20) si masculi fuerunt, vide ne tutela avunculi iis exitiosa fuerit.

Iam huius Rhoemetalcae, qui bello Pannonico a. p. Chr. 6 Romanos adiuvit quemque vidimus a. u. c. 738 tutorem fuisse (non patruum) filiorum parvulorum Cotyis regis Thraciae, etiam antiquior extat memoria. Hic enim est Rhoemetalces quem Plutarchus (apophthegm. Caes. Aug. 2 p. 207 A cf. vit. Romul. 17) narrat ab Antonio ad Caesarem Octavianum transiisse (anno u. c. 723). Non obstat quod Rhoemetalces Plutarcho dicitur ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεύς, ad quem a. u. c. 723 pars tantum Thraciae pertinebat et qui postea demum factus est rex Thraciae universae. Ac fortasse a. u. c. 723 Rhoemetalces ne Sapaeorum quidem fuit rex, vivo etiamtum patre eius, de quo infra dicetur. Iussu patris copias regni Sapaeorum potest adduxisse ad Antonium in Graeciam, similiter ut anno 706 Sadalas, Cotyis Odrysae filius, equitatum patris duxerat ad Pompeium[3]). Sed sic quoque a Plutarcho, non historiam illo loco enarrante sed memorabilia

---

[1]) θεῖος vocabulum sine ullo discrimine modo patruum significat, modo avunculum. Apud ipsum Dionem avunculi notione adhibetur 47, 6, 3; 8, 5, quos locos ex indice Dionis quem parat mihi communicavit amicus Boissevain.

[2]) Etiam alia obstant quominus credamus Mommseno, Rhoemetalcen et Rhescuporim fratres fuisse Cotyis, filios Sadalae et Polemocratiae. Ipse Mommsenus statuere debuit, Polemocratiam non cum filio parvulo, ut ait Appianus, sed cum tribus filiis parvulis ad Brutum confugisse. Sane parvi intererat, utrum cum uno an cum tribus filiis parvulis mulier domo et regno eiecta esset; sed puto neque fama, quae res in maius augere solet, neque ulla scriptorum incuria Polemocratiae partem filiorum abstulisset. Sed hoc parvum. Maioris momenti est, quod Sadalae nomen in domo regia Thraciae aetatis imperatoriae non fuit usitatum; quod certe plus semel rediret, si ii reges omnes orti essent a Sadala aliquo, et ipso Sadalae nepote, ut fuit Sadalas defunctus a. 712 (monuit iam Crowfoot *Journal of hell. stud.* 17, 1897 p. 324).

[3]) Caes. b. c. 3, 4.

varia colligente, rex Thracum dici potuit filius regis Sapaeorum, heres regni paterni, aliquando futurus rex universae Thraciae. Tempora autem optime congruunt. Quodsi Rhoemetalces adulescens viginti vel viginti quattuor annorum a. u. c. 723 equites Thraces duxit in Graeciam, sexagenarius vel etiam sexagenario minor fuit, cum bello Pannonico a. p. Chr. 6 interesset; paullo post decessit.

Huius autem Rhoemetalcae, cuius vitam inde ab anno pugnae Actiacae usque ad extrema tempora Augusti iam habemus exploratam, fratrisque eius Rhescuporidis pater fuit, ut iam saepius monui, Cotys quidam rex, testibus duobus titulis Thracicis allatis supra p. 695. 696, in quibus Rhescuporidis filius, Rhoemetalces iunior, appellatur βασιλέως Κότυος υἱωνός. Cotys hic, diversus ab eo de quo supra diximus, Sadalae filio, Sapaeus, apud scriptores non memoratur, sed notus est nisi fallor inscriptionibus nummisque. Bizye, quod oppidum iam saepe memoravi, nuper prodiit titulus hic:

[β]ασιλέα Κό[τυ]ν βασιλέως Ῥησκουπόρεως υἱ[όν]
Ῥωμαῖοι οἱ πρώτως κατακληθέντες εἰς
κῆνσον, ἑατῶν θεόν.

(Hasluck *Annual of the British School at Athens* 12, 1905/6 p. 178). Titulus hic, propter complures causas memorabilis (cf. infra p. 702 not. 2), aperte scriptus est primis aevi imperatorii temporibus, vel potius ineunte Augusti principatu; nam inde a Rhoemetalce, Augusti aequali, reges Thraciae novimus omnes vel certe reges Thraciae potiores, neque ullus inter eos est Cotys Rhescuporidis regis filius (regem magnae partis Thraciae, non regulum alicuius gentis Thracicae eum fuisse apparet, quem Romani in Thracia degentes appellaverint ἑατῶν θεόν). — Deinde ad eundem regem Cotyn patremque eius regem Rhescuporidem pertinent duo hi tituli arcis Athenarum dudum noti (C. I. Att. 3, 552. 553; priorem delineavit E. Loewy *Inschriften griechischer Bildhauer* p. 224 n. 314, qui p. 215 litteras iudicat aetatis Augusti vel non multum antiquioris):

1.

βασιλέα Ῥασκούποριν Κότυος
ἀρετῆς ἕνεκεν τῆς εἰς ἑατόν . . . .
Ἀντίγνωτος ἐπό[η]σε[ν].

2.

ὁ δῆμος
βασιλέα Κοῦτυν βασιλέος
Ῥαισκουπόριδος ὑόν, ἀρετῆς
ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτόν.
Ἀντίγνωτος ἐποίησεν [1]).

[1]) In eodem lapide dudum deperdito extabat titulus Paulli Fabii Maximi C. I. Att. 3, 588, titulo Cotyis nisi fallor aliquot annis recentior. A. 743, quo consulatum gessit Paullus Fabius Maximus, Cotys ille Rhescuporidis filius iam dudum defunctus erat, certe a. 738 tutelam liberorum alterius Cotyis, Sadalae filii, non ille gerebat, sed Rhoemetalces filius (Dio 54, 20). Ceterum Paullus Fabius Maximus advixit usque ad annum 767 (Prosopogr. imp. Rom. II p. 49); praeterea non multi anni intercesserint necesse est inter statuam Cotyi positam et basim in alios usus conversam, ut monuit Loewy.

Denique huius sunt nummi aenei:

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΟΤΥΣ. Caput regis barbari diadematum.

℞ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΑΙΣΚΟΥΠΟΡΕΩΣ. Victoria gradiens (raro eius loco tropaeum)

(Eckhel 2, 59; *Greek coins in the Brit. Museum, Tauric Chersonese, Thrace* cet. 1877 p. 209 n. 1. 2; Imhoof-Blumer *Porträtköpfe auf Münzen hellen. Völker* 1885 p. 18; Mus. Berol., *Beschr. der antiken Münzen* I 1888 p. 335)[1]).

Cusi sunt hi nummi[2]) sine dubio a rege aliquo Cotye, regis Rhescuporidis filio, non a rege Rhescuporide regis Cotyis filio, ut opinati sunt nonnulli, nec magis a duobus regibus, Cotye et Rhescuporide, simul regnantibus (nam cur diverso casu scriptum utriusque nomen? cur alterius tantum caput repraesentatum?), cusi autem sunt, ut consentiunt nummorum periti, temporibus circiter Augusti, id est ab eodem rege Cotye regis Rhescuporidis filio, ad quem pertinent tituli Bizyensis et Atheniensis[3]). Hic igitur nisi fallor est Cotys rex, quem duo tituli Rhoemetalcae iunioris (p. 695. 696) produnt huius fuisse avum paternum, Rhoemetalcae senioris et Rhescuporidis patrem. Huius autem pater rex Rhescuporis, ad quem pertinet alter titulus Atheniensis et qui memoratur in titulis et nummis filii, est Rhescuporis ille, quem auctores tradunt interfuisse bellis civilibus Romanorum anno 706 et a. 712.

Iam series regum Thraciae stirpis Sapaeae sic erit reconstituenda. Primus rex appellari meruit Rhescuporis Cotyis filius — pater intra privatam dignitatem manserat, ut docet alter titulus Atheniensis (supra p. 700) —, qui, cum anno 706 Pompeium contra Caesarem adiuvisset, a. 712, iam senior ut puto, iusto tempore cum victoribus in gratiam rediit (cf. supra p. 697). — Ei successit Cotys filius, qui regnum tenuisse videtur tempore belli Actiaci, quo una cum reliquis Orientis regibus Antonii partes sequi debuit. Sane id non traditur (ipse Cotys scriptoribus plane ignotus); immo ab Antonio ad Caesarem transiisse Plutarchus narrat Rhoemetalcen, quem huius Cotyis filium fuisse statuimus. Sed regnum Cotyis in breve intervallum quod fuit inter pugnas Philippensem et Actiacam coarctare vix licet; videtur Plutarchus, ut iam supra p. 699/700 indicavi, futurum

---

[1]) Max L. Strack, quem de his nummis consului, auctor mihi est, nummi cum Victoria gradiente sibi innotuisse exemplaria circiter XX, eius in quo est tropaeum circiter VI; non recte autem interdum edi βασιλέως Ῥαισκουπόριδος, in certae lectionis exemplaribus omnibus esse Ῥαισκουπόρεως. Idem addit nummum ineditum: βασιλέως Κότυος — capita regis et reginae, adiecto monogrammate quodam; ℞ βασιλέως [Ῥαισκου]πόρεως — eques iaculum vibrans.

[2]) Novit Mommsenus tam nummos hos quam utrumque titulum Atheniensem, sed nummos et titulum Cotyis Atheniensem ablegavit in tempora antiquiora ('mihi dubium non est Cotyn hunc Rhescuporidis filium vixisse aliquanto ante ea de quibus agimus tempora' eph. ep. II p. 253 not. 4), titulum autem Rhescuporidis Atheniensem rettulit ad Rhescuporim occisum a. 743 (Dio 54, 34 cf. supra p. 697); sed is appellari debuit βασιλέως Κότυος, non Κότυος (filius); praeterea male separantur duo tituli Athenienses eandem habentes arteficis subscriptionem.

[3]) Ad eundem fortasse pertinuit titulus Perinthius, cuius pars postrema tantum descripta est (Dumont *inscr. de la Thrace* p. 32 n. 63 = *mél. d'archéol.* ed. Homolle p. 378 n. 63, ex Aristarche Φιλολ. Συλλ.): [βασιλέως?] Ῥησκουπόρεως υἱόν, [ὁ] δῆμος καὶ οἱ σύνεδροι τὸν ἑαυτῶν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην.

regem Thraciae appellavisse regem. Ceterum tempestiva haec Rhoemetalcae transitio ad Caesarem potentiam regum domus Sapaeae non mediocriter auxisse putanda est. Et cum eodem tempore in regnum avitum Odrysarum restitueretur Cotys Sadalae filius[1]), Cotys Sapaeus ei filiam collocavit; qua re sine dubio potentiam vel certe auctoritatem suam super universam Thraciam extendit. Non mirum igitur, eum Bizye, in vetere sede regum Thraciae, statua honoratum esse a Romanis ibi degentibus (p. 700)[2]). Auctoritatis eius praeterea non leve documentum quod gener eius, Cotys Sadalae filius, filio primogenito nomen imposuit Rhescuporidis, stirpi regiae Odrysarum ignotum, in honorem scilicet soceri, qui filius fuit Rhescuporidis. Opulentiae eius indicium est statua ei posita ab Atheniensibus ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας; simul fortasse, aut non multo postea[3]), etiam patri eius statua posita ἀρετῆς ἕνεκεν (benevolentia erga Athenienses in filio tantum coepit), ab eodem artefice facta (supra p. 700). — Regnum reliquit Cotys Rhescuporidis filius Rhoemetalcae filio maiori. Eum vidimus a. u. c. 723 interfuisse bello Actiaco. Deinde cum sororis maritus, Cotys Sadalae filius, paullo ante a. 738 immatura morte obiisset, relictis liberis nondum adultis, regnum eius primum tutelae nomine administravit, deinde, occiso a. 743 a rebellibus herede legitimo, occupavit, iam omnium confessione solus rex Thraciae. Origo domus regiae huius numquam in oblivionem abiit, cum etiam Strabo XII p. 556 filium Rhoemetalcae Cotyn dicat Sapaeum[4]).

Inde a Rhoemetalce omnia plana.

Pauca tantum addenda vel accuratius exponenda, quae pertinent ad res ex titulis nuper repertis demum cognitas. Cognovimus ex titulis nuper repertis, unum ex his regibus Thraciae fratris sui, alterum consobrini sui filiam uxorem habuisse. Fratris filiam uxorem duxerat Rhescuporis Cotyis filius. Scilicet Rhoemetalces senior, cum videret opinor Rhescuporim fratrem laude bellica florere, hunc sibi suisque arctius coniungere statuit, data ei in matrimonium filia; sed

---

[1]) Restitutus esse videtur Cotys Sadalae filius in regnum avitum post pugnam Actiacam; tempore eius pugnae regnum Thraciae habuit Sadalas aliquis, memoratus a Plutarcho Anton. 61, propinquus nisi fallor Sadalae interfecti a. 712, qui regnum, morte regis et exilio legitimi heredis vacuum, occupasse putandus est temporibus triumviralibus; legitimo heredi sine dubio nocuit quod in tutelam Bruti se contulerat (sic fere iam Perrot *mém. d'archéol.* — cf. supra p. 698 not. 4 — p. 222; immo ante hunc Cary *histoire des rois de Thrace* p. 63 seq.). Eum Sadalan removisse videtur Augustus paullo post a. 723, una cum plurimis aliis regibus qui Antonii partes secuti erant (cf. Dio 51, 2), et reduxisse Cotyn Sadalae et Polemocratiae filium, vetere instituto legitimos heredes tutandi, et abolita iam priorum turbarum memoria.

[2]) Vide supra p. 700. Hic maxime titulus ostendit Cotyn supervixisse pugnae Actiacae. Censum, ad quem cives Romani in Thracia degentes evocati sunt, aperte census est populi Romani, Romae autem nullus census actus vel certe peractus inter annos u. c. 685 et 726 (cf. Mommsen mon. Ancyr. ed. 2 p. 37).

[3]) Athenienses statuam Cotyis posituri vel statua ea posita admoniti sunt ut etiam memoriae patris illius honorem aliquem tribuerent. Ipsi Rhescuporidi nullum commercium fuisse cum Atheniensibus ipse titulus indicat.

[4]) Odrysae stirpis reges hi Thracici interdum appellantur a recentioribus (Mommsen *Roem. Gesch.* V p. 190 seq.; Premerstein *Jahreshefte des oesterr. arch. Inst.* I 1898 p. 179), sed a nullo antiquo auctore. Ovidius ex P. I 8, 15 non de regibus loquitur, sed de gente. Ceterum Odrysium apud Ovidium nil aliud significat quam Thracium.

frustra; nam post mortem Rhoemetalcae Rhescuporis fratris filium dolo sustulit (cf. supra p. 696). — Rhoemetalces iunior, cum post patris interitum in regnum admissus esset, uxorem non foris quaesivit, sed regis Cotyis, nuper occisi, filiam sibi iunxit (cf. supra p. 695). Nihil in his matrimoniis mirum vel a regiis moribus alienum; nec magis mirum, eum qui e tali matrimonio ortus esset, ut Rhoemetalces iunior, duplicem hanc nobilitatem prae se tulisse (supra p. 695. 696). — Praeterea addiscimus ex his titulis, Augustum et Tiberium ut in Iudaea, sic etiam in Thracia non omnibus quibus regnare concesserant, etiam regis nomen concessisse. Regis et reginae nomine carent Rhoemetalces iunior et Pythodoris iunior tam in titulo dudum noto Bizyensi (supra p. 694) quam in nuper reperto Apolloniensi (p. 695); in altero autem Bizyensi (supra p. 696) tam hic ipse Rhoemetalces quam pater eius Rhescuporis dicuntur Θρᾳκῶν δυνάστης[1]). Nec iam videtur casui tribuendum quod Strabo XII p. 556 verba faciens de liberis Cotyis occisi a. p. Chr. 19 ait δυναστεύει δ' ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν. Sub Gaio tamen liberi Cotyis regium nomen recuperaverunt, ut constat ex titulis Cyzicenis Cagnat inscr. Graec. ad res Rom. pert. n. 145. 146. 147.

Adieci stemma regum Thraciae temporis imperatorii, vulgato (eph. ep. II p. 262) nisi fallor emendatius.

(Vide pag. 704.)

In his si quid video nullum antiquitatis testimonium neglectum, nullum reiectum[2]); correctus solus Dio, qui Sadalan a. 712 ἄπαιδα defunctum dicit, cui superstes esset parvulus filius; Plutarcho autem non vertendum vitio, quod regem Thracum dixerit Rhoemetalcen nondum regem. Confusionem peperit apud recentes scriptores θεῖος vocabulum sane ambiguum, de patruo intellectum, ubi significat avunculum[3]); praeterea idem nomen proprium compluribus regibus unius eiusdemque temporis commune. Eodem tempore vixerunt Cotys Rhescuporidis filius, Sapaeus, et Cotys Sadalae filius, veteris regni Thracici heres; Sadalan autem illum, defunctum a. u. c. 712, in eo ipso regno per aliquod tempus excepisse videtur alius Sadalas, ex eadem domo regia ut puto, fortasse consobrinus eius, a. 724 remotus (cf. p. 702 not. 1). Denique fatendum est, non tradi ab antiquis auctoribus, ultimos Thraciae reges fuisse ex alia stirpe ac superiores[4]). Sed id minime mirum. Herodem celeberrimum Iudaeae regem memorant Strabo Plutarchus Tacitus Appianus, sed nullus ex iis originem Herodis

---

[1]) Etiam in titulo Cyziceno fracto et male descripto *Ath. Mitth.* 6, 40 (inde Cagnat inscr. Gr. ad res Rom. pert. IV 148) mentio facta erat δυνάστου alicuius Θρᾳ[κῶν].

[2]) Mommsenus facessere iusserat et in alia tempora ablegaverat quaecunque de Cotye Rhescuporidis filio tradita accepimus (cf. supra p. 701 not. 2). Idem duplicis erroris incusat Plutarchum, quod regem Thraciae Antonii partes secutum modo Rhoemetalcen appellaverit modo Sadalan (eph. epigr. II p. 253). Neque Appianus secundum illum immunis ab errore, qui dicit Polemocratiae unum parvulum filium fuisse, fuisse enim tres Mommsenus statuit (l. c. p. 252).

[3]) Dio 54, 20. 34.

[4]) Sed significat rem Strabo, cum Cotyn sui temporis regem appellat Sapaeum (XII p. 556). Praeterea apud Dionem 54, 34 Rhoemetalces, occiso demum rege Rhescuporide superveniens, ex alia domo fuisse subintellegitur.

Stemma regum Thraciae stirpis Sapaeae.

- Cotys
  - RHESCVPORIS rex (regulus Sapaeorum a. u. c. 706. 712)
    - COTYS rex [cf. p. 700]
      - filia ⌣ Cotys Sadalae fil., rex, defunctus paullo ante a. 738 [cf. p. 698]
        - Rhescuporis rex occisus a. 743 [cf. p. 697]
        - . . . . . . [cf. p. 699]
      - RHOEMETALCES rex defunctus paullo ante a. 767 = p. Chr. 14
        - COTYS rex occisus a. 19 ⌣ Antonia Tryphaena (filia Polemonis ⌣ Pythodoridis)
          - RHOEMETALCES rex
          - POLEMO rex (Ponti)
          - COTYS rex (Armeniae minoris)
          - Pythodoris iunior [cf. p. 694 seq.]
        - filia (nupta Rhescuporidi patruo)
      - RHESCVPORIS δυνάστης Θρᾳκῶν damnatus et interfectus a. 19 ⌣ filia Rhoemetalcae
        - RHOEMETALCES δυνάστης Θρᾳκῶν inde ab a. 19 [cf. p. 694 seq.] ⌣ Pythodoris iunior [cf. p. 694 seq.]
  - Rhascus (regulus Sapaeorum a. 712)

indicat. Sine Iosepho christianisque quibusdam scriptoribus Herodes nobis esset germanus Iudaeus.

Odrysae regnum familiae Sapaeae vix moleste tulerunt; validissimi olim Thracum, iamdudum pertimescebant vim et ferociam Bessorum, contra quos Romanorum ope se tutabantur; Romani enim, more solito, minus firmos adiuvabant contra potentiores. A. u. c. 732 proconsuli alicui Macedoniae in publico iudicio Romae crimini datum, quod contra Odrysas bellum movisset (Dio 54, 3); paucis annis antea (a. u. c. 725) M. Crassus proconsul Macedoniae vetustum oraculum Bacchi Thracici cum territorio adiacente ex avita Bessorum possessione (Herod. 7. 111) exemerat Odrysisque attribuerat (Dio 51, 25). Haec sacrorum violatio iram Bessorum in Odrysas valde acuisse putanda est. Itaque a. 743 fanatico furore correpti, ductu sacerdotis cuiusdam Bacchici[1]), Thraciam omnem usque ad Chersonesum pervaserunt; interfectus, ut iam saepe dictum est, Rhescuporis rex adolescens (Cotyis filius, Sadalae nepos); Rhoemetalcae, qui auxilio venerat, exercitus mero terrore in fugam compulsus (Dio 54, 34). Restituta interventu Romanorum tranquillitate Thraciae[2]), libenter Odrysae, amisso proprio rege, se contulisse putandi sunt in tutelam familiae regiae, quae iam dudum, obedientia et dexteritate, favorem Romanorum nacta erat, et sub ea tutela adquievisse. Sane multis annis elapsis post extinctam veterem domum regiam Odrysae una cum aliis populis Thraciae rebellaverunt contra Rhoemetalcen iuniorem (Tac. ann. 3, 38), sed, nisi fallor, non proprio odio contra regem exterum, verum, sopito iam dudum metu Bessorum, renascente vetere amore libertatis et ingravescente iugo Romanorum.

Fortunam regum Sapaeorum adiuverat concordia. Si Appiano (bell. civ. 4, 136) fides, a. 712 Rhescuporis et Rhascus discordiam simulaverunt, ut eo certius se invicem tutarentur. Si ea quae supra p. 701. 702 posui certa sunt, Rhoemetalces Cotyi patri non solum a. 723 fidelem et efficacem operam navavit, sed etiam postea per tempus fortasse non breve reverentiam ei servavit[3]). Labi coepit potentia regum Sapaeorum, cum discordia inter eos oreretur. Scelus a Rhescuporide, Rhoemetalcae fratre, in fratris filium commissum, et turbas inde enatas, iam saepe memoravimus. Finem autem habuit domus haec regia a. p. Chr. 46, cum Rhoemetalcen, qui tum erat rex, propria uxor interficeret vel interficiendum curaret (Syncellus p. 631 ed. Bonn.). Ceterum Rhoemetalces hic, ut etiam Mommsenus eph. ep. II p. 258 not. 3 statuit, non videtur esse eius nominis secundus, de quo supra p. 694 egimus, Pythodoridis iunioris maritus, nam Pythodoridem, quam Rhoemetalcae iam a. p. Chr. 21 iunctam fuisse vidimus, post matrimonium viginti quinque annorum necem marito paravisse parum probabile est; videtur ille fuisse rex eius nominis tertius, Cotyis et Tryphaenae filius natu maximus; mulieris scelestae nomen ignotum.

H. Dessau.

---

[1]) Vologaesis nomen (Dio 54, 34) in Thrace hoc mirum.

[2]) Hinc etiam nisi fallor miserabilis condicio Bessorum in re militari Romanorum. Sine dubio non studio rei nauticae iuventus Bessorum, gentis mediterraneae, classi nomina dedit, neque amore Italiae capta Miseni et Ravennae consenuit (cf. Corp. X p. 1128; Ferrero *Armate romane* p. 43. 44), sed erat militia classiaria servitutis genus, nationi contumaci a Romanis impositum.

[3]) Etiam post bellum Actiacum prosperosque eo tempore Rhoemetalcae successus Cotys ab incolis regni Thracici pro numine colebatur (p. 700. 702 not. 2).

Ad p. 333 not. 1. Numerus novarum inscriptionum Ostiensium felici fossionum Vaglierianarum eventu ita multiplicatus est, ut editio earum in alium locum differri debuerit.

Ad p. 378 n. 593. In titulo Lavinate Acilii Priscilliani errore editum est *a*VGVRI · LAVR · LABI; scribendum, ut monuit imagine photographica collata M. Bang:

c|V · CVR · LAVR · LABI.

H. D.

INDICES.

COMPOSVIT ERICVS BAAZ.

Lectio incerta vel suspecta asterisco (*) notatur.

I. NOMINA.

I 1. IMPERATORES ET DOMVS EORVM.

[I]mp. Caes. Antoninus (*in consulatu anni 145*) 448

p(ater) p(atriae) (p. pat. 1163) 448. *1108. 1163. 1241. *1245
a. 140 [tr. p.] III co[s. III p. p.] 1146
a. 145 cos. II[II] 448
a. 158 [po]nt. max. [tr]ib. pot. XXI cos. IIII 1230

statua posita natali eius 448

MARCVS ANTONINVS
M. Aurelius Caes. (*in consulatu anni 145*) 448

L. VERVS
L. Aelius Aurelius Co[m]modus, imp. Caes. T. Ae[li] Hadriani Antonini Au[g.] Pii p. p. filius 448

COMMODVS
Imp. Comm(odus) (*in consulatu anni 183*) 459
(*nomen periit*) Fe]lix Aug. Sarm(aticus) Germ(anicus) max(imus) Brit(annicus) 579
. . . . [divi Anton]ini Pii G[erm. fil., di]vi Pii ne[p.] . . . 580 (*aut Commodi aut Severi*)

a. 190 p. m. trib. [p]otest. XV imp. VIII cos. VI p. p. 579

SEVERVS
Imp. Severus Aug. 434
Imp. [Caes. L. Septimius] Sever[us *cet.* 450
[Imp. Caes. L.] Septimius [Severus *cet.: p. 517 ad Eph. 3, 74*
[Imp. Ca]es. L. [Septimius Severus Pius Perti]nax [Aug.] 449
Imp. Caes. L. Sep(timius) Severus Pi(us) Pertinax Augustus 1156
Severus (*in consulatu anni 202*) 602
. . . Severus . . . (*in titulo Elagabali vel Alexandri*) 452
. . . [S]everus . . . . sar . . . 1195
Arab[icus] 450
[Arab.] Ad[iab.] *p.* 517 *ad Eph. 3, 74*
[Ar]ab. *vel* [Adi]ab. 449

discipu[l]inae Auggg. *sc. Severi filiorumque dedicatus titulus p.* 605 *ad 7, 896*
expeditio felicissi(ma) Brittannica *Severi ut videtur a. 208/211* 1144

cf. supra sub Commodo

IVLIA SEVERI
Iulia Augusta 434

m(ater) Augg. et castr(orum) 434

ANTONINVS SEVERI F.
Imp. Caesar M. Aur. Antoninus Pius Aug. 1156
[Im]p. Caes. M. [Aurel]ius Ant[oninus Pius Feli]x Aug. 656
imp. Antoninus Aug. 434
Ant[oni]nus Aug. (*in consulatu anni 202*) 602

GETA
Geta nobilissimus Caesar (*Getae vocabuli pars erasa, sed legitur*) 434
P. S. . . . . Caes. (*nomen erasum*) 1156

ELAGABALVS
nomina eius vel Severi Alexandri erasa 452; *cf.* 1378.

ETRVSCVS DECII F.
C. M(essius) Q(uintus) Etru[s]cus . . . 1253[a]

GALLVS ET VOLVSIANVS
Impp. C. C. Vibius Gallus et C. V(ibius) Volusianus P(ii) F(elices) Augg. 1253[b]

VALERIANVS
Imp. Caes. P. L(icinius) Valerianus Pius Fel(ix) Aug. 1251

---

a. 253/259 p. m. tr. p. p. p. 1251

GALLIENUS
. . . us Licinius . . . *591
[I]mp. Ca[es. P. Licinius Galli]enus Pius F[elix Invictus Aug. Germ(anicus)] max(imus) Pers(icus) [max(imus)] 582

---

a. 265 [pont. max. tr. pot. XIII (?)] cos. VI des[ignatus VII] . . . p. p. procos. 582

[te]mporis sui . . . (*titulo praemissum*) *591

CLAVDIVS GOTHICVS
M. Aur(elius) Claudius *Gaethicus Aug. Germ(anicus) maximus 318

---

pon. max. trib. potes. imp. II 318

VICTORINVS
Imp. Ca[e]s. M. [P]ia[v]onius Victorinus Pius F(elix) [Aug.] 1254

TETRICVS
Imp. C. C. Pius Esu(v)ius Tetricus P(ius) F(elix) A(u)g. 1250
I[mp.] C. Exsuvius Tetricus P(ius) F(elix) Aug. 1249

AVRELIANVS
Imp. Caes. L. Domitius Aurelianus Pius Fel(ix) Aug. 1

---

a. 270/275 p. m. t. p. p. p. II cos. proc. 1

CARVS
Imp. Mar(cus) Aurelius Carus Caes(ar) 415

CARINVS
M. Aur. Karinus n(obilissimus) Caes(ar) 984

NVMERIANVS
[Imp.] Caes. Numerianus Aug. *p.* 639 *ad. Eph. 7, 1116*

CARAVSIVS
Imp. C. M. Aur. Maus. Carausius P(ius) F(elix) Invictus Aug. 1255[a]

DIOCLETIANVS
I[mp.] Diocletianus *p.* 634 *ad 7, 1159*
[I]mp. Ces. Dio[c]leti[a]nus [A]ug. 1252

MAXIMIANVS
*Imp. Cae(sar) Aug. M. Val(erius) Maximianus 417
Imp. C. M. Valerius Maximianus Pius Felix Inbictus Aug. 722

---

d. n. *ante nomina eius* 417

CONSTANTIVS I
Fl(avius) Val(erius) Constantius nob(ilissimus) Cae(sar) 1255[b]

I 2. NOMINA PRIVATORVM

Litteris quadratis scripta sunt nomina virorum et mulierum ordinis senatorii.

I 3. COGNOMINA PRIVATORVM.

Numeri uncis [ ] inclusi indicant nomen, ad quod pertinent, redire in indice nominum gentiliciorum. *l.* = libertus.

I 4. VARIA DE NOMINIBVS.

II. NOTABILIA

ACCLAMATIONES SIMILIAQVE.

AEDIFICIA STATVAE SIMILIA.

ANAGLYPHA.

APPARITORES ET OFFICIALES.

BELLA ET EXPEDITIONES.

CARMINA.

CHRISTIANA ET IVDAICA.

COLLEGIA.

DII DEAEQVE.

GRAMMATICA QVAEDAM

Orthographiam legis Tarentinae vide pag. 1. 2

OI *pro* U	coir- 758. 760
OU *pro* U	adouxet 620 — Boutia 157 — Boutius 118. 292b — Cloulius 733 — Coutio(s) 819 — Fourius 602 — louco 645 — noutrix 647 — Touriscus 759 — Toutius 995
P *pro* B	apsente 892 — opseq(uens) 685
Q *pro* C	q(uravit) 254 — Filoniq(us?) 664 — hiq 355 — Sequnda 105b — Tanqinus 121
Q *pro* QU	Alluqius 128 — Qintus 105b
QU *pro* CO	Quelia *(= Coelia)* 511
S *omissa in fine vocabuli:*	aidile 619 — die 658 — Forti 1103 — mage 945
T *pro* D	at 695,13
T *omissa (neglegentia):*	conr(i)buti 1163 — Fausino 5; *in fine:* lice 461,2 — si 171
U *inserta*	Culunia *p.* 21 *ad 2, 5238* — discipulina 1380; *p.* 605 *ad 7, 896*
V *pro* B	acerva 721a — venificium 776,27 — Savinianus 664 — videvis 691 — Vivius 237
U *pro* I	Decumus 23 — [leg]itume 390 — Maxum- 87. 119. 143. 835, Maxsum- 16 — Optum- 143. 268 — piissum- 69. 220 — Septuma 221 — vigu[lu]m 605
U *pro* O	cu[i]ugi 880 — munem(entum?) 322 — Munt[anus] 246 — nepus 983
U *pro* Y	Berulla 292k — Numfabus 438 — Philargu[r..] 939 — Saturus 461b,5 — Suriacus 84. 467 — Surianus 51
U *gem. pro* U *simpl.:*	posuu[it] 1223
U *pro* UV	Esuius 1250 — Flaus 283b — Lanvium 974[1] — Vesvius 1208
U *omissa*	somniclosus 176 — Suleis 998; *neglegentia quadratarii:* huis 1177 — sacrm 571
VH *pro* HV	Vheteri 1122
XS *pro* X	Alexsander 192. 685 — Arbuxseius 646 — exs 122 — Felixs 459,9 — Maxsim- 78. 420, Maxsum- 16 — rexs 608 — vexs(illatio) 1191 — [vix]sit 1072 — uxso[r] 307b —
Y *pro* I	Dolychenus 1131
Y *pro* U	Brytti(us) 626 — Eyrydice *p.* 337 *ad 14, 2027*

consonantes geminae pro simplicibus: Anniesis 1066 — Appule[ius] 7 — Congenniccus 1138 — filliis 465 — Perissoterus 192 — possuit 1371 — Serrapio 660 — Tannussius 550 — Taruttenia 888

consonantes simplices pro geminis: accomodatam 1222 — adouxet *(= adduxit)* 620 — anus 56. 112. 171. 186. 326. 660. 711. 880. 1072. 1153a — Apolinaris 1141 — Basus 646 — Calis(tus) 424[24] — Calityche 59 — [C]olliponen[sis] 28 — Comunis 425[5] — Crestil[a] 237 — Homulus 1009 — Luceius 245 — Maurila 107 — Meti 1056 — oficina 973[1.7]; *p.* 26 *ad Eph. 8, 21* — Phil(i)pu(s) 745 — Opia 828 — Opio 827 — Polia 840 — Priscilianus 593,2 — Pulius 844. 845. 846 — Reburina 261a — Reburinus 292b — Stelatina 1077 — Sucesor 114 — Sucessianus 179 — Taruttenia 888 — tera 171 — vexila(rius) 1153a — vexilatio 1163.

vocalis geminata: Vaarus 780

apices: aédium 897,7 — alaé 897,5 — Blaésillae 292i — cláss. 897,9 — cúrió 897,10 — [f]áta 763 — Hérculi 897,12 — Iuniáe 292i — mánibus 84 — Misenénsis 897,10 — Parthór. 897,6 — praéf. 897,2 — Rosió 399 — subcurátor 897,6 — Tettóni 84 — Victóri 897,12 — urbés 763 — uxóri 292i

assimilatio neglecta: adsidua 311 — conlaps- 420,14. 1226 — conlat- 233a

HONORES PVBLICI.

HONORES MVNICIPALES. ORDINES. CVRIAE.

MILITARIA.

NOTAE ET COMPENDIA SCRIPTVRAE
(vulgaria omisimus).

OFFICIA PRIVATA ET ARTES.

PROVINCIAE CIVITATES GEOGRAPHICA ALIA.

SACERDOTIA.

SEPVLCRALIA.

TRIBVS.

Extra uncos quadratos leguntur origines in titulis diserte enuntiatae; intra uncos loci, ubi tituli reperti sunt

VARIA

INDEX COMMENTATIONVM